

Les Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Extrait de la convention établie avec les établissements partenaires :

- ces établissements autorisent la numérisation des ouvrages dont ils sont dépositaires (fonds d'Etat ou autres) sous réserve du respect des conditions de conservation et de manipulation des documents anciens ou fragiles. Ils en conservent la propriété et le copyright, et les images résultant de la numérisation seront dûment référencées.
- le travail effectué par les laboratoires étant considéré comme une « œuvre » (numérisation, traitement des images, description des ouvrages, constitution de la base de données, gestion technique et administrative du serveur), il relève aussi du droit de la propriété intellectuelle et toute utilisation ou reproduction est soumise à autorisation.
- toute utilisation commerciale restera soumise à autorisation particulière demandée par l'éditeur aux établissements détenteurs des droits (que ce soit pour un ouvrage édité sur papier ou une autre base de données).
- les bases de données sont déposées auprès des services juridiques compétents.

Copyright - © Bibliothèques Virtuelles Humanistes

Sacraij Graeciaeij.

OMNIVM GENTIVM M^oY

MORES, LEGES ET RITVS,

EX MVLTIS CLARISSIS

mis rerum scriptoribus, à Ioanne

Boemo Aubano Teutonico

nuper collecti, & nouis

*Frapp. R. *sime recogniti.**

Tribus libris absolutum opus, Aphricam, Asiam, &
Europam describentibus.

ACCESSIONE LIBELLVS DE
Regionibus Septentrionalibus, earumq; Gen-
tium ritibus, veterum Scriptorum sæ-
culo ferè incognitis, ex Iacobo
Zieglero Geographo
diligentiss.

1592

NEC NON MATTHE AM
chou de Sakmaria Asiana, atq; Euro-
pea, LIBRI duo.

Non sine Indice locupletissimo.

Ho Rosora



VENETIIS. M D XXXXII.

1592

H E N D E C A S Y L L A B O N
A D L E C T O R E M .

Non sic Herodotum haud quidem Strabonem,
Haud Trogum, neq; Plinium, haud Solinum,
Scriptorem haud Siculū, haud senem Berosum,
Facundis aliquem nec ex nouellis,
Non Papamq; Pium, Sabellicumq;,
De rebus breuius, fideliusq;,
His tractasse. Videre nationes,
Hic omnes Asiae queas vagantes,
Persas atq; Arabes, Scythas & Indos,
Parthos, Assyrios, Syrosq; Medos,
Europæ pariter Gethas, Dacosq;,
Thraces, Sauromarasq; Pannonesq;,
Germanos, Italos, Gallos, Ibercs,
Hybernos quoq; Cantabros, Britannos,
Et gentes titulo sub Aphricano,
Poenos, Aethiopes, & incolentes
Aegyptum, & Lybiæ aridas arenas,
Nonnullasq; per insulas morantes:
Turcarum insuper atq; Tartarorum
Sectas, Christigenumq; nationum,
Quæ late dominantur, & gubernant
Nunc regna, Imperia, atq; principatus
Mundum præualide per vniuersum.

S I G I S M V N D O G R I M
A V G V S T A N O O P T I M A /
rum artium & medicinæ eximio Docto/
ri, Ioannes Boemus Aubanus
Teutonicus. S.



O L L A T V R V S M E A D
celeberrimum hunc morem , quo
omnes, qui vñquam à se scriptos li-
bros in lucem dedere , vnum aut plu-
res è præstantioribus viris eligere so-
lent , quibus velut defensoribus patronis , illos
adscribant dedicentq;: Cum huc atque illuc mul-
tum diuq; circumspiceré, cui & ego lucubratio-
nes hasce meas de Gentium Moribus ac earun-
dem viuendi ratione, nominarim dedicare, & ad
propugnandum tradere cù primis velim cui ac-
ceptas fore considerem , Nemo mihi te splendi-
dissime Doctor, cum dignior, tum aptior occur-
rit: non eo solū, quod eas sub expensis tuis, tuoq;
sub mundissimo castigarissimoq; literario præ-
lo impressurus, laudem (quantulacunque mihi
vñquà à grato & humano lectore pro habitis la-
boribus cesserit) communem tecum habiturus
sis: verum quod te materia ea haud mediocriter
delectari notanter cognoui, cum anno superiori
similes libellos duos, vnum de Septentrionali-
bus Gentibus, cuius autor Matthias de Michau,
alium de meridionalibus cuiusdam Ludouici
de Bononia, impresseris : meq; librū præsentem
in Germanicam linguam nostram transferre in-
terpretariq; adhortatus sis . Et hoc dignissime,
quippe, qui optime diu antea hæc atq; alia, quæ

A ij

de externis nationibus memorantur, omnia cognoris, sciasq;: licet non ex leuibus circulatoribus, nō ex vagis mēdicis, q vt vulgo admiratores acceptioresq; sint, adeo nefandissime absq; omni verecundia plærung; mentiuntur, vt non ipsis modo non fides etiam minima habeatur, verē omnibus iuxta, qui aliquid de his aut scribunt aut recitant: Sed ex grauium fide dignissimorum autorum scriptis, quibus perdius & per nox tu quoq;, quandounque à medicis curis vacare datur, operam summam impendis. Atq; ex hinc homini in publica præsertim administratione constituto nihil vtilius, nihil glriosius iucundiusq; magis, quam veraciter aut legendō aut peregrinādo cognoscere, qua religione, quibus moribus, qua regiminiis forma, quibus legibus, institutisq; aliæ per orbem gētes vitam traducant. Quod ita compertum est, vt illis, qui extra patrios agros & secundum vix lapidem vñquam peruererint, quiq; ingenuorum morū & artium in iuuenture parum aut nihil perceperint, quamvis naturæ suæ bonitate opulentri, facundi & solertes satis superq; in patriæ finit populos moderentur & vrbes, tantum tamen felicitatis adimatur, vt propemodum pro despicio quicquid dicant faciatq;, ab omnibus habetur. Ediuerso alijs, qui peregrè aliquando profecti, sub fidelibus & eruditis præceptoribus in claris probeq; institutis vrribus egregia multa viderint didicerintq;, tantum gloriæ & maiestatis adiiciatur, vt nihil ab eis attētetur, nihil fiat quod nō secus, quam à diuinissimo oraculo præceptum alacriter non omnes amplectantur, cun-

5

Etsq; non summe placeat. Quapropter ornatissi
me Sigismunde scriptra hæc nostra, que ex mul-
tis præclarissimis rerum scriptoribus, iam trien-
nio fermè non sine maximis laboribus in librum
istum collegi, congeSSI, & quantum ingenio, atq;
industria potui, augmentraui, à me obuiis mani-
bus & serena fronte suscipe. Susceptaq; tanta di-
ligentia, tanta fidelitate perlege, perlustra, exa-
mina ab omniq; macula expurga: ut nihil usquā
prætermittatur, nihil præterfluat, quod secum
minutuli quippam subripiat inuoluatq;, quod
postea à lynceis uitilitigatorum obstrigilatorūq;
oculis inuentum, sphingeis unguibus enodatum,
uipereis linguis compunctum, exhibilatumq;, in
famæ & nominis nostrorum amborum dispen-
dium, atq; obfuscationem in omnibus triuis pro-
fabula iactetur. Quod ubi diligentissi

me perfeceris, sub dædaleo tuo
literario prælo accuratissime
imprimere curabis,

Vale.

A ii j

6
JOANNIS BOEMI AV
BANI TEVTONICI,
AD LECTORREM
PRÆFATIO.

Autores quos
in hoc opere se
quitur.

Causa quæ eū
ad scribendum
impulerit.

Libelli faras
go.



Emorabiliores Gentium mores, ritus
leges, locorumq; ubi degunt situs:
quos historiæ pater Herodotus, Dio-
dorus Siculus, Berosus, Strabo, Soli-
nus, Trogus, Pompeius, Ptolemaeus,
Plinius, Cornelius Tacitus, Dionysius Apher,
Pomponius Mela, Cæsar, Iosephus: & ex recen-
tioribus nonnulli, Vincentius, Aeneas Sylvius:
qui postea Pii secundi pontificis maximi nomen
tulit: Antonius Sabellicus, Ioannes Nauclerus,
Ambrosius Calepinus, Nicolaus Pérotus in Cor-
nucopiis: aliq; permulti clarissimi rerum scri-
ptores in cōmentariis suis diffuse & ceu per par-
tes celebrauere, ut in uno libro conscriptos ha-
beres, facileq; quando usus deposceret, inueni-
res, historiarum lector cultorq; studiosissime, per
otium succisiuis horis vndiq; conqueſtui, colle-
gi, & in diariū hūc conscripsi, digessi, non spe lu-
cri ullius, non popularis aure ambitione, uerum
enim uero tā libero & planè ocioso studio, q; rei
ipsius mira dulcedine atq; utilitate. Congressi in
quam tum ueteres, tum recentes, bonos item &
malos, in differenter, ut ipsi stanquam præsentis-
simis atq; optimis exemplis perspectis uitam in-
stituendo, laudabiles sanctosq; æmulabūdus se-
teris, culpabiles & obſcæncs vitabūdus præter

eas: Cognoscasq; mi lector quām pulchre & feli vtilitates enus
 citer hodie quam itē inculte & simpliciter olim merat.
 peimi mortaliū. à creatione sua ad generale usq;
 diluuium & ultra multis s̄eculis, terra fusi uixe
 rint: quum in usu adhuc æs signatum haberent Mortalium ue
 nullum, Mercionia nulla, beneficia mutuo be- terum simplex
 neficiis æquarent, Nihil proprii cuiquam esset, vita,
 quemadmodum aer & coelum, ita terra & aqua
 omnibus communes: Non honoribus, non diui
 tiis inhiarent: cum quisq; sibi & admodum pau
 cis contentus in ture sub dio, aut saltē umbrosa
 sub arbore aliqua, humiliue casa, cum consorte
 una vel pluribus, cum dulcibus natis securus &
 penè otiosus ageret: congestis agrorum fructi
 bus, pecorumq; lacte uesperetur, aquam pota
 ret, uestimentum ex arborum corticibus latisq;
 foliis primum, deinde ex inconcinnatis anima
 lium pellibus sibi consueret: nullis obseptis mœ
 nibus, nullis fossis, liber uagansq; inter libera &
 uagantia pecora: ubi cunq; nox deprehenderit securitas et illa
 resideret: non latrones, nō fures ullos metueret: pertasa
 laetus prorsusq; ignarus eorum omnium esset.
 Quæ postea una cum adolescenti mundo ex ua
 ris discordibus mortalium studiis, uoluntatibus
 æmulationibus, subsequita sunt, quando pro
 pter fructuum absq; cultura nascentium insuffi
 cientiam, aliarumq; rerum defectum, bestiarum
 hominumq; extenorum imprimis crebram in
 curSIONEM, graffantemq; violentiam, congregati Congregati ho
 minum coetus eam per uagandi nocendiq; li mines primis
 bertate communibus auxiliis prohibituri: quiq;
 sibi certos terræ limites, certos agros uenida
 vere, in quibus coadunatis tuguriis populari.

A iii

P R A E F A T I O,

ter habitare cœpere: se muris ac fossis præmuni
re, legesq; sibi & magistratus, ut pacatè & ipsi in
ter se uiuerent eligere. Iam non ex rure, non ex
pecore solū, sed uariis inuentis artificiis, uariisq;
laboribus uitæ emolumenta quærere: per mare
colligatis ratibus quām longissime, deportandi
primum colonias gratia, deinde mercandi, ire:
Varia mortaliū
studia & iuēta. iunctis equis curribus uti, æs in monetam signa
re, cultius, molliusq; uestiri, humanius loqui, pa
catus conuerlari, splendidius uesci, magnificen
tius ædificare, per omnia iam mitiores cultio
res, prudentioresq; esse: agnaram barbariem fe
ritatemq; famosam sponte sua exuētes, à mutua
cæde, ab humanarum carnium esu, à rapinis, à
publico & indifferenti matrum filiarumq; con
gressu, talibusq; multis abstinuere. Rationi &
**Homines cul
tores facti.** uiribus iam innitentes, terram quæ tota tunc
opacis syluis, nocentibus bestiis, & stagnanti
bus undis, humano incolati inconueniens, de
serta, horrida, omninoq; inculta & infrequens
iacebat, industria & labore à saxorum salebris,
ab arborum truncis, à superfluis undis expurga
uere, planauere, & totam foecundam, spectabi
lemq; fecere: Campos aruis, colles uinetis adap
tauere, sarculo proscissos frumentum atque ui
num largiter producere instituere, qui grauare
prius glædes sylvestriæq; poma dedere, ualles ir
riguis pratis hortisq; amoenissimis decorauere,
suprema montium syluis relicta: adeo omne so
lum fructificationi assignauere, ut quod lignatio
ni pabulationiq; satisfaceret, superesse uix passi
sunt. Loca ad hæc omnia frequentissime inco
lere coeperunt, passim ædificare, ex modicis pa

Terra vberior
facta & cultior

gis amplissimas urbes, ex uillis pagos, in excel-
fis montibus arces, in uallibus deorum templo-
struere, fontes ut salubriores, utq; delectabilio-
res essent, cæsis marmoribus cōplexi sunt, circū
circaq; consitis arboribus amoenissime obum-
brauere, à quibus in urbes saliente aquā percan-
nales latentesq; siphones quā longissime deri-
uauere: ubi naturaliter deerat, defossis in ter-
ram pureis profundissime quæstiere: torrétes im-
petuosaq; flumina, quæ frequenter prius pro libi-
to in maximam interdum accolaram pernitiem
expatiabantur, obiectis aggeribus coercuere: ac
que ut trāsuadabilia, nihiloq; negotiationibus
humanis obstantia essent, immensis in imum palis
aut arcubus eductis, validissimos pontes super-
imposuere: In mari scopulos, à quibus nauigan-
tes periclitari solebāt, ut plurimū deiecere, Insu-
lis & continenti solo portus multos fecere, ac
in quibus admoræ naues à uentorū flatibus secu-
re quiescerent, naualia, stationesq; amplissimas
effodere: adeo omnia per terram, per mare exco-
luere, elaborauer eq;, ut terra ipsa ad priscū eius
sitū, naturalēq; squalore hodie comparata, alia
esse credi possit, quā que olim fuerit, delitosissi-
mo huic horto certe haud multū dissimilis, ex
quo propter diuni præceptit transgressionē, in-
felices protoplasti Adam & Aeuā electi sunt.
Præterea multas ingeniosissimas disciplinas,
multas artes inuenire homines, quibus per ex-
cogitatas etiam uarias literarum notas libris ta-
bellisq; (ut ad posteros peruenirent) demanda-
ris, se se extra mortalem conditionem in tantum
uindicauere, extulereq; ut indigerū deorū bea-

Terra paradise-
zquata.

Homo extra tissimam vitam iam consequiti uideri potuist
mortalem con- sent, Si non mundi princeps iniquissimus Sathan
ditionem sese superseminata pestilentissima Zizania integrū
uindicauit.

& felicem hunc statum confudisset, qui ut homi
nes & numero succrescere cognouit, & melius
in mundi delitiis iam habere, inuidia permotus
teterrimis omnis generis sceleribus primum si-

Malū dēmo, bi obnoxios factos, mox futurarum supercole-
nis inuidia ho stiumq; rerum curiositate affectos, per obscuras
mo pessundas oraculorum ambages, in iecta superstitione atq;
tus.

timore, deorum dearumq; profanam culturam
(vt unius veri singularis dei cognitionem abole-
ret mortalesq; ipsos aliquo insigni malo affice-
ret) edocuit: hic Delphica, illic Euboica, alibi Na-

Verus deus ob, fatuus adira, Dodoneasq; quercus maligna
liuioni datus. inspiratione resonare fecit: quibus in Latio Sa-
turno, in Creta Ioui, Iunoni in Samo, Baccho
Thebis & in India, Isidi Osyriq; in Aegypto, in

Pluralitas deo, Ilio Vestae, in Aphrica iuxta Tritonem Palladi,
rum inducta. Mercurio sub Teuratis nomine in Gallia et Ger-
mania, Mineruæ Hymetto atq; Athenis, Apollis
ni Delphis, in Rhodo, Chio, Patara Liciæ, in

vbi locorum Troade, & Tymbra: Dianæ in Delo & Scy-
qui q; deorum thia: Veneri in Cypro, in Papho Guido Cythe-
magis culti. raq;: Marti in Thiratia, Vulcano in Lippara &

Lemno, Priapo in Lampsaco Hellesponti, aliisq;
multis in multis aliis locis (quorū adhuc nomi-
na ob præclarissima inuēta & beneficia popula

Christus Iesus ab errore uin- ribus suis collata, in recenti memoria erat) diui-
nos honores fieri excitauit. Deinde etiam postq;
dicauit.

Christus Iesus uerus dei omnipotentis filius as-
sumpta carne apparuisse, atq; erranti mundo
suis uerum æternæ beatitudinis iter ostendens

uerbo & exemplo ad patris sui cœlestis gloria,
ad bene beateq; viuendum hortatus esset ,mis-
sisq; in orbem uniuersum discipulis, salubri illo
rum prædicatione nefandissimos superstitionis
ritus damnasset, religionem nouam, nouaq; salu-
berrima uitæ instituta promulgasset , & iam eo
quidem deduxisset, ut ipsis ab omnibus in orbe
gentibus receptis, ad ueram felicitatem desidera-
ti vltterius potuisset nihil, Ipse Sathan in genui-
nam malitiam reuersus, curiosa hominū pecto-
ra, quæ destituere coactus fuerat, iterum circum-
ueniens, quædam in priorem errorem reduxit,
quædam nouis hæreticis opinionibus adeo cor-
rupit, adeo excæcauit, vt multo melius ipsis fuis-
set, ingressam semel veritatis uiam quodammodo
ignorasse, quam sic temerè, sic maliciose dere-
liquisse. Obseruant hodie, diuinoq; honore quā
deuotissime prosequuntur Asiacē mincris, Arme-
niam, Arabiæ, Persidis, Syrię, Assyrię, Mediæ:
& in Aphrica Aegypti, Numidiæ, Libyæ, Mau-
ritaniæ: In Europa totius Græcię, Mysia, Thra-
cie Turcici nominis gentes omnes, Christo abie-
cto, Epilenticum Mahometum & illius vesanū
dogma Scythię larissimi populi, qui Tartari ho-
die uocantur, pars Imperatoris sui Chami idola, Idolatræ Scy-
thæ.
pars astra, pars etiā vnu deū ex Apostoli Pauli
doctrina veneratur. Indię ac Aethiopiæ gētes, q
presbytero Ioanni parent, Christianā pietatem
tuentur, sed instituto lōge à nostro diuerso. Syn-
cerā orthodoxāq; Christi fidē, qua gratiose olim
orbis uniuersus illustratus fuit, Germani retine-
mus, Itali, Galli, Hispani, Angli, Scotti, Hyberni, ni.
Daci, Liuonii, Prussi, Poloni, Hungari, & insu-

Malus dæmon
iterum hominē
infidatus.

Gentes Mahos
metane.

Schismatiči.

Veri Christiani.

lares, Rhodii, Siculi, Corsici, Sardinii, pauciq; alii. Effecit acerbissimus humani generis hostis hac inducta morum diuersitate, hac sacrorum & rituum perdita damnosaq; superstitione , ut dum unaquæq; gens deuū, quem religiose colit, quæq; præ se fert uerum summumq; esse, dum se rectā

Discordia oīs æternæ beatitudinis uiam ambulare, cæteras ue
feminarij cul^r omnes per deuia, per abrupta oberrare ma
tus diuini dispa
ritas.

gnis rationibus cōtendit, dumq; unaquæq; sectā
suam longe lateq; propagare & exrēdere ntitur
sele mutuo tantis inimicitijs, tantis odīs habeat
prosequanturq;, ut ad externas hodie natioes pe
regrinari nō solum nō sit tutū, sed fere omnino
prohibitum & occlusum: unde fieri persuasum
mihi habeo, ut dum uicinarum gentiū nomina
uicinis gentibus uix cognita sint, pro mendaciis
hodie repudientur quæcūq; de ipsis, aut scribā
tur aut referātur: quorum cognitio tamen adeo

**Cognitio exte
nare reū iu
cunda & utilis.**
dulcis, adeo utilis, glorioſaq; semper reputata
est, ut clare constet non ob aliam causam quām
illius amore atq; desiderio plærosque, relicto na
tali sole, relicis charis parentibus, coniugibus
liberis & amicis, relicta, quod magis est, propria
salute, cū maximis difficultatibus, periculis, cu
ris, angustiis, ut aliquid experientur, remorissi
mas transmarinas interdum assumpsisse pere
grinationes: ut compertum habeamus non hac
tempestate nostra solum, uerum ab exordio ferē
mundi omnes per quām maximæ autoritatis,
prudentiæ, eruditioñis ab omnibus existimatos
in Reipublicæ (pacis & belli tempore) magi
stros, cōſiliarios, iudices, censores, administrato
res, duces publico cōſensu electos aſcitosq; esse,

qui ad remotas terræ oras aliquando profecti
multorum populorum mores cognouere & vñ^o Prisci; Græciæ
bes: quemadmodum Græciae atq; Italæ priscos philosophi, vñ
illos philosophos, Socratem Socraticam, Plato, de philosophia
nem Academicam, Aristotelem Peripateticam, et gloriam aus
Antisthenè Cynicam, Aristippum Cyrenaicam,
spicati.

Zenonem Stoicā, Pythagoram Pythagoricam,
tantas sectas, tanramq; discipulorum frequentia
instituere conciliareq; sibi potuisse cōspicimus:
quemadmodum veteres quoque legumlatores
Minoini & Rhadamantū Cretenibus, Orpheus
Tracibus, Draconem Solonemq; Atheniensi-
bus, Lycurgum Lacedæmonibus, Mosen Ju-
dæis, Zamolxim Scythis, aliosq; multos popu-
laribus suis præscriptas sacrorum cærimoniæ,
ciuilesq; disciplinas ferre potuisse videmus:

Quod non à se intra patrios muros eas excogi-
tasse, sed à sapientissimis seculi hominibus Chal-
dæsi p̄fis, Magis, bragmanis, gymnosophistis,
& ab Aegyptiorum sacerdotibus, cum quibus
aliquandiu conuersati essent, deportasse scirent:

quemadmodum postremo præstantissimos he-
roas Creteum Iouem, qui quinques terrarum Sapiētes seculi
orbem perlustrasse prædicatur: Pari quoq; stu- Præstantissimi
dio successuq; eius duos filios Dionysium cognos heroes vnde
mento Bacchum, & fortissimum Herculem æmu militare gloriæ
lumq; illius Thesea, Iasonem cum cæteris argo- obtinueret.
nautis, naufragum Vlyssem, & ex Troia profu-
gum Aeneam, Cyrum, Darium, Xerxem, Ale-
xandrum magnum, Hannibalem Poenum, Mi-
tridatem Ponti regem, quinquaginta nationum
linguis loqui peritum. Antiochum magnum, in
numerousq; Romanorum principes, Scipiones,

Primi legil fa-
torum vnde cau-
toritatem cons-
sequuti.

Marios, Lentulos : Pompeium magnum, Iulium
 Cæsarem, Octavianum Augustum, Constantinos,
 Carolos, Othones, Conrados, Henricos, Federis-
 cos, per factas à sc in exteras nationes bellicas
 expeditiones, immortalem hæc gloriam sempiter-
 namq; memoriam comparare potuisse cognosci-
 mus. Quapropter cum tanta sit in gentiū earum-
 demq; morum cognitione voluptas, tanta utili-
 tas, cumq; omnibus remotas terras adire inuse-
 req; ob plurimas causas non concedatur, non li-
 ceat etiam, velis suauissime mi lector conscriptos
 in hoc libro celebriores gentium mores, cele-
 bricraq; in quibus habitant, loca non minori
 alacritate promptitudineq; legendo amplexari
 & cognoscere, quam si te permanus regionatim
 circumducens fidelissime, quo instituto, & quo
 in loco, unaquæq; gens vitam egerit hodieq;
 agat, & ore ad os referrem, & ad oculum digito
 demonstrarem. Non moueri, non auerti velis,
 quod à rigidiori censore mihi obijci, exprobra-
 riq; possit, rem me pcruetustissimā, & plus quam
 à mille autoribus antea pertractatam, etiam, non
 alijs quam eorum verbis, nunc pro meo, proq;
 novo aliquo attulisse: verum institutum meum
 diligenter introspiciens cognoscas, me tam ex
 ingenij mei, quam librorum meorum thesauro
 haud vulgariter tibi (ceu Liberalis hic Paterfami-
 lias, cui in Euangeliō Christus omninem scri-
 bam doctum comparauit) dilecto hospiti non
 aliena modo & vetera sed mea etiam &
 plurima noua exhibere. Vale,
 & quicqd est, boni consule, ac-
 ceptumq; habe.

Peroratio

Veniam prece-
tur.

DE ORIGINE H
OMINIS OPINIO
THEOLOGORVM
VERA. CAP. I.



I VINA maiestas, cum coelum, Mundus unde
& hanc vniuersi faciem, quæ ab ^{apellatus.}
or natu, & eleganti forma mundus
appellata est, iac omnia quæ illius
ambitu comprehenduntur, quin-
to creationis die absoluisset, sex, Primorum pa-
to hominem masculum, ut esset, qui rentum origo
illis & præset & frueretur, nobilissimum ani-
mal fecit: vnum omnium animatum quod coe-
lestem mentem sortitum est. Illi, quod ex ruben-
tis terræ vena fieri cōtigisset, Adami nomen de-
d: t: tum mulierem ex dormientis Ade latere de ^{Adamus.}
prompræ, ne solus esset, illi in sociā & coniugem
cōmisit: hūmulq; in amoenissimam terræ partem
cōstituit, fluminibus quaq; versus irriguam, Lo- ^{Paradisus}
cus à viridante facie, hilariq; aspectu ^{magis d'adoss}
est Graia voce appellatus, Primo beatissimā vi-
tam agere, malorum omnium expertem, terra
sua sponte referente omnia. Cæterum lege aberrā-
tes, amoenissimo incolatu, sedeq; illa beatiore
depuisi, solum flebiliter vertere. Cohibita dein-
ceps & tellus est, cum nihil vltro ferret amplius,
per sudorem & æruminam vitam agere, subiit
inde morbus, tentareq; coeperunt frigora &

Fertilitas terræ
cur cohibita.

Protoplastorū
uita.

Cainus primos æstus humana corpora. Cainus primo ex his genitus, secundo loco Abelus, & tum multi alij: ita adolescentे mundo, quum iam terra frequenter coleretur, quo maior humanarum gentium vis erat, eo magis vitia inualescere, vitaq; in peius labi, iniuria pro innocētia haberī coepta est, pro pietate, numinis contemptus: eoq; scelus ipsum processit, ut deus (vix Noe vno mortalium iusto reperto, quem propter hoc cum domo sua seruari voluit, ut esset per quem humanum genus ex integrō reparari posset) cataclysmum immiserit, qui inundans omnem terram, una clade omnia animantia, quæ tunc in terris fuere, præter admodum pauca, quæ mystica nauis tuebatur, cum volucribus etiam, extinxit. Post quinos

Dilutium quā diu durauit,

Noe propagatio.

Noe filios ac nepotes habitatū transmittit.

deinde vienses, quibus ea inundatio fæuit, arca in Armenis montibus desedit: Noe cum suis in terram egressus, mortale genus breui tempore, propitio numine, reparauit: & ut rursus omnis terra incoleretur, filios, nepotes, ac pronepotes, alios ad alias terrarum oras velut in colonias habitatum misit. In Aegyptum (ut Berosus haberet) cum Colonijs Chami Esennium, in Libyam & Cyrenen Tritamem, & in totam reliquam Aphricam Iapetum Priscum, Atalaā in Afiam orientalem misit, Gangem, cum aliquot ex filijs Comeri Galli, in Arabiam felicem Sabum cognomine Thuriferum, Arabum præfecit Arabiæ desertæ, & Petreum Petreiç: Canaan posuit in Damasco usq; in extima Palæstinæ. In Europa regem Sarmatiæ fecit Tuisconem à Tarai ad Rhenum flumen: iunctiq; sunt illi omnes filij Istri & Mesæ cū fratribus suis ab Adula monte

usq;

vñq; in Mesemberiam Ponticā: sub quibus tenue Vnde micrum
 runt Tyras Archadius, Emathius Italianam, Co- & linguae dis-
 merus Gallos, Samotes possedit Celras, & Iubal uersitas orta.
 Celtiberos. Fuit breuis illa & immatura filiorū Chami immā
 alienatio à progenitoribus(quorum viuendi ri- turum exilium
 tus & mores non dum adhuc satis imbiberant) turum exilium
 omnis diuersitatis, quæ sequuta est, causa: Cha-
 mus siquidem ob ludibrium, quo patrem habu-
 it, cum uxore & liberis profugere coactus, in ea
 Arabiē partē confedit, quæ ab eo postea nomen
 fortita est: posteris nullum sacrorum ritum tradi-
 dit, cum nullum à patre accepisset. Vnde factū,
 vt quin procedēte tempore alii post alios ex ea
 terra rursus velut i colonias missi, diuersa mudi
 loca tenuissent(creuit enim supra modum abdi-
 cata soboles) quidam in errores inciderint inex-
 tricabiles: lingua variata est, cognitio ueri dei, & Homines à bru-
 omnis cultus perit. Adeoq; quidam inculto & tis non differet
 barbaro modo, vt audies, vitam duxere: ut quid bant.
 differentiae inter eos & sylvestria animalia extite-
 rit vix videas. Qui in Aegyptum transiere, cœle-
 stium luminum motum pulchritudinemq; mira-
 ti, Solem & Lunam, velut certum ipsis numen in-
 esset, pro diis colere coepere, Istidē hāc illū Osy Sol & Iana dis-
 rim nominates uitali spiritui ēt sub Iouis appell uinos honores
 latiche, sub Vulcani igni, Aetheri sub palladis consecuti.
 sub cereris telluri, aliisq; sub aliis nominibus di-
 uinos honores tribuere. Nectenebræ illæ rerū
 tantum in Aegypto stetere, sed qualcumq; à principio terras tenuerunt à Chamo procreati,
 ueræ pietatis ignorantia simul & infanda ser-
 uitus coepit. Cæterum nulla unquam tellus plus
 rium fuit coloniarum mater, quam Arabiæ pars
 illa, quam is cum suis insedit, tantam humano

Arabia multis generi cladem intempestium unius attulit extre-
mum coloniarū lium. Contra Semi & Iaphetis prognati, legitimi
mater. Semī & Iaphē nie à maioribus instituti, modicis finibus conten-
tis prognati. Quare ueri dei euagati. Quo accidit, ut ueritatis studium, pietà
cultus apud tātis dico & ueri dei cultus apud unam dunataxat
paucos permā gentē ad Messiæ usque tempora in occulto per-
sist.

D E O R I G I N E H O M I N I S

Opinio Etnicorum falsa.

C A P V T I . I .

Veteres uero illi Philosophi qui præter ue-
ri numinis cognitionem, ante multa secula
la naturam & historias tradiderunt, de
hominis origine aliter senserunt. Quidam enim
de mundo du mundum ingenitum & incorruptibilem, & ge-
plex opinio. nus humanum ab æterno extitisse, neq; habui-
se ortus principium credidere. Quidam genitū
corruptibilemq; arbitrati, & homines dixerunt
generationis initium tempore esse fortitos. Nam
à rerum primordio & coelum & terram unicam
habuisse ideam immixta eorum natura. Exinde
Leuia superios, distinctis inuicem corporibus. cœpisse mundū,
grauiā infētiora appetisse hunc ordinem, quem uidemus. Aerem quidem
motum hunc continuum fortitum, & igneam
partem eius superiora loca, propter levitatem,
appetisse. Eadem causa solem, astraq; cætera
cursus suos fortita. Quod uero humoris mix-
tum, eodem stetisse in loco, propter grauitā-
tem: quæ cum mixta essent, ex humidis quidem
mare effectum, ex durioribus uero terram luto-
sam evasisse, & omnino mollem. Hæc primum

quum solis ardore densior euafisset, eius postmo Animantū na-
dum superficie ui calores tumefacta, multis in lo turalis creatio-
cis humores quosdam esse concretos, in quibus
putredines tenui correcta pellicula sint excita-
ræ, quemadmodum in paludibus Aegyptiis & Aegypti focus
stagnis accidere uideamus, quum frigidam terrā ditas.
subito ætus aeris calefacit: tum uero in humidis
calore adhibito generatio fiat, & noctu quidam
circunfusus aer humorem præstet, qui in die, so-
lis uirtute consolidetur, tandem putredines illæ
ad summum perduc& adueniente ueluti partus
tempore, exustis cōfractisq; pelliculis omnis ge-
neris educūt animantium formas quorū ea quæ
maiore calorē sortita sunt, in superiorē regionē
uolatilia effecta abierunt: quæ uero plus terræ
continabant, serpentia, aliaq; terrestria euaserūt
animantia. Naturam aquosam nacta in sui gene-
ris elementū delata sunt & pisces appellata. Ter-
ra deinceps, tū solis ardore, tū uentis indies ma-
gis arescens, à gignēdis maioribus animalibus
desuit: sed quæ generata erant mutua cōmixtio-
ne alios animantes procrearūt. Eodē quoq; mo-
do & homines à principio genitos dicūt, i agris
pastū quærētes, sylvestri & incognita uita uixisse
quibus herbæ & arborum fructus ul̄tro uictum
præbererūt. Beluas insuper iis fuisse infensas qui-
bus ut obsisterent, coetus hominum ob timorem
factos aiunt communis utilitatis gratia, auxiliaq;
inuicē prebita & loca habitaculis quæsita: sonus
oris cōfusus cū esset, paulatim discreuisse uocem
aiunt, & res omnes suo nomine appellasse. Verū
quū diuersis siti essent in orbis locis, non eisdem
usos uerbis ferūt: propterea & diuersos literarū
charakteres extitisse. Primosq; hominū ceterus sue

Primorum hos
minum in cui-
ta uita.

Primi homines
à beluis infesta-
ti.

Diversitas lins
guarum unde
facta.

quenq; gentis initium fuisse. Verum primi homines nullo subsidio fulti duram agebant uitam, Homines periculoso prudenter, quum ignorarent agrestes fructus in usum futurum condere, & ad egestatem seruare: hinc fieri facti.

Magistra rerum necessitas.

Aethiopes omnium mortaliū primi.

bat, ut hyeme plurimi aut fame, aut frigore interirent. Experimento deinde eductos & speluncas aiunt quæsse, ad euitandam frigoris uim, & fructus seruare coepisse. Ignis ad hæc noticia, cæterarumq; utilium rerum percepta: & cæteras quoq; uitæ hominum commoditates breui tempore esse adiuuentas deniq; necessitatem ipsam rerum magistram factam, singulorum peritiam ingenii mortalium subministrasse, quibus coadiutores datae sunt manus, sermo, animi q; præstatio. Et illi, qui eam hominis originem fuisse persua sum habuere, & non a dñina retulerunt prævidentiam, Aethiopes omnium mortalium primos fuisse dixerunt. Hac conjectura usi, quod Aethiopicum solum ante omnes terras syderis propinquitate intepescere coepisset, quum terra esset ab initio uliginosa: quo contigit, ut ex prima illa humoris calorisq; temperie homo sit ipse genitus,

Captatio bene atq; eam terram in qua nasci contigisset, libenter diu tenuerit, quam diuersam ullam, quum ignorantia proposita ad hoc essent omnia quæsuerit. Ibi ergo exordientes, ubi prius paucula de Aphrica una trium partium, in quas totus terrarum orbis, & hic liber noster partitus est, præmiserimus: de Aethiopiæ situ & eius gentis moribus primū, tum singularum regionum, & gentium per ordi-

Terra in partes nem, qua poterimus diligentia, referemus, tres dividitur.

De terræ situ & partitione. Cap. III.

Maiores nostri, ut refert Orosius, totius terræ circulu Oceani limbo circuseptu-

triquestræ esse figuræ statuere: eiusq; tres partes Aphrica ab A-
Aphricam, Asiam & Europam. Aphricam ab sua diuiditur.
Asia disternat Nilus: qui à meridie in Ae-
thiopiam diffunditur, & Aegyptum perlabilis,
ac mirabili fœcunditate irrigans, ostium non nu-
nus septem mari infunditur. Europam ab
Aphrica diuidit mare Mediterraneum, quod
ab Occidentali Oceano circa Gades insulam &
columnas Herculeas, non amplius decem milli-
bus passuum patens, terras aperit atq; intrat, ait
Pomponius Mela. Asiam ab Europa Tanais flu-
uius separat, à Septentrione in medium ferè pa-
ludem Meotidem desfluens, cum Ponto reli-
quum Asiae ab Europa diuidit. Aphrica ab
Orientis parte Nilo, à cæteris partibus mariter,
minata, Europa breuior, vbi mare attingit la-
tior: vnde in iuga exurgens, pergit incurua
ad occasum, fastigiatq; se molliter, & fit paula-
tim adductior: vbi finitur angustissima est.
Quantum incolitur fertilitate præstat. Verum
maxima inculta est, & vel ab harenis sterilibus
obducta, vel ob situm coeli deserta, vel multo ac
malefico animalium genere infesta. Mare quo à Aphricæ incō-
moda. Septentrione cingitur Libycum vocatur, à meri-
die Aethiopicum, ab Occidente Atlanticum. A Quatuor As-
quatuor nō amplius nationibus ab initio Aphri-
cum solum incolebatur, quarum duæ (sic scribit Aphricæ latera,
Herodotus) indigenæ sunt, totidem alienigenæ. Indigenæ As-
Indigenæ quidē Pœniatq; Aethiopes, quorum phricæ gentes
alteri ad aquilonem Aphricæ, alteri ad austrum
incolunt. Aduenæ vero Phœnices & Græci. Ve Aduenæ Aphri-
tustiores Aethiopes, nechon & Aegyptii si vera cæ gentes.
sunt quæ ipsi de se prædicant, asperi & inculti ab
initio: ferinæ carnes herbæq;, veluti pecoribus,

22 . D E A P H R I C A

vulgo cibus fuere: neq; morib, neq; lege, neq; im-

perio vlo vſi, vagi remereq; palantes, nullas cer-

tas sedes habuere: vbi nox oppresserat, ibi corpo-

Aphri. ab Her. ra quieti dabant. Postea vero ab Hercule, qui &

eu. cultiores fa in eam terram colonias deportasse dicitur, mitio-

res cultioresq; facti , ex iis nauibus quibus in Li-

byam transfretauerunt tuguria fecerunt, & con-

uenire cohabitareq; cooperunt. Sed de his plura

Terræ afz. quas postea dicemus. Inæqualiter terra Aphrica co-

litur, ad meridiem plurimum ob nimios æstus

deserta: contrà qua Europam spectat frequetior

illi cultus . Extrema & propemodum portentosa

Portentosa A, agrorum feracitas, vtpore qui locis quibusdam

fricæ feracitas. centesimo foenore reddant cultoribus messam.

Aphricæ mira Mirum est, quod de Mauritanie vbertate dici-

bilia. tur: esse in ea vites quas duorum hominum com-

plexus capere non possit, vuarum racemos cubi-

tales, Staphilini, Hippomaratri & carduoq; sca-

pus duodenum cubitorum, enormi crassitudine

calami, Indicis similes, quorum nodi octo capiat

modiolos. Asparagos adhæc videri haud minus

notabili magnitudine. Arbores circa Atlantem

proceritate insigni, enodi, nitore folio cupressi:

sed omnium nobilissima citrus Romanis delitius

inserta. Alit & Aphrica elephatos & dracones,

qui ipsis beluis insidiatur, suoq; cōplexu enecat:

leones, bubalos, pardales, capreas, & simeas, qui

busdam locis supramodum frequentes. Sunt

& chameopardales, rhizes tauris similes : Heros-

dorus cornutos asinosibi nasci autor est: draco-

nies insuper, hyenas, histrices, agrestes arietes,

thoas ex hyæna & lupo genitas, pantheras, cico-

tias, pigardos, struthios, & preter multa serpen-

num genera Cerautas & aspidem, cui pesti Ieneu

Quæ animalia
in Aphrica na-
scantur.

monem minimum animal opposuit natura.

De Aethiopia, & gentis eius priscis
mortibus, Cap. IIII.

AEthiopia duplex regio est Asiae & Africæ altera, quæ & hodie India dicitur, ad orientem solem rubro & Barbarico mari alluitur, ad Septentrionem Libyæ & Ægypto contigua, ad occasum interiorem habet Libyam: ac reliqua parte qua Austro iacet obuersa, alteri iungitur Aethiopia, quæ maior est & australior: sic appellata ab Aethiope Vulcani filio, qui illi præfuit, ut Pli. ait, vel à Græco ερεμος aspectus, ꝑ foliis vicinitate torrebat. Est enim iugis aestus. Quicquid eius est, sub meridiano cardine est. Mō Qualitas Aethio tuosa est circa occiduum, arenosa in medio, ad piz. orientem deserta. Plurimas habet gentes diverso vultu & monstruoso, specie horribiles. Primi omnium mortaliū creduntur, verissimiq; indigenæ, & seruitutem nunq; experti. Semper genti libertas incolumis mansit. Primo deorum cultū apud eos institutum memorant, primasq; sacrorum ceremonias. Duplicem literarum usum, vt quæ sacræ dicerentur sacerdotibus dūravat nocte essent. Alterum earum, quæ vulgo patarent. Fuerunt tamen literarum figuræ haud tales, vt ex illis syllabæ coalescerent, sed animantibus extremitisq; hcmimum partibus, variisq; instrumentis, artificumq; perq; similes, singulisq; sua inerat figuris significatio: Ut in accipitre celeritas, in Crocodilo malum, custodia in oculo, sicq; aliæ in aliis. Ex sacerdotibus, quem phanatico cursu circumferri viderint, omnium sanctissimum iudicant. Quem ubi Regem creauerint, ve lutu numen insit, aut si ad minus diuina pro

Aethiopia du-
plex, dicitur ho-
die India.

Mortalius vetus
stissimi Aethi.
Deorum cultus
ab Aethi. ortus.

literæ Aethiop.

Rex ex sacer-
dote eligi.

DE A P H R I C A

Obedientia Aes prouidentia eis datus, vulgo adorant, vitam is
thiopum. agere statutam legibus deber, omniaq; facere iu-

xtra patrios mores. Neminem neq; præmio neq;
poena afficere. In quem aurem animaduersum
valet, lictorem signum mortis habentē ad eum
mittit, quo inspecto, confessim, quisquis ille est,
domum reuersus, sibi mortem consiscit. Tan-
tus regibus honor, tantumq; studium ab histri-
buebatur, ut siquando aliqua corporis parte ex
quauis causa debilitaretur Rex, domestici ho-
mines sponte sua eandem partem debilitarentur:
turpe existimantes, Rege claudio aut monoculo,
& non amicos omnes claudos aut vñculos esse.

Ferunt quoq; consuetudinis esse amicos vltro in
regis morte vita defungi, existimantes eum in-
teritum gloriosum, veræq; amicitiae testem. Plu-
res syderis propinquitate nudi agunt, ouillis

Vestitus Aes
thiopum.

**Studiū et exer-
cītium,**

caudis pudenda obtegunt, pauci omniō pecore
vestiuntur pellibus, Alii subligacula capillis cō-
texta, ad medium corpus inducunt. Pecuariam
rem vulgo exercēt, pecora pusilla admodū duri
hirriq; velleris. Canes & ipsi nihilo maiores, cæ-
teræ asperi & pugnaces. Milii, hordeiq; frequens
vñs, vnde potum etiam conficiunt, cæteris carēt
frugibus, preter palmulas, easq; perraras. Quidā

Meroe olim res
gñi æthiopici
cap.

herbis victirant, tenuioribusq; harundinū radi-
cibus, carnibus, lacte, caseo vescuntur. Meroe fuit
olim regni caput. Clypei figuram ea, insula imi-
tanur, ad tria milia stadiorum cum Nilo protensa.

Aurum apud
Aethiopes ære
vilius.

Accolunt pastores eam, qui passim venantur, &
agricolæ aurifodinas habent. Herodetus autor
est, apud Macrobius Aethiopes æs pluris existi-
ri, q; aurum, cuius tam viliis sit vñs, ut Cambysis
legati eo profecti, fontes viderint aureis catenis

in custodia vincitos. Quidam Sifamuti, alii locum serunt. Hebeno abundant, & siliquastro, Elephantes venantur & comedunt, Leones habent, Rhino cerota, basiliscos, pardales, draconesq;, qui multiplici nexu implicitos elephantes haustu sanguinis conficiunt. Hyacinthus ibi & Chrysoprasus reperiuntur, Colligitur & Cinnamomum. Arcubus utuntur quadricubitalibus ligneis & perustis: instruuntur bello & mulieres, quarum pleræq; oris labium æneo traiectum habent circulo. Venerantur eorum quidam Orientem sollem, Occidentem diris supplicationibus insectantur. Mortuos nonnulli in profluentem deiiciunt, alii fictilibus condunt dolis, quidam etiam vi treis conditos domi in annum asseruant, religiosq; interim colunt, primi ias offerunt. Sunt qui tradant Regem ab his potissimum declarari, qui forma & alendore pecorum peritia, roboreq;, & opibus cæteros antecellat. Fuisseq; ius olim, ut Sacerdotum Aethiopum, autoritas. Memphiticis sacerdotibus mortis per internum, trium imperadæ, alteriusq; in demortui locū, quā libitum esset, constituendi. Deum alterum immortalem credere, eū qui rex sit princeps atq; vniuersi conditor: mortalem alterum, euthiq; incertum. Regem, ut dictuni est, & eum, qui de ciuitate meritus sit, secundum post Regē, ut deos veneratur. Et talis fuit ab initio, & iam ante multa secula Aethiopiæ status: hi genus, ritus, & mores. Hodie vero, ut se Marcus Antonius Sabellic. (ex quo maiorem partem eorū, quæ hic, & in sequentibus à tuobis dicuntur, accepimus) ab ipsis locorū indigenis cognouisse dicit: Aethiopic rex (quem nostri Pretoianem vocat, ac sacerdotem Ioannem siue Janem: illi Giam, id est, potentem) tam potes

Arma Aethiopum.

Religio Aethiop.

Sacerdotum Aethiopum, autoritas.

Dii Aethi.

Recentes Aethiop.mores.
pretoianes
Giam, siue

Presbyter Ian. est ut duobus & sexaginta aliis regibus imperita
Aethiopia rex. re predicetur, magnum Antistitium desideria
 ad ipsum omnia referri atq; sacerdotia imperari, quod Romanus pontifex Regum Mai-
 stati dedit. Sacerdos tamen ipse non est, nec
 nullis sacris iniciatus. Primorum Antistitium ingens
 numerus: atq; cuiq; horum, ut minimum, virginis
 obediunt episcopi. Principes atq; alics maioris
 dignitatis Antistites, quihi in apertum exeunt,
 crux procedit, & aureum vas terra refertu, ut hoc
 inspectum eunte sua admoneat mortalitatis, illa

Sacerdotes eos dominice passionis. Sacerdotes pcreationis cau-
 sa ducunt uxore, quā si morte amiserint, nefas
 est aliā superducere. Magna diuorum repla ac no-
 stris opulentiora, plurimūq; fornicato opere ad
 summū educta. Multæ pioz ordinū familiæ, An-
 tonii, Dominici, Calaguritani, Augusti, Macharei.
 Colore amiciuntur indiscreto antistitū pmissu.
 Secundū deum optimum deiparamq; virginem,

Thomæ apostoli in Aethiopia summa veneratio Thomæ cognomēto Didymo. Regū ille maximus, quē Giam vo-
 cāt, à Dauide pcreatū, stirpe vnius gentis in tot

ætates (ut ipsi persualum habet) propagata. Estq;
 nō atro ut plurimi Aethiopū, sed cādido colore,
 Garama vrbs regia, quæ nō muris, nō parietib;
 cōstat, sed tabernaculis in ordinē digestis, ex se-
 rico, bisso, purpura intextis. Veteri instituto Rex
 in aperto agit, nec se intra mœnia plus biduo cō-
 tinet: aut quia id turpe ducit, & molle, aut quod
 lege quadam non liceat. Decies cēnum millia ho-
 minum ad bellū instruit, quingentos Elephatos,
 equos ad hæc, & Camelos ingens numerum:
Regis Aethios & hæc vel mediocri rerum motu. Suntq; in tota
 summa potentia. gēte familiæ stipendiariæ, ex qbus orti, signocru-

his velut cauterio insigniuntur, cute leniter incisa. Arcu in bello utuntur, conto, lorica, galea, Saccerdotium in summa dignitate, Secunda dignitas sapientum, quos balsamatos & Tenquatos vocant: tribuitur etiam non parum innocentiae & probitati, quam primo sapientiae gradu collocant. Nobilitati tertius habetur honos, sequuntur stipendiarii. Iudices de vita hominis decernunt, decretum ad praefectum urbis deferunt, quem Lycomegiam vocant: locum regis is tenet. Legibus nullis ex scripto utuntur: ex bono & aequo iudicant: si quis adulterii sit coniuctus, quadragesima bonorum omnium pars multa est: de adultera domestica ultio: illi quorum interest puniunt. Viri dotem constituunt iis, quas sibi matrimonio iungunt, non aliunde querunt. Mundus mulieribus ex auro, quo gens plurimum abundat, Margaritis & serico: viri & foeminae vestitu utuntur ad pedes demissu, manicato, nec uspiam ad aptato, in discreto colore, præterquam nigro, qui in ea gente luctificus est. Defunctos lugent quadraginta dies. Lautioribus conuiuiis secunda mensa crudæ inferuntur carnes, quibus affabre concisis, resperfisq; aromate, audiissimè vescuntur. Lanificio carerit sericum, aut linum vestit totam gentem: non unus omnibus sermo, sed varia loquendi ratio, variisq; distincta nominibus. Agriculturam exercent, & rem pecuariam. Bina messis est illis, bina etiam aestas. Quicquid Libycarum gentium ab Aethiopia hac seu India usq; ad occidentem sole, omnes Mahometis imperiatem colunt, vivuntq; eodem fere cultu, quo & Barbari qui in Aegypto sunt hodie, & Mauri appellantur, ab ipsa ut creditur, Mauroq; euagatione, nam ea quoq; ges Libyæ nō

Mahometus &
in Libya col.

minus infesta fuit quam Saraceni: diris illis temporibus, quibus magna in humanis rebus facta est mutatio, mores gentium, pietatis cultus, terrarum nomina passim immutata.

De Aegypto & ritu gentis vetusto. Cap. V,

Aegypti denos
minatio, et des-
criptio.

A Egyptus regio in Aphrica, vel secundū alii quos, Aphricæ proxima, ab Aegypto Danai fratre sic appellata, quum prius Aeria diceretur. Hæc teste Plin. lib. i. ab Oriente rubro mari, Palestinaq; coniungitur: ab occasu Cyrenem & Aphricæ residuum habet: à meridie usq; in Aethiopiam proteunditur. A Septentrione mare Aegyptium. Eius insignes vrbes fuere Thebæ, Abydos, Alexandria, Babylon & Memphis. Hodie Damiata & Soldani sedes, ciuitas Chayrus sive Alcyra amplissima. In Aegypto (ut Plato inquit) nunquam visum est pluere, sed terram ipsam Nili in undatione quotannis post aestuiale solstitium fœcundari: à plerisq; inter insulas relata est, ita se Nilo scindente, ut triquetram terræ deliniet figuram: quo contingit, ut à Græcæ literæ similitudine, sit à multis Delta cognominata. Aegypti omnium primi duodecim deorum nomina commenti sunt, aras & simulachra delubraq; statuisse creduntur, animalia in axis figurasse: quæ oīa planè arguunt eos ab Aethiopibus esse crudiōs, qui hos omnīs fuerūt autores ut tradit Diodorus Siculus. Eorum fœminæ oīm negotiari, cauponari, institoriaq; obire munera consueuerunt. Viri intramuros parietes texere, hi onera capitibus gestare, mulieres humeris: illæ stantes micturire, hi sedētes: domi vulgo ventrem exonerare, in viis comedessari. Mulierum nulla neq; dei cuiusquam, neq; deg sacerdotiū ha-

Aegypti ab
Aethiop. oriū
di.

Aegyptiæ mu-
lieres virorum,
viri mulierum
munera.

buit. Initiantur non sigillatum cuiq; deorum, sed
gregatim: quorū unus est pontifex: ubi is defun-
ctus est, filius eius subrogatur. Mares liberi gen-
tili instituto, parentes haud inuiti alebant, con-
tra cogebantur filiæ etiam nolentes. Pleriq; mor-
talium infunere deglabrant capita, barbam pro-
mittunt Aegyptii promittebant capillum: & bar-
bam rondebant: panem pedibus, lutum manibus
subigebant. Horum fuit (ut græci persuasum ha-
buere) & qui ab illis oriundi sunt, virilia circum-
cidere. A dextera in sinistram literas digerunt.
Horum mares binis uestibus uti moris fuit, fo-
minas singulis: bipertitus literarum usus, profa-
nus hic, ille sacer, sed uterque ab Aethiopibus
sumptus. Sacerdotes tertio quoq; die corpora
rasitare, ne quid sordis, quum sacra faciunt, inter-
curreret. Linea ferre vestimenta, semper recens
abluta. fassi mūdiciæ gratia se circuncisos esse, qā
faciūs sit mūdos esse quā decoros. Vestē sacerdo-
tes lineā tm̄ gestare, & calceos papyrusaceos. Fabā
neq; ab eis seri, neq; alibi natam uesti. Sacerdoti-
bus etiam illā uidere prohibitum, eo q̄ immūdū
hoc legumen sit. Lauant quotidie frigida aqua,
iterdiu ter, nocte bis. Hostiarū capita prius ex-
ecrationibus diris damnata nō manducabāt, sed
aut peregrinis negotiatoribus vendirabāt sacer-
dotes aut si, qui illa emerent, non affuissent, in
Nilum proiciebant. Boues mares, eosdeniq;, mū-
dos, ac vitulos vniuersi Aegyptii immolant: fo-
minas immolare non licet, vt pote Isidi consecra-
tas. Cibo è farre, quod quidam filigine uocant,
cōfēto vicitant. Vīro utuntur factū ex hordeo
desunt em in ea regione uites. Vicitat quoq; tū
piscibus, partim crudis ad solem arefactis, par-

Lugendi de
fūctos ritus mi-
rus.

Circuncidere
virilia à quib; incep-
tum.

Sacerdotū
Aegyptio.
mūdices.

Faba immū-
dū legumen.

Vīnum ex hor-
deo.

tim sal fugine conditis, tum auibus, sed eartū crudi prius tamen sale conditis, coturnicibus anatibusq; apud locupletes. Eorum cum multi conuenerunt, & à coena, discessum est, circumfert aliquis in loculo mortuum è ligno factum, aur pictura & opere maxime imitantem, longitudine cubitali omnino, aut bicubitali, ostendensq; singularis conuiuarū ait, in hunc intuens pura & oblectare, talis post mortem futurus. Minores maioribus natu obuii in via cedunt arg; deflectunt, aduenientibusq; è sedili assurgunt, qua in re cū Lacedemoniis conueniunt, occurrentes mutuo se in uis adorant manu genutenus demissa. Vestibus ut dixi lineis amiciuntur, circa crura fimbriatis, quas Casilirias appellant, super quas cādida ferunt amicula alia tanquam superiecta. Laneæ uestes, neq; in ædes sacras gestātur, neq; una cū cadavere sepeliuntur. Nunc quoniā omnes, qui olim doctrina aliqua excelluere, quiq; aliis gentibus leges & uitæ instituta præscriperunt, ad Aegyptios prius, ut mores illorum, leges & sapientiam (quibus sum omnes terræ nationes facile anteibant) perciperent trāsiere, ut Orpheus Poetaq; Homerus, Musæus, Melapodes, Dædalus, Lycurgus, Spartanus, deinceps Solon Atheniensis, Plato philosophus, ac Samius Pythagoras, & huius discipulus Samolxis, Eudoxus quoq; mathematicus, Democritus abderites, & Inopides Chius, Moses Hebræus, atque alii multi, ut in sacrī eorum libris cōtineri Aegyptii sacerdotes gloriātur. Liber, cōueuiēs etiā esse mihi uidetur, illorū uiuēdi ritibus diutius īmorari ut cognoscatur, quid & q; quisq; illorum ab his acceperit, atq; alio transportarit. Nam ut Philip

Mutua ad oratione in uis.

Lanearum uestium contemps.

pus Beroaldus super Apuleianum Asinum scri-
bit, pler aq; etiam ex Aegyptiorum religione Christiana no-
tralata in religionē nostrā sunt, ut lineāe ue-
stra religio ple-
stes, derafa sacerdotum capita, uertigines in alta rāque ab A egypti-
ri, pompa sacrificalis musicæ modulamina, ado-
ptiis mutuata.
rationes, preces, aliaq; id genus cōpsura. Aeyyp
tii Reges (ut scribit Diodorus Siculus libro secū-
do) uitā non aliorum regnantiū more, qui bus
uo luntas pro lege est, tra ducebant licentia. Sed
legum instituta in cogendis pecuniis quotidia-
noq; uictu sequebātur. Eorum cultui obsequioq;
nullus deputatus erat, neq; empticius, neq; do-
mi genitus seruus, sed nobilium sacerdotū filii,
tum ultra uiginti annos nati, tū doctrina præ cæ-
teris erudit, ut horum corporis ministrorum die
noctuq; astantium conspectu motus Rex, nil tur-
pe committeret. Raro enī potentes rerum mali
euadunt, ubi desunt suarum cupiditatum mini-
stri. Institutæ erāt diei noctisq; horæ, quibus Re-
gi, lege permitta, agere fas erat. Mane surgente
Regē primo epistolas omnes missas capere oport-
ebat, ut cognitis his, quæ sibi agenda essent, re-
sponso dato, singula in tempore exq; ordine re-
cte agerentur. His actis, quum in uirorum excel-
lentium cœtu lauisset corpus, ueste præclarâ in-
dutus sacra diis faciebat. Mos erat sacerdotum Mos laudandi
principi iuxta aram hostiis deductis, astare Re- Reges in tem-
gis uirtutes, in deos pietatē ac religionē, in hoēs
humanitatem seruantis, tū illum cōtinente dice-
re, iustū, magniq; animi, ueracē, liberalē, omnesq;
frenante cupiditates, poenas insup mitiores quā

postularent errantis crimina exigentem, sed dentem uero gratiam meritis ampliorem: plura his similia orans, tandem his execrationem in malos exequebatur. Tum Regem culpa purgás omne crimen in ministros, qui regi in qua suadereant, coniiciebat. Quibus actis, sacerdos & regem ad felicem diisq; gratam uiram hortabatur, & simul ad bonos mores agendumq; non quae iuaderent mali, sed quae ad laudē & uirtutem maxime pertineret. Demū quum rex taurō diis sacra fecisset, sacerdos quædam ex sacris libris clarissimorum uirorum consilia actaq; proferebat, quibus rex monitus, Imperio pie ac iuste aliorū exēplo uteretur. Non autem pecuniis congregādis uacandi, iudicandiq; legibus solum antiquis, sed deambulandi quoq; lauandiq; & cum uxore cibandi, omnisiq; degendæ uitæ tempus erat lege

Cibus ægypti. sim
pickx.

præstitutum. Cibo uescabantur simplici, ut quo-
rū mensæ nihil præter uitulum & anserem infer-
retur, unī potādi cerra statura erat mensura, qua
neq; farciri uentrem, neq; inebriari possent. De
niq; ipsorum uita ea renebatur modestia, ut nō à
legislatore, sed à peritissimo medico ad conser-
uandam sanitatem composita uidetur. Mirabi-
le uidetur Aegypti, non ex uolūrate, sed ex lege
uitam priuarā agere, sed multo est mirabilius, il-
lis, neq; iudicandi, neq; pecuniam congregandi,
neq; puniendi quenquā per superbiā aut irā aut
aliam iniustiam ob causam, licentiam permissem.
Sed ueluti priuatos reneri legibus, neque id
ægrè ferebāt, existimatis parēdo legibus se bea-
tos fore. Nam ab his qui suis indulgerent cupidi-
tibus, multa cenebant fieri, quibus damna pe-
riculaq; subiret. Scientes enim sæpius se peccare,
tamen

tamen auro amore, aut odio, aut alio animi morbo
victi nihilominus aberrent. Qui uero sapientia
confilioq; uitam instituunt, in paucis offendunt.
Hac usi erga subditos iustitia, Rege: omnium be-
nevolentiam adeo affecuti sunt, ut non solum sa-
cerdotib. sed singulis Aegyptiis maior Regis q;
uxorum filiorumq; aut aliorum principum salu-
tis in esset cura. V ita uero his moribus defunctū

Luctus in regis
morte.

omnes cōmuni mœstitia lugent, uestes lacerant
tēplis clausis forum nō frequētant, festa solēnia
nō agunt, dies septuagīta duos luto deturpātes
capita, ac sindone subtus mammias cincti, una ui-
ri mulieresq; ducenti fermē aut trecenti circum-
ambulant bis in die nouātes luctū, atq; ad nume-
rum cum cantu, uirtutes regis cōmemorātes. Ci-
bis animantium coctisq; ac uino omniq; mēsæ ap-
paratu abstinent. Non lauacris, non unguentis,
non stratis lectis, nō uenereis utuntur: sed tanq;
defuncto filio per eos dies mōerentes lugent.
Hoc tempore quæ ad pōpam funeris spectant

Aegyptiorum
regum funeralia

præparatis, postremo die corpus in arca cōditū ponunt. Ibi breuiariū in tio.
uita ab rege gestorum de more recitant, uolētiq;
facultas datur defunctū accusandi. Astant sacer-
dotes, mortui recte facta laudātes: populus is p-
magnum est, qui exequias circumstat applaudens
ueris laudibus, in reliquis magno reclamās tu-
multu. Qua accidit, ut plures reges repugnante
multitudine, solito caruerit sepulchri honore ac ægy. reges, ius
magnificentia. Is timor coegerit Aegypti reges iu-
ste uiuere. Quid coegerit
multitudine, solito caruerit sepulchri honore ac ægy. reges, ius
magnificentia. Is timor coegerit Aegypti reges iu-
ste uiuere.

ste uiuere, ueritos futurā post mortē plebis iram
atq; odium sempiternū. Antiquorum regū uiue-
di mos hic maxime fuit. Aegypto omni i plures
partes, quarū quælibet Græco uerbo nomos ap-

C

Aegypti uetus pellabatur, diuisa; cui libet prætor aderat, qui omni administratio. nium haberet curam. Aegypti uectigalibus trifariam partitis, priorem portionem percipit collegium sacerdotum magna apud incolas auctoritate, tum propter deorum curam, tum propter doctrinam, qua plures erudiuntur. Hanc partem tum ad sacrificiorum ministeria, tum ad priuatæ uitæ commoda impertunt: neq; enim deorum cultum omittendum purant, neq; publici consiliū utilitatisq; ministris æquum censem uitæ comoda deesse. Ad sunt enim grauibus in rebus his semper consilio atq; opere regibus, tum astrorū peritia, tum uero sacrificiis futura prædicentes. Ex libris prætere i sacris priorum gesta referunt quibus reges in agendis noscant quæ sint profutura. Non enim, quemadmodum apud Graecos unus homo, aut unita mulier sacris præest, sed plures in cultu deorum honoreq; versantur qui eandem sacrorum curam filii tradunt. Hi omnes immunes sunt, secundumq; post Reges honoris dignitatisq; locū tenent. Altera portio ad reges peruenit, quam & ad bella & ad uitæ cultum, tum ad liberalitatem erga strenuos viros pro meritis impendunt. Quia ex refit, ut populares nullo grauentur tributo. Tertiā percipiunt milites, & qui belli sunt instituti ministerio, ut hoc stipendio accepto paratiorem habeant animum ad bellorum pericula obeunda. Est in super ecrū politia in tria hominum genera instituta, Agricolæ, pastorum, & opincum. Agricolæ parvæ sistebat. quædam mercede à sacerdotibus regeq; aut milibus agris mercati, per omnem ætatem ad ipsa pueritia rei rusticæ sine intermissione uacant: quo fit, ut agricultura cæteris, tū ob doctrinæ à

Politia **ægyp.** **triplici** **homini** **num** **generi** **cō** **sistebat.**

Agricola.

parentibus perceptam, cum ob continuum usum
præsent. Eodem modo & pastores cura atq; arte Pastores.
regendi pecoris à patribus accepta, semper in
eo gubernando ætare agunt. Artes quoq; apud
Aegyptios admodum excultas uidemus, & ad Opifices.
sumnum perductas. Nam soli Aegyptii obifices.
omissa rerum publicarum cura, nullum nisi aut
legibus permisum, aur à patre traditum opus.
exercent: ut neq; eos docentis inuidia, neq; ciui-
le odium, neq; aliud quid ab instituto impedit
exercitio. Iudicia uero eorum non casu siebant,
sed ratione, existimabant enim rite facta plurimū
uitæ morta hum prodesse. Nam punire nocentes
auxilium ferre oppressis, optimam ad prohiben-
da mala facinora uiiam putant. Poenam uero de-
licti aut pecunia aut gratia tolli, existimabant cō-
fusionem uitæ communis fore. Quamobrem ex
ciuitatibus clarioribus ut Heliopoli, Memphi,
Thebis uiros optimos eligebant, quos iudiciis
præficerent: qui iudicium confessus neque Athe-
natum Areopagitis, nec Lacedæmoniorum sena-
tui longo tempore postea institutis cedere uide-
bantur. Postquam hi conuenerant triginta nu-
mero, inter se eligebant optimum uirum, quē iu-
dicii principem constituebant, in locū cuius ciui-
tas aliū iudicē substituebat: his omnibus uictus;
sed principi opulentior à Rege daba: is aurea
catena signum uariis ornatum lapidibus à collo
suspensum, quod appellabant ueritatē, gestabat.

Coepitis iudicis ac signo ueritatis à p̄cipe iudi-
cū proposito, omnibusq; legibus, q̄ octo libris cō-
tinebatur, in medio eoꝝ constitutis. Mos erat ac-
cusatorē scribere ea in quibus aliū accusabat, mo-
duq; patrare in iurię, aut dāni facti, quāti eā exti-

Iudicia ægyp-
tiorum casu, sed ra-
tione.

Iudicium ele-
ctio.
Iudicib. uictus
à rege dabatur
Veritas in sis
gne iudicium
Principis.

maret scribere. Reo tempus dabatur rescribendi ad singula, & aut se id non fecisse, aut recte fecisse purgandi, aut iniuriam uel damnum minoris extimandi. Rursus accusatori reoque iniucem respondendi locus erat. Ita bis auditis litigatoriis, cum iudices de controv ersia quæsiuissent, princeps signo ueritatis in partem ueriore uerso, sententiam ferrebat: hic mos iudiciorum erat. Quoniam de legum institutione mentio incidit, haud alienum ab instituto erit, antiquas Aegyptiorum leges etiā referre quo cognoscantur, quā tale fuit apud ceteris præstent, & rerum ordine, & utilitate. Primum periuri capite multabatur, ranquam qui duplii tenerentur scelere: ut qui & pierrem in deos uiolarent, & fidem inter homines tollerent, maximum societatis vinculum humanæ. Si quis iter faciens aut hominem à latronibus cædi comperiret, aut quamlibet iniuriam perpetri, neq; subueniret auxilio (si posset) mortis erat reus: Si auxilium ferre non posset, denunciare latrones tenebatur, & iniuria accusatione prosequiri: qui ea negligebat, plagis ad certum numerum plectebatur, triduoq; carebat cibo. Falso quempiam accusans, si postmodum ad iudicium delatus foret, poenam calumniatoribus statutam subibat. Cogebantur Aegyptii omnes scripta nomina sua ad præsidēs, & simul quo exercitio uiuerent deferre: qua in re si quis mentitur, aut iniusto uiueret quæstu, in morte inhibitus incidebat poenam. Si quis sponte aut liberum aut seruum occidisset morte dñare leges iubebant: quæ nō fortunæ conditionē, sed cōsilium facti pendentes, homines à sceleribus deterrebant & simul uidicata serui morte reddebat liberi.

Homicidium

securiores. Patribus qui filios occiderent, non erat poena mortis in dicto, sed tribus diebus noctibus; continuis edictum ut circa defuncti corpus assisterent publica etiam custodia astante. Nō enim iustum putabant, eum vita priuari, qui vitæ filii autor fuisset, sed potius continuo dolore facti; poenitentia affligi, quo cæteri ab simili fasto auerterentur. Parricidis exquisitam imposuerunt poenam. Nam articulatum præacutis calendas atrocissima mis cælos iubebant viuos supra spinarum acerium ciburi: maximum inter mortales indicantes scelus, ei morte per vim inferre, à quo vitâ accipisset. Mulierem morti destinatae si prægnates essent, partus expectabatur, existimantes penitus iniuriam esse, eum, qui nihil commisseret, vñā cum facinoroso poenâ parti: aut duos plectri, cum vñus deliqueret. In bellis qui aut ordinē relquisti, aut nō parerent ducibus, nō plectebantur morte, sed maxima ciuium ignominia: qua postmodo virtute & recte factis deleta, ad priorem statum redirent. Ea lex & homines assuefaciebat, vt id dedecus pessimum malum, morteque ipsa grauius censerent. His qui secreta hostibus reuelassent, linguam lex iubebat abscondi. Ei qui monetam rum falsarios. circuncideret, aut adulterinam cuderet, aut pondus vel sifna immutaret, aut literis inscriberet, aut de scripto demeret, aut falsas syngraphas afferret, ambo amputabantur manus, vt quæ corporis pars peccasset, per vniuersam vitâ luerer poena. Cæteri quoq; aliorum calamitate moniti, ab simili scelere abstinerent. Asperg etiam poenæ circa mulierum delicta statutæ erant. Nā ei, qui mulierem liberam uiolasset, uirilia execabantur, quoniā uno criminis tria haud parua scelera cō-

Lex alia in parentes qui liberos occiderent.

Lex castrensis
ignominiosa.

Lex in moneta rum falsarios.

Lex in mechos.

Lex in adulteris et adulteras plexus esset, iniuriam, corruptelam, & liberorum confusio[n]em. In adulterio (ponendo) deprehensus virgis cædebat[ur] ad mille plagas mulier nam so mutilabatur. Quo dedecore vultus maculatus ea multa[re]etur parte qua maxime facies exornatur.

Bocchorides legislator. Legum quæ ad hominum commercia pertinent Bocchoridem latorem fuisse scribunt. Hæ madant, creditis absq[ue] scriptura mutuo pecuniis, si negarentur, statim debitoris iuramento: ut quæ iustitandum veluti religiosam rem magni extitarent. Nā cum certum sit iis, qui s[ecundu]m iurante abrogari fidem, plurimi ducunt, ne boni viri non amittantur, raro ad iuramentum descendere.

Adiutorium raro descendendum. Legis insuper lator omnem fidem in virute constitutens, bonus moribus iudicauit assuefieri homines ad probitatem, ne indigni fide viderentur, debere. Iniquum etiam putauit eis, quibus absq[ue] iuramento credita pecunia esset, de re sua iurantibus non praestari fidem. Fœnus quod ex scripto contrahebatur, prohibuit ultra contractum tui duplum exigi: solutio ex benis debitoris solum fiebat. Corpus non poterat addic[er]e creditoris: purabat enim oportere bona tantum subdita esse debitum. Corpora, quorum opera & bello & pace uterentur, ciuitatis addicta esse. Non enim æquum videbatur milites, qui pro patriæ salute pericula subirent, pro usuris in carcere duci: quam etiam legem Solon videtur ad Athenies transstulisse, quam Sisateam appellauit, decernens ne ob usuras ciuium corpora necterentur.

Lex de furto ad miranda. Lex priuatim præterea de furibus apud solos Ægyptios haec erat. Iubebat eos qui furari volebant nomen suum apud principem sacerdotum scribere, atq[ue] euestigio furtum ad eum deferre, similiter q-

bus res furto erepta erat ad eundem rei sublatæ tempus diem & horam scribere tenebatur. Hoc modo facile inuenio furto qui rem amisisset, quarta multabatur parte, quæ daretur furi: satius legislator esse duxit, quum impossibile esset prohiberi furta alicuius portionis q̄ totius rei amissæ homines iacturam patit. Nuptiæ non idem apud Aegyptios mos est. Sacerdotibus vnam tantum uxorem ducere licet. Reliqui pro voluntate & facultatibus plures habent. Nullus ex eis nec ex serua quidē empta genitus spurius haberetur. Scilicet enim patrem existimant generis auctore, matrē & nutrimentum & locum infantū præbere. Natros adeo parua educant facilq; impensa, vt vix credi possit. Nā tum scirpoq; tum aliis radicibus sicut modica quas ubi cineribus coquunt, tum caulibus palustribus, quas partim coctas, partim assas igni, partim crudas pro cibo præbent, liberos nutriunt, discalceati nudiq; maiori ex parte ob patriæ temperiæ vitæ ducunt. Omnis sumptus in pueris, quo usq; ad ætatem perueniant, à paréribus impensis non excedit dragmas viginti. Erudunt sacerdotes filios & literis, quæ appellantur sacræ, & aliis quæ ad cōmunem spectant doctrinam, vt plurimum Geometriæ, Arithmeticæq; studio intenti. Palestræ aut Musicæ nō vacant, existimantes quotidianum illius exercitium iunioribus infirmum esse, & periculosum. Ex eoq; breviores vires efficiunt. Musicam non solum inutilem, sed nocuam ducunt, tanq; viræ animos effeminantem. Morbos vel ieunio curant, vel vomitu, idq; aut quo tidie, aut tribus diebus aut quatuor interiectis, afferunt enim ex ciboz superfluitare oes, creari morbos, eam ergo ad valetudinē curam optimam.

Matrimonia.

Puerorum edus
catio, & impensMusica damna
tur ab Aegyptiis.Morbos Aegyptiis.
vomiu. curant
aut ieunio.

Medici ægyptiorum.

quæ morborum principia auferat. In malitia aut peregrinationem profecti, nulla impensa mercede curantur. Medici enim ex publico victu sumunt, ægros secundum legem curant ab antiquis medicis comprobatisq; scriptoribus traditam. Si quis normam sacri libri sequutus infirmum curare nequierit, omni caret criminis: si præter ea, quam quæ libris continentur, illum curauerit

Variorum animalium cultura portentosa. morte punitur. Credidit enim legislator ea mendendi cura, quæ plurimo tempore ab antiquis medicis obseruata profectaq; sic, haud facile meliore reperiri posse. Colunt Ægyptii animaria

quædam præter modum nō solum viua, sed etiā mortua, sicut Felē, Ichne mons, Canes, Accipitres, Ibides, Lupos, Crocodilos, & eiusmodi plura. Nō solum horæ cultum palā profiteri nō erubescunt, sed tanq; in honoribus deoꝝ effusi. id laudi sibi & decori ducunt. Cumq; signis illoꝝ propriis vrbes, & varia loca circumeant, procul ostētantes, quæ seruerūt animalia, ea more supplicū singuli venerātur. Cum aliquod eoꝝ moritur sin donec cōfectum cum v lulatu pectus percutientes sale liniunt, ac Cedri liquore vnguetisq; odoris feris, quo diutins seruerūt corpus vñctū in sacris locis sepeliūt. Si quis aliquod hōꝝ animaliū spō

Ibidem vel feste apud ægyptios interficiens. te occiderit morte dānatur. Aeluro & Ibidē exceptis, quos si quis spōte vel securus occiderit, interficitur accurrēte turba, & absq; iudicio hoīem variis suppliciis affectū interficiūt. Quo timore, q; hos mortuos cōspexit, procul astas lamētatur testificās animal absq; sua culpa mortuum esse. Nutritur hæc animalia summa cura atq; impēsa in tēplorum ambitu à viris haud quaquam cōtemnedis: quæ similitudine & alīca variisq; epulis lacte

Animalia.

conditis cibant: anseres tum eiros tum assatos in templis sp̄lē apponunt quotidie. His quæ cruda edunt, aues capras præbent, deniq; ea omnia magna sustentat cura atq; sumptu. Eoꝝ mortem æque ac filiorum lugent, sepeliuntq; sumptuosius q̄ eorum facultas ferat, ita vt Ptolem̄o Lago Aegyptum tenere, quum bos in Memphi ex senecta mortuus ieret, qui illius nutriendi curā ceperat, pecuniam, quæ in eius sumptu data erat permagnā, ac insu per quinquaginta talenta argenti mutuo à Ptolemeo sumpta, in eius sepulturam impendit. Vi debuntur forsitan hæc, quæ diximus miranda, sed nequaq; minus admirabitur quis, si quid apud quosq; Aegyptios sit cōsideret in funere mortuorū. Nā vbi aliquis defunctus est, propinqui oēs amici, qui deturpato luto capite lugentes ciuitatem, quo ad mortuus sepieliantur, circueunt, interim neq; lauantur, neq; vinum capiunt, aut cibum nisi vilem, neq; vestibus utuntur splendidis. Sepulchorum tres habent species, sumptuosas, mediores, & humiles. In prima argenti talerum exponunt. In secunda minas viginti. In ultima pax qd sumptus irrogatur. Qui funera mortuorum curat, eo exercitio à maioribus tradito, funeralis impēsam domesticis descriptā ferunt, scrutantes quāti velint celebrari funus: conventione facta, corpus eis traditur, vt iuxta impēsam curetur funus. Primo grāmaticus (ita enim appellat) posito humili corpore, circa ilia describit, q̄tum à sinistra parte incidatur: deinde q̄ dicitur scissor habēs lapidē Æthiopicum: q̄tum lex sinit latus aperit, subitoq; cursu à prosequētibus, qui astare, lapidesq; cū execratione in eū iacentibus fugit. Existimant enim odīū inhārere, quicunq; amici

Apis bos mors
tuus maxima
sumptu sepul
tus.

Mortuori fune
ratio apud Aes
gyptios admis
tanda.

corpus vulnera illato violari. Curatores vero corporis, hos saltatores appellant, honore digni existimationeque habentur. Utuntur enim sacerdotibus templaque; pariter ingrediuntur. His penes cunctos astantibus, unus per scissuram corporis interiora, praeter renes & cor, educit. Quae singula altero vino phoeniceo ex rebus odoriferis lauat. Deinde corpus totum primum ex cedro, tum aliis preciosis vnguentis vngunt dies amplius triginta. Myrrha deinde accinnamomo, ceterisque rebus liniunt, quae non solum id seruare dicunt, sed odoriferum reddere queat. Curatum cunctos astantis tradunt defuncti. Ita singulis eius partibus etiam supercilioque palpebrarumque pilis integrum seruatis, ut omnis corporis species dormientis more integra perduret. Antequam sepeliatur corpus praeditum a cognatis tum iudicib. tum defuncti amicis sepulturae dies afferentes illum mortuum palude transitus. Astantibus iudicibus amicis defunctorum plus quadraginta numero, sedentibusque in predicta apud Aegyptum, parato ultra stagnum Hemicyclo, trahitur natus ad id cōposita ab his, quibus ea cura iniungita est, tum antequam corpus in arcā condatur permittitur lege volenti accusare mortuum. Si quis probatur male vixisse, iudices sententiā ferunt, qua censent corpus eius sepulchro priuandum. Qui deprehenditur iniuste criminē obiecisse magna multatur poena. Quum deest accusator, aut per calumniam accusatum cōstat, cognati finito luctu, ad laudes mortui vertuntur, nil de genere eius, sicut Græci cōsueverunt, narrates. Existimant enim se omnes Aegyptii pariter nobiles esse, sed ordientes à pueritia, in qualitate institutio- nē, eruditionemque recēsent, ad viri aetate descē-

dunt, eius erga deos religionem, iustitiam, continentiam, uirtutesq; cæteras commemorantes: in vocatis uero inferis diis, precantur, ut eum inter pios locent: ad quæ verba omnis multitudo cor respendet, gloriam mortui extollens, tanq; apud inferos cum beatis semper futuri. Sepeliunt postea quiq; suos, hi in propriis sepulchris, hi qbus ea desunt domi apud firmorem parietē arca corporis erecta. Qui vero criminis aliquo aut foena-
re sepultura prohibentur, domi absq; arca ponūtur. Quos posteri diriores facti, ac debita crimina soluentes, honorifice sepelunt. Mos est apud eos defunctorum parentum corpora dare in pignus creditorib; opes pignerantur.

Defunctos si pa-
rētum corpora
creditorib; opes
pignerantur.

tur infamia, & sepultura carent. Mirabitur quis merito eos, qui hæc instituerunt, non solum quæ ad viuentium mores spectarent prosequitos, sed etiam quæ ad mortuorum sepulchra cultumq; pertinereunt. Adeo hoc pacto ad bonos mores quantum fieri posset componi vitam hominum existimabant. Græci sanè, qui fictis fabulis, ac poetarum dictis fidem excedentibus de piorum meritis malorumq; poena tradiderunt, nequaquam potuerunt suis scriptis traducere homines ad virtutem. Quin è contrà potius derisi contemptiq; sunt ab improbis. Apud Aegyptios vero non fabulis, sed visu, impiis poena iustis laus impartita. Singulis diebus vtr olsq; eorum, quæ vitae utilia existat admonent: quiu videat cuiq; p his, q; egit debiti præmii memoriam impedi. Qua ex causa ad meliorem singuli vertuntur viuendi normā. Eas enim optimas esse leges putandū est, qbus nō duites, sed honesti prudēresq; homines habet. & hæc de Aegyptiis: nūc de reliquis Africæ populis,

De Pœnis, & cæteris Aphricæ po-
pulis. Cap. VI.

Nupturæ regi
deuirginandæ
exhibentur.

Sponsa a fud
Nasamones à
singulis conui-
uis cognoscis-
tur.

Fidei dādæ cō-
suetudo.

Poenorum multæ sunt & variæ nationes, Adrimachidæ Aegyptum versus sint, eisdem quibus Aegyptii moribus vntuntur. Vestem gestant qualem & alii Pœni: uxores eorum in vitroq; crure armillam æream habent: capitis coma nutrita: pedunculos suos, quos quisq; capit, præmorderatq; ita abiicit: quod isti tatum, ex omnibus Pœnis factitare, Soliç; virgines nupturas regi exhibent, quæ illi placita fuerit, eam deuirgnat. Nasamones grandis & dira natio, nauium syrtibus inuolutarum spoliatores, sub æstarem relictis ad mare pecoribus descendunt ad locum augelem decerpturni palmulas, quæ ibi pemulæ & speciosæ sunt, & fructiferæ omnes. Ex quibus ubi palmulas immaturas decerpserunt, ad solem siccantes maturefaciunt: deinde lacte maceratas sorbillant. Uxores plures singuli è consuetudine habent, & cum his in propatulo coeunt, eodem penè, quo & Massa: etæ modo nisi q; h; i prius Scipionem pretendant. Mos etiâ Nasamonus est, quum quis primum ducit uxorem, ut sponsa singulos coniuias adeat veneris gratia; & ut quisq; cum ea concubuit, donum det illi, quod secum habet domo adlatum. Iureurando ac diuinatione tali vntuntur pereò viro, qui iustissimi optimi apud illos fuisse dicuntur: iurant illoq; sepulchratangēt, diuinat ad suorum accedente monumenta, & illi ubi preces peregerint in dormiunt. ubi quoq; per quietē insomnium viderunt, eo vntuntur. Fidei dādæ cōsuetudo hæc est: de manu alterius vterq; sumpto inuicē potuio bibit: q; si nihil humoris habuerint, sumptum

è terra cinerē lingunt. Garamantes omnium hominum commercia aspectumq; refugiunt, nihil bellicæ armaturæ habentes, nec defendere quidem sese audentes, supra Nasamones incolunt. Garamantes hominum eos metea fugiunt.
 Circum maritima uero occasum uersus his Macæ confines sunt, qui summum capitum uerticē radūt in medio capillos crescere sinentes, hinc atq; hinc in orbem tondentes. In bellū subterraneorum struthionum pelles pro argumento ferunt. Gnidanes Macis contermuni: quorum mulieres fimbrias peliceas ferūt, singulæ multas: ob hoc (ut memoratur) quod ut à quoque uiro uenerè passa est, fimbriā orat: & ut quæq; plurimas habet, ita præclarissima cēsetur, tanquā a pluribus uiris adamata. Machlyes circa paludē Tritonidē habitantes occiput crinitum gestāt. Aufes uero anteriore in capitib; partem. Horum uirgines anniversario Mineruæ festo in honorē ipsius Deæ indigne inter se bifariam diuisæ prelianunt lapidibus fustibusq; dicentes se more patriū serua re ei, quā Mineruā dicimus, & quæ uirgines ex vulneribus decedūt, eas falsas uirgines appellat: sed priusquam à pugnādo desistunt, hoc faciūt: Virginum de certatio in Mi
 quæ uirgo in pugnam optimam operā nauavit, ea semp cōmuni cōsensu cætere uirgines exor nant, tu cætera armatura Græca, tu crista Corin thia, & curui impositam circa paludē circūferūt. Idem promiscue cū mulieribus nō una habitantes, sed pecudum more concubunt: ubi apud mulierem puer robustus est factus, apud quem uirū habitare sustinet (nam tertio quoq; mēse uiri conueniūt) eius filius censemur. Atlantes à monte Atlante, iuxta quem habitant, appellati, anonymi sunt, id est, nomen proprium singuli non habēt,

Solem transcendentem execrantur, eiq; propter
rea omnia conuitia ingerunt, & torridus, & ipsos
& regionem perdat: nullo animante uestiun-
tur, nec somnia ulla cernunt. Pastorici Aphri car-
ne & lacte uictitant, nihil uaccinū gustates quia
nec Aegyptii suem gustant, nec uaccā aiunt, nec
Cyrenæ foeminæ ferire eas sibifas putant, ob Iſi-
dem quæ in Aegyptio est: cui & ieiunia, & dies
festos agunt studiose. Ad mulieres Barceæ non
modo gustu uaccinæ carnis, sed etiam suillæ ab-
stinēt, filii ipsorum ubi quadrimi effecti sunt, uenas
uerticis, quidam etiam temporam illorum. Iana
fuccida inurunt, ob eam causam, ne ullo unquam
tempore, pituita officiat è capite defluens: eaq;
de re, se aiunt esse optimâ ualeudine. Eo modo
sacrificant: ubi pro primitiis pecudis aurem præ-
cidebunt, eam supra domum abiiciunt, hoc acto,
ceruicem eius auertunt. Solis omnium deorum
immolant Soli & lunæ. Defunctos, ut Græci, se-
pelunt omnes Aphri, præter Nasamones, qui illos
sedentes sepelunt, obseruantes ut dum quis
cæpit agere animâ, eum sedentē constituant, ne
supinus expireat. Domicilia eorum sunt virgultis
cōpacta suspensis circa lentiscos, & ea quoquo
uersus uersatilia. Maxes dexteram capit is partē
comaram gestant, sinistram radunt, corpus mi-
nino tinguunt, afferentes se à Troianis esse oriun-
dos Zabi cum Maxibus confinium foeminæ au-
rigantur currus in bellum. Zigaiores (ubi magnâ
uim mellis apes cōficiunt, sed multo plus opifi-
ces uiri facere dicuntur) omnes minio inficiuntur
ac simili uestiunt, quæ affatum gignit iis, qui in
mōtibus degunt. Hi omnes Libyci uita sylvestris
sub diuo, ut plurimū habitat, uictu (feræ more)

Sacrificandi ritus.

Sepeliendi ritus.

**Libycarum
gettum uita.**

contenti nil domesticū edūr: nullis uestibus, præter caprarum pellibus, tegunt corpora. Potentiores inter eos, nullas habent ciuitates, sed turres a. quis proximas, condentes in eis, quæ usui super sunt. Subditos populos singulis anis adiurant, ut principi pareat, obtemperantes, ut socios diligat abnuentes imperium, ut latrones persequantur. Eorum arma sunt & regioni & moribus cogrua. Nam cum sint corporibus leues, patria uero ut Belligerandi nū plurimum plana, neq; ense, neq; gladiis, neque tus. armis utuntur in bello. Tris tantum ferunt hastas, lapidesq; in uasis ex corio factis delectos, cū his certantes, tum in congressu, tum etiam recessu: primo ferire hostem conantur ad 'cursum, lapides recte iaciendos longo usi edocti. Erga extermos nullum ius, nullamq; seruant fidem. Troglodytæ (qui & à Græcis, quod ex pecoribus uiuant, pastores appellantur) Aethiopizæ populū coetus ac tyrannos inter se constituant. Vxores ac filios habent communes, excepto (qui unicā tenet) tyranno. Huic appropinquanti multam tyrannus interrogat certio pecudum numero. Ethesia rum tempore, quo maximi decidunt imbræ, san guine & lacte immixtis, paululumq; coctis nutriuntur. Aestu solis deficiensibus partibus ad loca declinans palustria, pro quibus solis inuicem certant. Pecora uetusta aut in mobos cadentia occidunt, exq; his per omne uiuunt tempus. Parentum nomina minime inciderunt filius, sed tauri, arietis, ouis. Et hos quidem patres, hos matres, quoniam ab his, non à parentibus quotidianus pbeatitur cibus appellat. Ut nuptiorum Idiotæ Paluri arboris succo: poteriores ex quodam flore exp̄so, q; est deterrimo nostro iusto p̄similis.

Troglodytæ, a
etiam pastores
dicitur.

Ethesiarum .i.
uentorum qui
xl. dies post eas
niculæ exortæ
perficiuntur.

Armentorum greges secū ducētēs uarias, ne iū
dē in locis morentur diutius, regiones mutant.
Corpora, præter uirilia, q̄ pellibus teguntur, nu-
di. Pudēda Troglodytē omnes uelut Aegyptii
circuncidunt, his dēptis, quos à casu claudos ap-
pellant. Hī soli intra regionē hesternorum habi-
bitantes ab ibfantia non nouacula inciduntur.
Arma ferunt Troglodytæ ii, quos dicunt Mega-
uares: scutum ex corio crudo bouis rotundum,
& ferratā clauā alii arcus, lāceasq; Sepulchra mi-
hili penitus curat: nā paliuriu minimis corpus
ligates, defuncti cervicē cruribus applicant, de-
inde cadauer in loco editiori positum lapidi-
bus ridētes obruunt; impositoq; supra saxonum
aceruum capræ cornu abeūt nullo dolore moti.
Bellatur inuicē nō ut Græci, ob irā, aut ambitio-
nē, sed pabuli gratia. In eorū cōcertationibus pri-
mū iactis lapidibus, quo ad aliqui uulnerātur cō-
certat: tum arcu quo ad modū exercitatis sunt, pu-
gnātes mutuis uulneribus cadunt. Ea certamina
dirimunt, q̄ ætate præcedunt fœmine, qbus nul-
lo periculo in medium pdeuntibus (nefas est. n.
has ullo pacto ledere) extēplo à certamine ces-
sant. In ualidi obsenium armēta se qui gutture bo-
uis cauda adstricto uitā finiūt. Qui mortē differt
licet nolētē eodē modo (admonitum tñ antea) ui-
ta priuare, ibi q; habetur beneficū loco. Febricitā-
tes irē, aut morbo incurabili correptos, simili ad-
ficiunt morte. Maximū arbitrātur malorum ab
eo uitā diligi, q̄ ne queat aliquid agere dignū ui-
ta. Herodotus scribit Troglodytas specus in qui-
bus habitēt excavare, nullo hñdi diuinitias defy-
derio teneri, quū paupe rtati se uolūtarie addica-
rint, etn lapide uno gloriari, quē Exacouthalitū
nominamus.

Certamina fœ-
mine dirimunt.

ominamus: Serpentum carnibus uesci, Sermōnis ad hæc ignaros esse, & propter hoc stridere magis quam loqui. Alia in Aethiopia, quæ supra Aegyptum est, habitat gens, Rizophagi uocatur, radices arundinum, quas ex propinquis locis ef fodiunt, magna cura lauantes barbari lapidibus terunt, quo ad molles factæ cohærent: deinde placentas ad modum lateris, quantum manus capi factas, atq; ad solem decoctas mandunt. Quæ solum cibum, ipsi per omnem uitam suauem atq; affatim habent, eo quod pacem continuam seruent, Bellantur tamen cum leonibus, qui è deserto umbræ causa, & ut minores uenentur feras egressi, Aethiopum multos è paludibus exeūtes dilaniant. Et iamdudum ea deleta esset à leonibus natio, nisi natura eis sponte præsidium tulisset. Nam sub ortum canis mirabilis atq; innumera nullo agitante uento, culicum multitudo ad ea loca aduolat. Homines ad paludes fugientes minime lœdunt, leones abire ex his regionibus cōpellunt, tum morsu, tum uocis sono territos. His propinqui sunt Ilophagi Spermatophagiq; quo rū hi quidem fructus, qui æstate ex arboribus decidunt colligentes absq; labore edūt: reliquo tempore herbam in umbrosis nascentem locis decerpunt, quæ uitæ subuenit in egestate. Ilophagi uero cū filiis uxoribusq; ad loca cāpestria accedentes arbores ascendunt, ac teneras ramoru summitates auferunt, tantam ex cōtinuo usu ramos ascē dendi peritiam habentes, ut (quod incredibile ui detur) de arbore in arborem uelut aues profiliat, ascendantq; tenues absq; periculo ramos, macilenta levitateq; corporis nixi: quod si quādo pē des labantur, manibus ramis comprehensis, se se

Rizophagi ras dicib. victitan tes.

Rizophagi Ieos nibus præde sunt.

à casu peropertune vindicat: quod si forte deciderint nullain re propter corporis levitatem lœdūtur: ita ramis teneriorib. dēte exefis uerē farciuntur: Hi semper incedunt nudo corpore, eōmunesq; uxores ac liberos habēt pugnat inuicē pro locis, armati baculis aduersus alios, ac dominantur uitatis: moriūtur ut plurimū fame, quiū deficiente uisu corpus priuetur eo sensu, quo cibū quærebat.

Cyneci ferarū Reliquam circaregionē Aethiopes tenent, qui timore super arborēs habent

Cyneci dicuntur, numero haud multi, uita ab re liquis diuersa. Sylvestrē enim incolētes patriā, & penitus asperā rarisq; aquarū fontibus, super arbores ferarū timore dormiunt. Sub auroram ad aquarū decursus armati prōdeuntes se abscondunt inter arborum frondes. Sub æstu uero solis agrestes boues par dalesq; ac uaria ferarū genera, cum caloris tumi sitis impatientia ad aquas potus causa confluunt. Repletas grauesq; aqua bestias Aethiopes ex arborib. descendentes adoruntur, ac lignis adustis, saxi q; & sagittis occisas perq; coetus diuisas edunt. Aliquando uerbo quāuis per raro & ipsi à ualētiori bestia interficiuntur: sed multasipsi dolo & arte ualētiores beluas capiunt. Si quādo defint animalia antea captorū pelles madefactas remors pilis ad ignem lenē ponunt: dispartitasq; singulis aude ad satietatē sumunt. Impuberes pueros exercent ad certum signū iacere, solis cibum præbentes his, qui signum tergere: ideo iaculatorēs optimi euadunt urgente fame. **Aridophagi** deserto contermini homines sunt paulo cæteris breuiores, macilenti, ac supra modū nigri: Veris tépore zephyrus ac Libycus uenti infinitū pene locustaglex deserto ad eos deferunt numeri. Hæ magna sunt, sed colore ala-

Aridophagi
locustis uictitā
res.

rum turpi ac squalido, Aethiopes ad id assueti in quanquā latā longamq; multi stadiis conuallem plurimum materiei ex propinquis locis ingenerunt: quum suo tempore tanquā locustarum nubes à uentis supra uallem defertur, materiem eō gestam omnemq; loci herbam antea succisam incedunt. Locustæ desuper uolantes ingenti fumo enectæ paulum ultra uallem ad terram tanta decidunt copia, ut uictum omni genti abunde p̄r̄beat. Has enim Sale (quem regio plurimum fert) superinfuso diutius seruant, cibum gustu eis suauē: hic est solus eorum p̄ omne rēpus locustarum uictus. Neq; enim pecora nurriunt, neq; pisces edunt, procul à mari positi: neq; ullum aliud uitę adminiculum habet. Corpore leues sunt, ueloces cursus, & uitę breuis: ut qui longissime uiuunt quadragesimum non excedunt annum. Finis eo rūm non solum miserabilis est, sed & incredibilis. Nā propinquate senecta, periculi alati, nō solū uisu uarii, sed specie horridi ac turpes, in corporib; nati, uentreñ primo, tum pectus, deinde totum corpus paruo tempore exedunt. Qui morbi patitur primum ueluti scabiei cuiusdā pruritu' allectus, corpus scalpit, uoluptate simul & dolore perceptis deinde exorientibus pediculis, simul effluente sanie, morbi acerbitate ac dolore percitus, unguibus corpus magno. cū gemitu lacerat. Tanta uero uermium copia effluit, aliis sup alios tanquā ex perforato uafe, scaturientib; ut deleri neq; at: hoc pacto siue cibi, siue aeris cā misere fortiū uitę finē. Extremas ad meridiē Africę ptes vi tri habitat à græcis cinnamoni, à uicinis barbaris syuestres appellati. Barbas h̄nt admodū magnas greges sylvestriū canum nutriētes p̄ficia uitæ

Phthiriasi acrē dophagi mo riuntur.

Cinnamomi si ue syuestres, ca nes nutri.

Nam ab æstiu tropico, usq; ad medium hyemis
 Indici boues innumera multitudine eorum pa-
 triam ingrediuntur: causa incerta est: utrum ne
 alias insectantes se feras fugiant: an pastus penu-
 ria, an alio naturæ (quæ omnia miranda gignit)
 impulsu hominibus ignoto acti. His homines,
 quū obsistere nequeat, suis freti viribus se canib;
 tuētur: qbus in uenatione usi boues pmultos ca-
 piunt. Et hos quidem recentes edunt, hos salut
 ad futurum usum. Multa insuper & alia animan-
 tia à canibus capta comedunt. Pestremi, qui ad
 meridiem habitant in hominis forma ferarū ui-
 tam ducunt Ichthyophagi, sub Troglodyticam
 oram in Arabico sinu Barbaræ gentes. Nudi per
 omnem uitam degit, uxores filiosq; cōmunes ha-
 bēt, bestiis similes, ut qui neq; uoluptatis, neq; do-
 loris ullū, nisi naturale sensum percipiāt, neq; tur-
 pis neq; honesti discrimē norint. Habitacula ha-
 bent nō longe à mari iuxta promontoria, ubi non
 solū profundæ caueriae, sed cōualles immēsæ &
 angustæ & speluncæ existūt, egressu ipsa natura
 difficult ac turtuoso. Harū tanquam ad eorum usū
 natura factarū aditus incolæ magnorū congerie
 lapidū obsepiunt: qua ueluti retibus capiātur pi-
 sces. Maris enim fluxu quod his diebus singulis
 circa tertiam ac nonam horam accidit, oras litto-
 ri propinquas inundante, aqua in immensum ex-
 crescens operis locis omnibus innumerā copiā
 diuersorum piscium secum in continentem de-
 fert: qui quū in diuersa loca cibi gratia diuertant
 refluente mari per lapides, pisces in sicco desti-
 tuuntur. Quos incolæ cū uxoribus puerisq; con-
 currentes capiunt, captos supra petras ad meri-
 diem sicas, numloq; solis æstu incensas ponunt, pau-

Ichthyophagi
 expiscibus sui
 sunt.

loq; post reuoluunt: à quibus sic ad solem decostis, carnem oém excutiunt, & concauos saxo iniecta pinsunt, admixto paliuri semine, cibum sibi conficiunt suauissimum. Nam sic immixtas carnes in modum longioris lateris formāt, ad soleq; paulo desiccatas, sedētes cum voluptate edunt, non quidē ad certam mensuram, aut pondus, sed ad satietatē, habēt hunc cibū semper velut è penu promptum. Neptuno pro Cerere eum largè subministrat. Quando vero maris tempestare adeo littori vicina loca multis diebus inuidatur, vt nula detur piscani facultas (quo sēpore cibi penuria laborant) Conchas legunt permagnas, quae testa saxis attrita interiori carne cruda, sapore Ostreis persimili vescuntur. Vbi vero tempestas vētorum vt diutius perseuerat, cōchæq; deficiunt, ad ossa siue spinas ex piscibus excussas, & in hunc vsum coaceruatas configiunt: teneriores recētio resq; ex his dentibus mandunt, duriores edunt saxo contritas, nil brutis animalibus dissimiles. Epulantur autē palam cum læticia, vt dixi, cātuq; absono omnibus inuicem cōgratulantibus: deinde mulieres, vt in quāq; quis forte incidit, cognoscunt prolis causa: omni cura ab ciborum, q præsto sint, copiā, vacui: his studiis quatuor diebus intenti, quinto potus gratia ad fontes pergunt gregarim, omnibus simul vocem (velut incōditū sonum) tollentibus. Est profecto hæc haud dissimilis ab armentis boum, Replete aqua ventre, adeo, vt vix redire queunt. Ea die nihil edūtam plius: iacet quisq; aqua plenus, distētusq; similis ebrio. Postero die denuo ad capiendos pisces redeunt, ita eoque uita peroē tēpus transacta ob sim plicem uictum paro in morbos incident, breuias

ris tamen quām nos sunt uitæ. Natura eorum incorrupta famem sedare maximum dicit bonum, nullam aduentitiam uoluptatem quærēs. Hæc eorum qui inera sīnum habitant uiuendi norma est. At illorum qui extra sīnum sunt multe est mirabilior; ut qui nunquam bibant & natura ab omni semoti sint animi passione. Hi procul à terra habitabili tanquam in loca deserta & fortuna electi pīscationi dant operam: humida non appetunt, pisces edunt semicrudos, non quo sīnum effugiant, sed feritare quadam, contenti uictu quem à fortuna sortiti sunt: Felicitatem sumimam putant, his carere rebus, quæ

**Hōies ab omni
passione semo
ti.**

**Miræ patiētæ
homines.**

dolorem possent egentibus afferre. Tantæ patientiæ esse dicuntur, ut si quis educet enī eos percuferit, non diffugiant, & uerbera & iniurias perferentes, solum percutientem respiciant, nullum neq; iræ, neq; misericordiæ signum ostendentes. Sermone carent, nutu, manibusq; significant quibus indigeant, & quæ volunt. Hæ gentes unanimi consensu pacem curant, nulli externo homini infestæ: quod uitæ genus licet mirabile, à priscis olim temporibus ea gens seruauit, siue ira lengo tempore assueta, siue acta necessitate. Habitaculis non iidem, quibus Ichthiophagi utuntur, sed diuersis habitant modis. Quidam in speluncis diuersoria habent, ad arctum positis, in quibus tum umbra, tum spirans aura eos ab æstu solis tutatur. Nam quæ ad meridiem loca spectant, fornicibus ex nimio æstu similia, accessum ad ea adiuunt. Qui sunt aduersus arctum, ex costis cotorum incuruis, quas mare plurimas effert, exutroq; positis latere, colligatisq; quas maris

alga operiunt, habitacula sibi extiunt ad euitandos aestus: Natura sibi artem ex necessitate ad se tuendam reperiēte. Et talis ferrari esse Ichthio phagorum vita. Superest pauca de Amazonibus dicere, quas priscis temporibus in Libya ferunt extitisse. Mulieres pugnaces & ualidas uiribus. Non eandem, quam nostrae uitam duxisse. Nam mos fuit illis certotempore bellicis, ad seruandā virginitatem rebus exercitari. Transactis militiae annis uiris coniungi proliis gratia. Has solas & principari, & publica obire munera: viros nostrarum foeminarum instar domesticæ rei curam habere, tum obtemperates foeminis, tum militiae principatusq;, ac omnis Reipublicæ expertes. Post partum nari infantes uiris dantur, quos lacte nutriant, aliisq; rebus prout ætas poscit. Masculis mox natis, ut bellicæ rei inutiles sint, dexterum brachium frangunt, aut eos interficiunt, vel procul ablegant. Foemellis mamillas, ne crescant inurunt, afferentes impedimento eas ad bellandum esse. Vnde à Grecis, eo quod mammis careant Amazones appellantur. Hesperā insulam inhabitasse illas asserunt, dictam ita, quod ad occasum sita sit. Eam uero esse in Tritonibus palude, quæ proxima oceano, à flumine, quod in eam defluit. Tritonia appellatur: Aethiopiæ continentia & monti, qui Atlas dicitur, omnium in ea terra maximo. Hæc insula permagna est, uariisq; arborum fructibus, ex quibus incolæ viuunt, fax, multos tum caprarum tum pecudum greges habet, quorum lacte & carnis cauescuntur, frumento penitus carrent, illius usu incolis ignoto.

Amazones Bellicose mulieres
res.

D iiiii

DE ASIA ET CE,
LEBRIORIBVS EIVS
GENTIBVS LI
BER II.

CAPVT I.

ASIA ALTERA TRI partitæ terræ pars, appellata ab Asia Oceani & Thetyos filia, Iaper uxore ac Promethæi matre: Siue, ut alii uolunt, ab Asio Manæi Lydi filio, à meridie per orientem usq; ad Septentrionem protenditur: terminos habet ab occidente Nilū & Tanaim cum Euxino ponto & parte mediterranei maris: tribus aliis partibus tagitur oceano, qui ab oriente Eucus, à meridie Indicus, à Septentrione Scythicus appellatur. Taurus mōs mediā quodāmodo continentē diuidit, ab oriente in occidentē excurrens, partē ad aquilonē relinquit, partem ad meridiem: alteram Græci interiorem uccāt, alteram exteriore. Mons hic multis in locis latitudinē habet stadiorum trium miliū: longitudinem quantam Asia, stadiorum circiter quadraginta & quinq; millia, à transmarina Rhodi ora usq; ad Indiæ ac Scyriæ extrema orientem uersus. Idē in nomina ac partes multas diuiditur quarū aliæ maiores, aliæ minores ambitus cōpre hendunt. Tam latum aurem & parens dicunt esse, quicquid terræ Asiæ nomine continetur, ut Aphrica & Europa reliquæ, duæ partes nō magis cōpletātur, quam hæc sola. Cœlo tēperato est, solo fertili, & proptereà omnium animatiū

Afīz denominatio.
nic.

Afīz quatuor
latera.
Tauri montis
mentio.

genere cultissima. Prouincias siue regiones multas habet: ubi Aphricam aspicit Arabia est: re Arabia triplex
gio inter Iudæam & Aegyptum triplex, ut Plinii Petrea, Deserta,
nius refert, una Petrea à Septentrione & occasu Felix.
Syriæ inserta cui à fronte deserta prætenditur
Arabia, à meridie altera, quæ felix nominatur.
Quidam etiam Panchiam & Sabeā adiungunt.
Arabia dicta ab Arabo Apollinis ex Babylone
filio. Arabes longè lateq; diffusi, diuersis mori-
bus uiuunt, & cultibus plurimis, crinibus intonsis
mitrata capita habent redimitu pari pars rasa in
curem barba. Arres haud ab uno in alium transfe-
runtur, sicut apud nos, sed in patriis quisq; per-
manet institutis. Qui maximus est natu, is in tota
gentem regnum obtinet. Quæ possidentur uni-
uersæ sunt cognitioni cōmunia, una oībus uxori:
Qui primus domum subierit, posito ante ianuam
Scipione, cum ea cōgreditur cum grādiori natu
pernoctat: ita oēs oīum sunt fratres: coeunt cum
matribus & sororibus pecudū ritu. Adulteri capi-
te plectitur: alterius sanguinis egressus pro adul-
terio est: domestici in vniuersum legitimi haben-
tur. Coniuicia ferè ter deni celebrat, & in his Mu-
sicæ artis duo non imperiti, consanguinei sibi
inuicem ministrant. Vrbes & oppida sine moenib-
us, pacare inter se agunt. Sesamino oleo uruitur
bearissima aliq; rerum ubertate. Ouium greges
candidi uelleris, grādiori statura boues, egs oīo Equi nulli ī A,
carent: quorum desyderium adimit chameloruī rabia.
Copia. Aurum, argentum, & plura aromatum ge-
nera terræ peculiaria. Aes, ferrum, uestis, purpu-
ra, crocus, costus, roreumata aliunde aduehūtur.
Defunditorum corpora stercore abiectiora, Re-
gum cader sterquiliniis sepeliunt. Fidem inter

Cum matribus
et sororib; coeunt
Arabes.

Fides Arabæ.

homines ut qui maxime seruant, quam hunc in modum dant. Quoties foedus inire volunt, alius quidem medius inter utrumq; stans acute lapide ferit volam iuxta maiores digitos ipsorum, qui foedus ineunt: deinde sumpto flocco ex utriusq; uestimento, inungit eo sanguine septem lapides in medio positos, inter iniungendū insuocans Dionysium & Vramā: hoc acto, idē, qui fuit sequester foederis inter amicos contrahēdi, uadatur hospitē, aut forte ciue, si cū ciue res agitur. Quod foedus, & ipsi, qui amicitia contraxerunt, seruare iustum cēsent, Myrrhæ ſarmentis igit̄ ſouent, quorum fumo ſatis noxio, niſi odo re cremati ſtoracis occurràt, plæruntq; incurabiles morbes cōtrahunt. Cynnāmū per ſacerdotes legitur, hoſtiis prius cæſis, quas cū litauerint, obſeruatur, ut melliſ nec ortum ſolis anticipet, nec egrediatur occasum. Quisquis principatū tener ſarmētorum ſtruēs hasta diuidit, quæ ſacrata eſt in hunc uſum, atq; ita portio manipulorum etiā. Soli dicatur, quæ, ſi iuste diuifa eſt, radiis inſagrata incē diuum ſpōte cōcipit. Pars eoz, quibus asper uictus eſt, angues edunt. Nulla illis animi uel corporis cura, ac propterea Ophiophagi noſerpentum coſtētores. Nomadibus uſus Chamelorū frequēs, his pugnant proculq; onera exportant, lac̄te & carnibus uelcentes. Fluuius quem accolunt aurimenta habet, id non conſtant artium inſcritia. Debæ & ipſi pastores, colunt iidem & agros aliqua ex parte: gens auri abundans, inter glebas temere iacenres aureas pilas in glandium magnitudinē reperiunt, quibus lapillis affabre interierit monilia conficiunt haud iniucida aspectui, ea collo & manibus inducunt. Vēdūt aurū fini-

timis triplo æris præcio, argenti duplo, cum auri
contemptu, tum desiderio, quæ commercio pa-
rantur. Proximi his Sabæi thure myrrha & cyn-
namonio diuites, & in ora huius terræ Balsamum
naſci quidam prodiderunt. Habent & palmas odo-
riferas, & calamum. Serpens ibi patmari longitu-
dine, letalis ferè eius mortuis, in arborum radici-
bus cubat. Odor nimius retumq; fragratiæ stupor-
rem sensibus inducit, quem bitumnis suffitum, &
hyrci barba leuant. Penes regem ois iudicandi ra-
tio. Sabæorum plæriq; sunt agricultæ, aromata alii
legunt. In Aethiopiam ob negotia nauigant nauigis corio contextis. Cinnamomum & Casiam
ligneæ materiæ loco igni adhibent. Huius gétis
metropolis est, qua Sabam appellant, supra mon-
tē sita. Reges ex generis successione habent eos,
qbus multitudo honores distribuit bonis, malisq;
immixtos. Regiam nunq; exirtaudent, ne à turba
hominum lapidibus ueteri quodam deorum re-
sponsu obruantur, timentes. Sabæ ubi regia est,
toreumate argentea, aureaq; omnis generis pocu-
lorum habent. Lectos insuper tripodasq; argen-
teis pedibus, cæteramq; supellecstile ultra fidem
sumptuosam. Magnis quoq; columnis porticus
fulciuntur, quarum capita, tum argentea, tum
aurea existunt, laquearia uero ac portæ aureis
phialis, preciosus lapidibus intermixtis, totius
domus sumptuosissimum ornatum ostendunt.
Alia enim auro, alia argento, quædam lapidibus
splendent. Nonnulla, tum elephantorum denti-
bus sunt exculta, tum multis præterea rebus aliis,
quæ plurimi apud homines aestimantur. Et eam
sanè multis seculis perpetuam habuere felici-
tem. Abfuit enim ab eis penitus, quæ multos in-

Sabæi thure ac
myrrha opulē-
ti.

Reges Sabæos
rum regiæ exire
non audent.

Suppellex Sæs,
bæorum omnis
ex auro et arg-
ento.

Garræi autem et præceps dedit, ambitio per auaritiam aliena pos-
argentum abutus fidendi. Nec Garræi his minus opulentia, quoze
dantes.

Nabathæi pars
civium.
Saracenorum funda in bello, plurimū etiā bipēnibus Arabes
gens in Arabia vñtūtur, Dira Saracenorum gens pestis illa hominū
stupbit ex oris tertiima, inde sumpsit originē. Abiitq; (vt cre-
dere est) pars Arabum maxima in Saracenicum
nomē: cæterum veterem appellationē nūc quoq;
tenent, qui circa Aegyptum habitant, raptu plu-
rimū viuentes chamelorum celeritate freti.

De Panchaia & moribus Panchaio-

rum. Cap. II.

Panchaia Arabiæ regio, Diodorus Siculus
insulam esse dicit, ducētq; stadiorū latitu-
dine, tres in ea nobiles vrbes enumerat, Dalidā,
Hyracidā & Oceanidā. Regio omnis, quām vbi
arenosa, fructifera est. Vini maxime abundās &
thuris, q; dīn ea adeo excrescit, ve per vniuersūz
orbē satisfaciat deorū sacris. Ferrēt myrrhā plu-
rimū, & alia varii generis aromata, odore pre-
bentia, quæ Panchai legunt, & Arabis mercato-
ribus vēdunt: à quibus alii p̄cio sumptas, in Phœ-
niciā, Syriam & Aegyptum transuehunt, inde à
reliquis orbis mortalibus importatur. Curribus
in bello Panchai vñtūtur more p̄sico. Politia eo
rū trifariā partita est. Primiū locū sacerdotes re-
nēt, qbus addūtur artifices. Secundum agricolæ
habet. Tertiū milites, qbus pastores adiiciuntur.

Thuris in Pan-
chaia copia.

Sacerdotes omniū sunt duces, quibus & controuersiarū iudicia & publicarū rerum arbitria permissa, mortis poena tantummodo excepta: Rustici agros colunt, fructus omnes in commune confruentes. Qui ex eis optime uidentur agro colendo uacare, hi usq; ad numerū decem ad cæterorū exhortationem & distribuendorū fructuū iudices à sacerdotibus leguntur. Pastores tū ea, quæ ad sacra pertinent, tū reliqua in publicū alia numero, pondere alia, cum omni ferunt diligentia.

Nil cuiquam priuatum est, domo atq; horto exceptis, sed tū uectigalia, tum cætera sacerdotes percipiunt, & que illa prout usus fuerit, dispartientes ipsis duplum cōceditur. Vestibus induuntur molibus. Oaes enim apud eos plurimum ab aliis differunt molitie. Ornamenta aurea nō tantum mulieres, sed etiam uiri deferunt, torquibus collum ornates, armillis manus, aures more Persarum in auribus, pedes nouis ac uarii coloris calceis. Milites patriā armis turātūr. Sacerdotes ultrareliques deliciis uacat, uitā ducentes mundā ac sumptuosam. Stolas lineas maxime tenues, ac delicaras, quiq; etiam uestes ex molliori lana contextas induunt. Mitras insuper gestant auro intexatas. Sandaliis p calceamētis uarii coloris utuntur, summa arte factis. Ferunt & aurea (mulierum more) p̄s ter inaures, ornamenta. Hi maxime deorum incubunt curæ, hymnis & laudibus eorum gesta recēsentes. Genus eorum à Ioue manasse narrant, qui in Panchiam uenisset, quo tempore inter homines uersatus orbi imperauit. Referta est ea patrīa auro, argento, ḡre, stanno, ferro, quorum nil extra insulam asportari licet, neq; uero sacerdotibus extralocum sacrum proficisci fas est, ultra de

Nihil Panchais priuati.

Sacerdotes panchaionum deliciis dediti,

Iuppiter in Panchiam exilatus.
Sacerdotibus sa

erum locum exi prehēsum interfici licet. Dona plurima aurea at
te non licet. que argētea diis à longo tempore oblata in tem-
plo seruantur. Valuæ eius structura mirabili, au-
ro, argēto, ebore, sunt decoræ: dei lectus sex est
cubitorum longitudine, quatuor latitudine, au-
Templum ultra reus totus, opificio splendido, ac uenusto. Simili-
fidem ingens. modo & dei mensa cum magnitudine tum pari
impensa splendoreq; iuxta lectum posita. Tem-
Ager circa tem- plum ingens ex albo ædificatum lapide, magnis
pli Diis sacer. sculptisq; suffultum columnis, duorum iugerum
longitudinem, cui æqua est latitudo complecti-
tur. Per magnæ deorum statuæ summa arte fabri-
caræ templum exornant, circum sacerdotes, qui
bus sacrorum cura demandata est, domos habent.
Ager qui circumiacet stadiis ducentis diis sacer
est, cuius uectigal in sacrificiis consumitur.

De Assyria, Assyriorumq; uiuendi moribus.

Assyriæ fines,

C A P V T III.

A SSYRIA regio Asiae ab Assur filio Sem, ut
Augustinus ait, appellata, hodie Syria di-
citur habens ab ortu Indiae & Mediæ partem, ab
occasu Tygrim fluuium à meridie Susianā, à sep-
tentrione Caucasum montē. Raro in Assyria pluit,
quicquid in ea frumenti prouenit, fluminis irriga-
tione parat nō sua spōte, ut in Aegypto, sed acco-
larum ingenio & labore tāta alioquin uberras ut
ducētēna uulgo, & ubi eximie ferax est, trecente-
na messe redūdet tellus, quaternum digitorū lati-
tudine tritici & hordei folia sint, Sesami & milii
peritas instar arborum attollatur. Quæ omnia si
bi explorata, cunctātius tñ Herodotus memorā
da cēsunt, uelut parum credibilia, si iis, q; ea nō ui-
derint, talia p̄derent. Palmis uescuntur, ex q; bus

Mel & uinum
expalmis.
Vestitus.
Assyriorum.
Anulis usus.
Absq; sceptro
in publicum ne
mo prodit.
Virginis nubis
les uenit ex
posita.

mel & uinum
cōficiunt. Fluuiatib⁹ nauigiis utun
tur, in specie clype⁹ orbicularis, non puppi, non
prora discretis, quæ sup Assyrīos in Armenia sa
licibus texuntur, crudo corio exteriore parte ob
ducto. Amiciunt Assyrīis duab⁹ tunicis linea una
ad pedes demissa, altera linea breui cā didaq; stola
his superinecta, calceos pedibus inducunt, qua
les Thebanæ soleq; fuerunt; alunt cornas mitraq;
redimiunt, unguētis delibuti in publicum exeūt.
Anulum signatorium singuli habent, & sceptrum
affabre facut, cui malum, aut rosa, aut liliū, aut
aliud simile sit ipossum, sine insigni aliquo id
gestare indecorum ac turpe creditum. Ex legi
bus, qbus ea gens uisa dicitur, ea mihi res memo
rabilis uisa est, quod uirgines iā maturæ uiro
in publicum p̄ductæ, singulis annis, iis uenales
proponebantur, qui uxores ducere uellēt, daban
turq; primo uenit formosissimæ quæq; Quibus
minus spectata erat forma, et quas nō modo non
quisquā sibi mercatus fuisset, sed ne gratis qui
dē alioqui ducturus, ea pecunia, quæ fuerat pul
chrioribus ueditis in publicum redacta, cōnubio
locabātur. Herodotus autor est, hunc clīm more
in Venetis Illirico finitimiſ seruatum, idq; fama se
cōpertum habuisse. Ego (inquit Antenius Sabel
licus) renuerit nec ille gentis aliquādo, haud
multo plus cōpertum habeo, tantū affirmare pos
sum, Venetis cuius urbis opes hodie terra ma
riq; insigniter pollēt, iter præclara ciuitatis insti
tuta, uirgines furto cōceptas, & ad limē pietatis
expositas, ex publico ad nubiles usq; annos in os
perto sub tetrica disciplina institutis, quæ sunt ele
gatiōri forma qm̄ sunt ingenue institutæ, aut sine
dote matrimonio locari iis p̄serūt, q; piculo aliquo

Mos a Venetis
obseruatus.

aut graui morbo seruati, uotorum damnati, eas si
bi in uxores depositunt. Alii pudicitiam sequuti,
aut formā, sine dote ipsas sibi uirgines iungunt,
modo si sunt, qui liberaliter, quas duxerint, habi-
turi existimētur: aut si nihil horum sit, minus gra-
ui dote nubunt, que forma præstant, quam si fa-
cie fuerint parum liberali, & si pari disciplina in-
stitutæ. Altera Babyloniorum lex, quo utilior, eo
magis memorabilis: quum nullus ab initio in his
esset medicorum usus, lege ferunt cōparatum, ut
qui ægrotare cōpisset, eos de morbo consuleret,
qui idem languoris genus passi essent, medicāq;
ad id leuanandum opem aliquā experti. Apud
alios scriptum reperio, in publicum ægrotos de-
ferri solitos, legēq; cautum, ut qui aliquādō ægro-
tassent, male affectos circuirent, docerentq; singu-
los, qua ipsi ope potissimum adiuti aliquando à
morbo liberati essent. Eorum sepulchra in melle,
funebris luctus qui & Aegyptius. Qui cum uxore
noctu congressus est, nihil prius uterq; tangit,

Mulieres cum quam lotus fuerit. Omnibus Babyloniorum mu-
hospite permis-
scabantur.

lieribus olim mos fuit, ex causa quadā in aliqua
re Venerea cum hospite permisceri, cum turba
& cultu plurimo ad illum uenientibus, quæli-
bet noto aliquo coronabatur, hospes quam co-
gnoscere uolebat ponebat super illius genua ar-
gentum quantum sibi uidebatur, tum coibat cum
ea longe à sano abducta, argentum illud Veneri
sacrum erat. Fuere in his familiæ quædam,
nulla re alia nisi piscibus uititantes: quos ad sole
arefactos, pistillisq; tulos ex eaq; materia asser-
uata, undiq; respersa, offas conficiebant: torre-
bantq; eas in usum panis ad ignē. Tres fuere ma-
gistratus, eorū qui iam militia emeriti erāt, nobis-
liorum.

Magistratus
Affyr.

liorum alias & senum, seorsim regio posito. Fuer
 re etiam Magi, qui & Chaldaei dicebantur, tales Magorum offi
 quales in Aegypto sacerdotes, ad deorum cultū cia.
 instituti, per omnem uitam philosophari, astrorū
 peritiam tenere, nūc auguriis, nūc carmiibus
 sacris mala hominis auertere, bono afficere, au
 guria insomnia prodigiaq; fida interpretatione
 explanare: nec foris instituebantur, ut Græci, sed
 à parentibus disciplinam, uelut hæreditaria sor
 titi: pueri domestice discebant, quia perpetua cu
 ra facilis sequebatur profectus: una, cōstanti q; di
 cendi ratio, nō uaria & anceps qualis apud Græ
 cos, ubi qui eam tradere consueuerunt, uaria de
 principiis & rerum causis, atq; inter se repugnan
 tia differebant. Sed hi mundum communī assen
 su æternū opinari, neq; principium habuisse, neq;
 finem habiturum, in iuuentorum ordinem & orna
 tum diuina prouidentia constare: coelestia corpo
 ra nō sua sponte fortuitoue motu, sed lege qua
 dā, certoq; numinis iudicio moueri. Astrorū cur
 sum uetus obseruatione perscrutari, multa ex il
 lorū inspectione mortalib; futura uaticinari.
 Maximam uim planetis tribuere, præsertim huic
 quem nostri Saturnum uocant. Charissimum om
 nium Solem arbitrari, & cui præcipua adesse
 uirtus, Martem, Venerem, Mercurium & Io
 uem præ cæteris obseruari quoniam uelut pro
 prium cursum sortiti, futura ostenderent, tanquā
 deorum interpretes. Quod ipsum usq; adeo
 persuasum habuerunt, ut quatuor illa astra uno
 nomine, Mercurios appellarent. Ventis prete
 rea, imbris, æstu, cometis, solis & lunæ defectu
 terræ hiatu, multis deniq; signis, salubria simul
 ac perniciosa prædicere, imaginari ad hæc alia

Mundus æter
nus habitus à
Chaldais.

Planetarum ob
seruatio

sydera illis subiecta: & ex iis quædam nostro hemisphærio, alia subterraneo uagari: pari ad hæc cum Aegyptiis errore duodecim sibi deos finixerunt, quoru singulis mensim, & unum in zodiaco signum tribuere. Multa quidem regibus uentura uaticinabantur: ut Alejandro uictoriam cū

Ex astris Chal-
dæi futura.

præd.

Dario dimicaturo. Hircanori deinceps, Seleuco, & aliis Alexandri successoribus: mox & Romanis successoribus non pauca, quorum euentus fide nō caruit. Numerant præterea sydera quatuor & uiginti, extra zodiacum, ad boream duodecim, reliqua austrum uersus: horum quæ appareant ad uiuos pertinere arbitrati: reliqua ad eos, qui uira defuncti essent. Hæc illi ad alias rerum ambages offuderunt mortaliū oculis: ut quæ desannorum obseruatione meminerunt, quadraginta annos Chaldaeos sup, ta tria annorum millia à prima suarum rerum memoria ad Alexandri ascensum colligentes, quod impudenti quidem mendacio asserebant, nisi aliquis eam annorum rationem menstruum interpretetur, qualis apud Aegyptios fuit.

De Iudea & Iudeorum ueniendis ritibus, legibus ac institutis. CAPVT. III

Palestina fines

Cananæa terra
lacte & melle
fluens.

PAlæstina, quæ eadem est quæ Iudea, parti cularis Syriæ prouincia, inter Cœlosyriā iacens & Arabiam petream, ad occulum Aegyptiaco alluitur pelago: perfunditur & Iordane fluuiio ad orientem solem: hanc terram bibliaci libri, & Iosephus eos secutus, Cananeam appellant: terram uariarum opum diuitem, frugibus fertilem, aquis illustrem, opimam balsamo. In medio orbis constitutam, quo sit, ut nec frigore nimio rigeat, nec calore torreatur, ob quam

elementorum gratiam aestimauerunt Israelitæ siue Hebrei gens antiquissima & apud quam so-
lam à prima hominis formatione coelestis ac ue-
ri huminis cognitio cultusq; & primum idioma
permansit, eam esse, quæ patribus o'm Abra-
hæ Isaac & Jacob promissa à nutrimente esset, terram
uidelicet latte & melle fluentem ideo Iosue for-
tissimi ducis ductu quadragesimo anno postquā
Aegyptum exiissent suæ ditionis fecerunt, uno-
& triginta regibus in ea potenti manu deui-
tis, Leges Israelitæ tenent, ac secundum eas
uiuunt, quas a Mose primo suo duce accepe-
runt quatuor & multis ante Mosen seculis abs-
que lege aliqua scripta pie sancte q; uixerint, ue-
ritatem diuinis oraculis animiq; acumine & ma-
gnitudine cōsecuti. Existimat eximius ille theo-
logus Moses nullam ciuitatem sine iuris & æqui-
tatis cultu diutiu' consistere posse. Nam quum ho-
norum præmiis, & impiorum suppliciis suos ad
amplexandram virtutem, & impietatem fugien-
dam, satis exhortatus esset, tandem super decem
illa legum capita duabus tabulis ad Sinam per
lata, alia populo leges ciuiliaq; instituta pmulga-
uit. Hæ quum adeo multæ sint ut solæ integrum
librum præstare possent: memorabiliores tantum
hic ponā, cæteræ à Iosepho bibliacisq; libris pe-
tantur. Sanxit Moses, ut pueri initio leges discat
quum disciplinam illæ in se optimam cōtineant.
Qui Dei nomen blasphemia læserit per diem su-
spendatur, in sepultus abiiciatur ut ex meretricia
pecunia sacrum nullum fiat. Septē sint in singulis
urbibus principes, q iustitia & prudētia cæteros blasphemii su-
antecellat, ut duo cū his leuitici ministri iudicet, spendantur.
In re iudi cāda aut, si quid rectū sit, iudicibus pa-

Terra Abrahæ
promissa.

Leges à Mose
traditæ.

Dcalogus in
Sina datus.

Pueri leges di-
scant.

rūm liqueat, Pōtificis, & senioris arbitriores tōta decernatur. Ne unu^s testis recipiat, ac ne duo Tres testimoniū dicāt. Sed ne mulier testis sit, neq^{ue} mancipium, quod in hoc tortuna, leuitas in illa merito suspecta habeatur. Præterea ne ex cōfisis arboribus aliquid ante quartū annū attingatur, ut tunc ex frugibus decimæ dētur. Propinqui & hospites nō nihil p̄cipiant, quod reliquī fuerit agricultoris sit, ut semina mīda nō mixta terræ cōdantur, & dissimiliū cōmunione terra nō gau deat. utq^{ue} uator nō à frugibus arceatur, sed quā tu uoler ex his legat, si lectas præsens usus exigat. Si pudor obster, ultro accerseatur. Quæ turpem quæstū fecerit, alteriu^s nupserit, uxor ne ducatur ut puella prouirgine dūcta, si corrup ta sit corpo re reperta, flagitiūq^{ue} conuicta lapidibus obruatur aut uiua cremeretur. Si quis uirginem alteri despō satam, non inuitam uitiauerit, uterq^{ue} extremo sup plicio afficiatur. Si uis illara fuerit, iniuriæ au^tor poenam luat. Quæ sine liberis uidua relicta est, sis relicta cui fratri defuncti coniugis nubat, ex eoq^{ue} marritimo nubat.

Vidua sine libe
ris relicta cui fratri defuncti coniugis nubat, ex eoq^{ue} marritimo nubat. nio in successionem generis prolem tollat: si eam ducere nolit, causam apud seniores dicat. Si cau filius parenti, sam probauerint, cui uoleat illi nubendi facultas bus iniurius fu^s sit, ut luctus in trigesimum diem extendatur sat spēndatur. Aes inuentum esse id tempus sapienti ad lachrymas. Filius si pa rentibus iniurius fuerit extra urbem suspēndatur. Hostis bello prostratus non insepultus iaceat. Si pignus ab inope creditor acceperit ante noctē restituat. Qui non fuerit fuluendo, apud eum, cui debet, seruitutem seruiat. Si quis contribulē eme rit emptus sexto mox anno liber existat. Qui aurū & argentum inuenierit, inuentū palam præconis

uoce faciat, ut aberrans pecus ad magistrū grecis
 reducatur, vel quoad dñs existat, custodiat,
 Ut Israelitarum nemo uenena cōficiat, neq; cōfe Venena misces
 tta aliunde emat. Qui uenenum alicui miscuerit re Iudæis pros
 sceleris cōuictus id bibat. Qui oculum alicui per hibitum.
 iniuriā eruerit pari clade puniatur. Si raurus quē
 quam peremerit cornu, lapidibus obruatur, eius
 carnes non attingātur. Depositum ut sacrum cu-
 stodiatur. ut filius patris scelus nō luat, nec parē-
 ribus erit fraudi, si quid filius deliquerit. Et hēc Leges castrētes
 domi. Militiae uero illa, ut bellum priusq; infera-
 tur res per legatos aut præcones reperantur, si
 res non reddatūr, dum placet, rite inferatur. Ad-
 ministrādi belli summa penes hunc sit, qui stre-
 nuitate & prudentia alios anteibit: ut miles ex
 omni multitudine fortissimus legatur. Si hostis
 obsidione premitur frugiferæ arbores ne lædan-
 tur. Læsæ enim si uocem habeant cōuictum face-
 rēt populatori. Rebellels uictor ad unum interfisi-
 ciat. Cæteri quum uicti fuerint tributarii aut ue-
 Sanguine Iudei
 etigales sīat. Ne qua mulier belli tēpore uirile at-
 tingat instrumētum, neq; uir muliebre, ut uescuntur.
 di sanguinis usus in uniuersum Israelitis nullus
 esset. Lepra infecti, & quibus genitale semen spō Leprosi et Go-
 te fueret, ciuitate expelleretur: & i his mulieres morri ciuitate
 septenis diebus, q; mēstruæ essent, octauo redi- expellebantur.
 rent: toridē dies aberat, qui funestā domū habe-
 rēt, ut sacerdos duabus agnis p eo faciat, q; flu- Expiationes Iu-
 uiū seminis p qetē passus est, ipseq; prius frigidā
 aquā ingredetur. Pariq; ratione expiaretur,
 qui cum coniuge parum legitimis diebus cōcu-
 buisset. Puerpera 40 dies tēplo arceatur si marē
 enixa fuisset, si foeminā octoginta. Qui uxorē im-
 pudicā arbitraretur, hordeaceæ farine assarium. Solemnis Iu-
 dæorum.

*spectari uxorū offerret: mox ea ad templi postes constituta in sa-
expurgatio.* cerdotis uerba iurare cogeretur, nihil læsam à se
pudicitiam. Si falleret femore dextrre disuncto
uteroq; putrefacto moreretur. Si caste iuraret, de-

cimo mense puerum sine uteri noxa eniteretur:
tum ut sacerdos dei in membrana nomen diluēs-
phiala det iurata mulieri bibendum. A adulterio
in cesto, sodomiticaq; foeditati capitalem poenam
irrogauit. Ut sacerdos manco debili ue corpore
altaris ascensi prohibetur: alegetur tamen sa-

*Adulterii poe-
na.* cris oblationibus, ut terra septimo quoq; anno, si
quando Cananeam Iudæi obtinuissent aratri es-
se immunis. Quæ tellus sua sponte ferret quin-
pitur obseruari.

*Septennii obser-
vatio.* quagesimo quoq; anno, qui Iobeleus dicebatur,
tribulibus esset & extraneis communis, debitæ
relaxarentur pecuniæ, libertate serui donarētur,
prædia quæ uilius uenissent antiquis possessori-
bus redhiberētur. His ille institutis domiforisq;,
sub id tempus quo uita decepit, Israelitas instru-
xit. Adhibuit & precationē solemnem, pro eorū
successu, qui rite leges & instituta sancte custodi-
rent, cōtrā diras imprecations in prævaricato-
res. Postremo populum sacramento adegit, ut di-
uinæ & humanæ leges, quæ semel latæ essent p-
petuo obseruaret: nec si quis uiolare esset ausus

*Cæmoniarū
Iudeorū ratio.* imptine factum pateretur: Cæteruz quia satis cō-
stat nullum genus hominum cæmoniarum su-
diosus magisq; religiosum fuisse in q; q; Israelitæ
fuere, quæ fuerit apud illos sacrificandi ratio ab
initio instituta cōpere precium duco breuiter, ex-
plicanda. Duobus ab initio sacrorū generibus Iu-

Holocaustum dæi usi sunt, quoruž unuž holocaustū dixere, idq;
sacrificium pri primores ḡtis ppertabant: q; erat siue boue, siue
mortuorum. agno rem diuinā facturus, siue quid aliud immo-

lasset, annicula masculaq; esse oportebat anima
lia aris adhibenda: altaris ora sacerdos uictimali
cruore perfundebat, inde hostia membratim di-
sectam super aram concremabat. Alterum genus
plebeium, in quo maiora anniculis offerebat, cruo-
req; super aram diffuso, renes, adeps, omenta im-
ponebantur flammis: pectora & crura dextera sa-
cerdotibus dabant, quæ supererat intra biduum,
q rem diuinā fecissent esitabant. Inopia si q pre-
mebantur columbas offerre, aut turtures duas,
quarum hæc in holocaustum abibat, illa sacerdo-
tes sortiebantur. Qui imprudens deliquisset, huic
annicula agna erat, aut hædus piaculum. Qui oc-
culi sibi criminis fuissest conscius, ex præscripto
legis cælo ariete expiari oportuit, hogi carnibus
uescebantur sacerdotes in téplo, tam publicis q
priuatis sacrificiis: munissima farina adiicitur,
in agno assarii mensura, in ariete duorum, in tau-
rci trium. Adhiberi & oleum, quod sacris infun-
debatur. Agnus mane & uesperi publice immo-
lari. Septimis quisq; diebus, quæ ipsis ex lege ma-
xime sacræ erant, & sabbata dicebantur, gemina-
tæ hostiæ aris admouebentur. Principio mensis
duo boves cum septem anniculis agnis, ariete
uno, & hædo uno piaculi causa. Adiiciebant bi-
nos hædos, horum unus extra fines missus multi-
tudinem expiabat: in suburbana alter delatus, lo-
co purissimo cu3 rotis uelleribus cremabatur. Pō
tifex taurum in id sacrum, & in holocaustum arie
rem dabat. Fuerunt & illis alia sacra, statis cære-
moniis feriis ue permixta, quale fuit. i.e., mensis
die, quæ Macedones hyperuerethreum dixerūt,
& uertere autumno tabernacula figere, holocau-
staq; feriis tenetib? stata quotanis reddere, myr-

Plebeiorum sa-
crificium.

Inopum sacri-
ficium.

Piacula delin-
quentium.

Publicum sacri-
ficium.

Sabbatum ius
dæis maxima
sacrum.

Mensis Hyper-
uerethus.

rīræ, salicis, palmarum & malipersici ramos; qui
 Mēsis Xāthicus hæc facerent gestatibus Xanthico mense: unde
 id est aprilis. principium sumebat annus sub plenilunii diem,
 sole arietem træseunt: quæ his diebus ex Aegypto
 Azymōꝝ feriæ egredi cōtigisset mystico agno faciebant. Inde
 azymorum feriæ, luna itidē plena paucis interie-
 ctiis diebus celebres erāt genti: tauro duo, aries
 unus, agni septē quotidie per eos dies holocau-
 sto cremabantur. Adiiciebatur hyrcus unus pia-
 culi nomine. Secunda azymōꝝ primitiæ frugum
 cum olei assario dabantur, & frugum principiis
 agnus in holocaustum. Erāt & penthecoste s̄tari
 dies, Asarthan id illi tēpus uocitabant, id est qn
 quagesimam, fermentatos tum panes ex siccis
 alphitis offerebant. Agnas duas in holocaustum,
 uitulos ducs, arietes totidem, duosq; pro piaculo
 hyrcos. De Iudæis & Mose duce eorū Ethici scri-
 ptores ab Ecclesiasticis dissentient. Cornelius
 enim Tacitus. diurnalium libro egressionem
 gentis illius ex Aegypto non diuinæ voluntati,
 sed necessitatib; tribuēs scribit. Orta per Aegyptū
 scabie & prurigine foeda, Bocchorim regem in
 Hamonis templo' remedium petiisse, iussum re-
 gnum purgare atq; illud hoīum genus deisiniui-
 sum alias in terras ablegare. Quo expulso, ubi
 ingens scabiosorum colluuiies uastis in locis reli-
 cta cōsedisset, cæteris per lachrymas torpētibus,
 Mosen unum exulum monuisse, ne quā deorum
 hominumq; opem expectarent: sed sibi, ut duci
 crederent, assensum esse, atq; omnium ignaros
 fortuitum iter arripuisse: sed nihil æque, quām
 aquæ inopia laborātes: cū iam haud procul exi-
 tio totis cāpis procubuerāt, uidisse agrestū as-
 nōrum gregem à pastu in rupem nemore opacā

Iudaicæ ex Aegypto expulsi.

coincidere. sicutum Mosen, quo sibi in posterum gentem firmaret nouos ritus contrariosq; cæteris mortalibus indidisse. Profana illic omnia, que apud nos sacra, rursum concessa, quæ nobis incepta. Animalis effigiem, quo monstrante sim errore: depulerat penetrali sacrauere, cæs' ariete in contumeliâ Hamonis. Bos quoq; immolatur, quem Agyptii apim colunt. Sue abstinent ob scabiem uitandam cui animal hoc obnoxium. Se p'imo die ocliantur, quia is finem labore tulerit, deinde blandiente inertia septimum quoq; annum ignauæ datum: alii honorem eum Saturno haberi ob famem & ieunia. Panis eorum nō fermentatur. Hi ritus quo: quo modo inducti defenduntur: & quia apud ipsos, fides obstinata, & misericordia in promptu est, sed aduersus o'nes alias gentes hostile odium: separati epulis, discreti cibilibus, projectissima in libidinem gens, alienage cœcubitu abstinent, inter se nihil illicitum, circumcidere genitalia instituere, ut diuerfitate noscantur. Nec quicq; prius imbuunt, quam cōtemnere deos. Animas p'rælio aut suppicio peremptorum æternas putat: eadē cura & de inferis & persuasio cœlestium. Cōtra Agyptii pleraq; ianimalia effigiesq; cōpositas uenerantur, Iudæi mente sola, unumq; numen intelligunt, Prophanos q; deo: imagines in species hominum fingunt. Hæc & multa alia Cornelius Tacitus & Trogus lib. 36. scribunt. Iudæorum sectæ tres à cōmuni reliquo rum uita discretæ erant, Phariseorum, Saducæorum, Esseorum. Pharisei cultu austero, & uictu perparco utebantur, traditiones suas staruentes quibus traditiones Mosi determinabant. Piracia chartarū in frōte gerebat, & in sinistro brachio

Iudæorū ritus
cæterorum mortaliū ritibus
centrarij.

Religio Iudæorum.

Phariseorum
mores.

quibus decalogus inscriptus erat, q̄ dixerat dñs habebis, quasi qd appensum inter oculos tuos & in manu tua. Et hæc phylateria dicebatur, à phylax, quod seruare est, & thorat legē. Hi etiā maiores fimbrias aliis ferētes spinas eis affigebat quibus puncti inter eundum memores mandatorum dei fierent. Vniuersa deo depurabat, & Emarmeni, id est, fati agere qdem quæ iusta sunt uel negligere: in arbitrio hoīum plurimum esse dicebant, tñ in singulis adiuuare Emarmenem, quam ex motibus corporuz superioruz fieri putabat. Superioribus suis & natu maioribus nunq̄ strariuz respondebant. Iudiciuz dei futuruз credere, oēm animam incorruptam esse, solas bonorum animas.

Animas in alia in alia transire corpora usq; ad resurrectionem & corpora migra iudicium: malorum aut æternis detruidi carceribus:

& quia à cōmuni hoīum habitu diuersi erat ideo Pharisei dicebatur. Saducæi Emarmenem negabant deum inspectorem oīum dicentes, & in arbitrio hoīum situm esse ut bonum malum uefa

Animas eū cor ciuitat. Animarum post hanc uitā uel supplicia ne poribus interire gabant uel gaudia, quod resurrectione mortuorum

futuram negabant, animas mori cum corporibus putates: nec angelos esse dicebāt, solos quinq; libros Moi recipiebant. Ipsi seueri nimis erat, nec inter se sociales, ob quam seueritatē Saducæos, id

Essorum uita tota monastica est, iustos se nominabant. Essæi uero in omnibus monasticā agebant uitam nuprias & foeminarum cōgressum omnino fastidientes, non qd coniugia & hominum successionē censarent perniciendā,

sed cauendi intēperantiam mulierum, nullā eage

Omnia Essæis fidem seruare uiro putantes. Omnia habebant communia erat cōmunia, probra unguētum & balneuz ducētes, squalorem decus putarent, dummodo in ueste,

candida semper essent. Nulla eis certa ciuitas, sed
in singulis domicilia habebant. Ante solis ortum
nihil profanum loquentes, Solē, ut oriretur ora-
bant, post usq; ad quintam horam operātes, loci
corpus in aquis, simul & cum silentio edebat. Iu-
tamentum habebant pro periurio. Sectæ suæ ne-
minem adhibebant, nisi sub annua probatione.
Recepti autem ad se post annum, duobus aliis an-
nis mores probabant, deprehensum in peccatis à
se pellebant, ut herbas pecorum more decerpēs,
usq; ad obitum poeniteret. Quum decez federeret,
nullus nouem inuitis loquebatur. Spuere in me-
dium, uel in dexterā partem sui uitabant. Adeo
sabbatum obseruabant, quod nec eo die aliuū pur-
garent, dolabrā ferebant ligneam, qua in loco se-
cretissimo fodiebant terram ad aluum purgādā:
demissa ueste diligenter se cōtegentes, ne splen-
dori diuino facerent iuriam, ob id etiā statim fo-
ueā repletos: uuebāt quām lōgisime ob uictus
simplicitatem. Palmis enim uictirabant. Pecuniae
eis nullus usus erat. Mortem pro iustitia iudica-
bant meliorem. Animas omnes à principio crea-
tas pro temporibus incorporari, exutas bonas
corporibus ultra oceanum degre, ubi sit reposi-
ta eis pfructio, ad orienteꝝ magis malis pcellosa,
& hyberna loca dēlegantes. Erat in eis q; futura
prēdicerent, quidam coniugibus, sed moder-
ate operam dabant, ne si à mulieribus abstinentū
arbitrarentur, genus humanum deficeret. Syriā
hodie Græci inhabitant, qui & C ripho ni dicun-
tur, Jacobitæ, Nestoriani, Sarraceni, duæq; Chri-
stianæ pietatis gētes Syriani & Marouini. Syriani
Græcanico ritu saerificat, paruerunt aliqdū Ro-
ecclesiæ, Marouini sentiunt cum Jacobitax gēte.

Sabbati obser-
uatio.

De anima & Es-
terū opinio.
Animarū exis-
tarum corpore,
merita.

Horum lingua & literę, que & Arabum. Ad Lybanum montem habitat hæc pectorum hominum genera. Saraceni circa Hierosolymā strenui in bello, gaudent agrorū cultura. Syriani inutiles, Marouini pauci numero, sed uiri pugnacissimi.

De Media Medorumq; moribus.

Cap. V.

Mediae appella-

Media Asiae regio à Medo Medæ & Egei Atheniēstū regis filio appellata, & i popu li Medi dicti, ut Solinus refert. Joseph⁹

Medie fines.

autem à Medeo Iapher filio dictos fuisse scribit. Hæc regio, ut Ptolemæus habet, à Sepentrione mari Hyrcano terminatur, ab occasu maiori Armenia & Assyria, à meridie Perside, ab Oriente Hircania ac Parthia quæ mōribus excluditur. Sa

Studia gentis.

gittandi, equitandiq; studium gēti præcipuū ac penè peculiare. Peruetusta & Regum veneratio. Tiara pileus rotundus & manicaræ uestes ab his ad Persas cum Imperio fluxere. Propriū Medorum regū fuit plures uxores ducere, mox & impriuato translatum, ut minus septem habere nō liceret. Pulchrum & foeminæ multos habere uiros, pauciores quinq; calamitatē arbitrari. In eūt foedus Mediūm Græcorū ritu, tum feriendo brachia, quo illi humeris cōnectuntur ac mutuū sanguinē delingunt. Sterilis regio, qua ad septētrionem obtusa est: quo sit, ut ex malis in hūc usum exiccatis ac contusis massam conficiant, ex tostis amygdalis panem, ex herbarum radicibus vinū, ferinis carnibus plurimum uicitantes.

De Parthia & Parthorum uiuendi

Parthiz termis,

ni. moribus. Cap. VI.

Parthiam Parthi Scythaḡe exules à se uocauerunt, terram furrooccupatam, à meridie

Carmaniam à septentrione Hyrcanum solū, ab occidua solis plaga Mediam, ad ortum Ariam hā bentem. Regio est nemorosa montana, & inops frugum Gens ipsa Assyriis Medisq; temporibus obſcurissima. Regnoq; à Medis ad perſastranslato, uelut uulgus ſine nomine, uictoribus præde fuit. Postremo Macedonibus ſeruuit. Procedente deinde tempore, ea fuit ipſius gentis uirtus, hi rerum ſuccellus, ut non tantum finitimiſ imperaret, ſed à Romanis omnium gentium uictoribus bello petita, eos magnis cladibus uictos affecerit. Plinius quatuordecim Parthorum regna numerat. Trogus his orientes Imperium attribuit, uelut orbis diuifione cum Romanis facta. Administratio gentis post defectionem Macedonici Imperii ſub regibus fuit: qui Arsaces ab Arſace primo Rege dicebantur omnes. Regum maiestati proximus populum ordo fuit: ex hoc duces in bello, ex hoc rectores in pace electi. Sermo his inter Scythicū Medumq; medius, ex utrisq; mixtus. Vefis olim ſui moris: poſtequam accessere opes, ut Medis perlucida ac fluida. Armorum patrius ac Scythicus mos. Exercitum non ut aliae gentes liberorum, ſed maiore ex parte ſeruorum habent. Quorum uulgas, nulli manum iſtendi potestate permitta, ac per hoc omnibus ſeruis naſcentibus, in dies cr̄eſcit, hos pari cura ac liberos ſuos habent, & equitare & ſagittare magna industria docent. Ut quisq; locuples eſt, ita magnum Regi ad bellum ituro equitatum instruit. Itaq; Antonio bellum Parthis inferenti, quum quinqua ginta millia equitum occurrerent, ſol. DCCC. liberi fuere. Cominus in acie præliari nesciunt, obſerfasq; expugnare urbes: pugnant autem procurrē

Arſaces
Parthorum re
ges.

Parthorum pu
guandi ratio.

tibus equis, aut terga dantibus saepe etiam fugā simulant ut incautiōes aduersus uulnera infēquentes habeant signum his in p̄elio non tuba, sed tympano datur, nec pugnare diu possunt, Ceterum intolerabiles essent, si quantus his impetus est, uis tanta per seuerantia foret: plerūq; in ipso certaminis ardore prælia deferunt, ac paulo post pugnam ex fugā repetunt, & cum maxime uicisse te putet, tunc tibi discrimen subeundum sit. Munimentum equitibus loricæ plumarę, idem & equis, quibus bello utuntur. Auri argētiq; nullus olim, nisi in armis usus. Vxores dulcedine uariæ libidinis singuli plures ducunt, nec ullum grauius flagitium, quam adulterium vindicant, ob id mulieribus non cōiuia solum uirorum, uerum etiā conspectum interdicunt. Quidā aut, & in his Strabo, coniuges eos suas amicis in matrimonium tradere, ut liberos ex eis suscipiant. Carne non alia uescuntur, quam uenatibus q̄sita. Equis omni tempore uehuntur, his petunt bella, his cōuiua adeunt, mercantur, colloquuntur, omniaq; publica & priuata obeunt munia, equo sedentes: atq; singulare illud inrer ordines discrimen, q̄

Sepultura Pars, seruili fortunæ uiri pedibus cōmeant, ingenui equis uehuntur, Sepultura uulgo aut auium aut canum laniatus est. Nuda demum ossa terra obrunt. Deorum cura ueneratioq; præcipua. Ingenia genti numida, seditiosa, fraudulentia, procacia, quippe violentiam uiris, mansuetudinem foeminas assignant: Semper aut in externos aut in domesticos motus inquieti. Natura taciti, ad faciendum, quam ad dicendum promptiores. Proinde secunda aduersaq; silentio tegunt. Principibus metu non pudore parent. In libidinem proie

Qui in cibum parei, fides dictis promissisq; nulla,
nisi quatenus expedit.

De Persia & Persarū moribus, ritibus & in-
stitutis. C A P V T VII.

Persia Orientalis Regio, à Perse Iouis & Da-
naes filio dicta: à quo & Persepolis totius
gentis caput, Populi Persæ dicti sunt. Hęc ^{Persie confinia}
regio ut Ptolemeus lib. 5. scribit, à septentrione
Medis terminatur, ab occasu Susiana, ab ortu fo-
lis durabus Carmanis, à meridie parte sinus Per ^{Religio Persæ} Religio Persæ
fisci eius oppida fuere Axima, Persepole, Dospo rum.
Ils, Cœlum Persæ Iouem credidere. Solem quem
Mitram dicunt in primis uenerantur: colunt &
lunam, Venerem, ignem, tellurem, aquam, & ue-
tos: non aras, non statuas habuere sed sub dio,
excelsq; loco sacra operari, cum imprecationi-
bus coronaram hostiam ad aram statuentes nihil
præter hostię animani superis dandum existima-
re, nec eos etiam quicquam aliud uelle, quorun-
dam tamen in ea gente extra focis imponere mo-
ris fuit. Igni sacrificantes arida ligna imponunt
cortice adempto, & aruina superiniecta, deinde
iufuso cleo succendunt, non inspirantes, sed uen-
tilantes quod si quis inspirarit aut mortuum quid
coenumue in ignem immiserit, morte plectitur.
In flumine Persæ non lauātur, non miscuriūt, nec
cadauer iniciūt, non etiam spuūt, aut quid calefa-
ciunt, sed aquā hoc modo religiosissime colunt: ^{Apud religio}
In lacū uel flumē uel fontē uenientes scrobem fa- ^{scisse colunt.}
ciūt, ibi q; hostiā iugulant, cauentes, ne qd proxi-
mę aquę sanguine cōtingat, tanqua omnia pollu-
turi: postea carnibus super myrto lauro imposi-
tis eas magi subtilib. uirgis cōburunt, & factis im-

precationibus quibusdam, oleum lacte & melle,
mixtum inspergunt, non in ignem, nec in aquā,
sed in terram imprecatōnes per multū tēpus
faciunt, fasciculum uirgarum myrticinārū tenū
tenentes. Reges c̄reat ex una familiā: qui regi nō
paruerit, capite & brachiis amputatis in sepolitus
abicitur. Refert Policritus quod Persarum Re-

**Reges ex una
familia c̄reat**

Perse.

gum quisq; suas aedes in monte faciat, & thesau-
ros & tributa, quæ exigit, ibi recondat, bene ad-
ministratæ rei monumentum. Exigere eos ex ora
maritima argētum ex mediterranea, quæ quæq;
regio ferat, ut colores, medicamenta, lanam uel
aliud tale, eodem modo & pecora, Neminem illi
ob unam tantum causam occidere licet, neq; ali-
cui aliorum Persarum quicquam in aliquem ex
familia sua arrox agere. Vxores ducunt singuli
multas, aluntq; propagandæ sobolis gratia, pel-
licesq; plurimas. Reges præmia proponunt iis,
qui uno anno plures procreant filios: qui crea-
ti sunt, ante quin quennium ad patris conspectū
gentili instituto non perducuntur, sed apud fœ-
minas degunt: ea præcipue grata ut si inter edu-
cationem quis decedat, nullam ē damno patria
ferat molestiam. Nuptiæ uerno æquinoctio cele-
brantur. Sponsus malum, aut chamelei medullam
nec super hæcaliud quicquam coenatus, thala-
mum ingreditur. A quinto anno ad quartum &
uigesimum discunt equitare, iaculari, sagittare, &
imprimis uera loqui: disciplinarum magistris co-
tinentilimis utuntur, qui fabulas, deorum lau-
des, uirorumq; illustrium complexas, cum cantu, in-
terdum uoce tantum ad uitæ institutionem refe-
runt. Aeris ionitu uocati unum in locum ad hęc
discenda pertendunt. Ratio ab his depositur
eorum,

**Studia quib.
Persarum pueri
instituuntur.**

eorum, quæ pueri audiuerunt. Decurso utinatur, duce sibi, quæ sequantur, ex principum filiis aliquo ad id lecto: campus quem decurrat, ut nullum, triginta habet stadia. Ad æstū & frigus perferendum, torrentium transitu exercentur. In armis & in madidis uestibus perdurant, pascuntur rusticantur. Fructibus Terebinthi, glandibus piris agrestibus uescuntur, quotidianus cibus, post cursum cæterasq. corporis agitationes pa-
nis durissimus. Cardamum, & salis granum, assæ carnes in differenter, & elixæ: aqua potus. Venâ-
tur missilibus telis ex equo arcu & sagittis usi-
utuntur & funda: ante meridiem arbores ferunt radices effodiunt, arma fabricantur, aut lino &
retibus student. Pueri auro exornantur, & impri-
mis deliciis Pyropus est illis lapis, quem summo
in honore, habent, & ob id mortuo eum non ap-
ponunt: Nec etiam ignem, ob honorem & reuer-
tiam, quam illi deferunt. A vigesimo anno ad qn
quagesimum lilitant: forensem usum non norūt,
neq; uendūt quicquā neq; emunt. Cetro in Rhō
bi speciem ad bellum instruuntur, ac præter pha-
taram sagarim & ficas habent & pileum turrītū
squamosum gestant circa pectus thoracem. Prin-
cipes Anaxyridem triplum habent, & tunica ma-
nicatam ad genua demissam: intus candida ful-
tura, exterior pars colore infecta Amictum æsta
te purpureum, hyeme uarium. Tiaras magorum
infulis similes. Vulgus duplice muniuntur tuni-
ca, ad media usq; crura demissa: circum caput sin-
donii ueli uolumen ingens. Lecti & poculorum
ornatus ex auro & argento: de rebus maximis
non, nisi medio potu, consultant, eam demum
consultationem firmorem rati, quam quæ a so-

Fersarum ut
ctus quotidias
nus.

Principum Per
sarum uestitus.
Vulgi Persic
vestitus.

briis sit inita. Nori inter se, & e quales, osculo se in occursu excipiunt. Qui humiliori sunt fortuna, uenientem adorant. Solo sepeliunt corpora, cera oblinentes. Magos insepultos abiiciunt, a uibus laniandos. Cum matribus instituto quodam peculari coeunt: & hi ritus moresq; Persarum fure. Herodotus & alios quosdam habet haud memoratu in dignos, ut quod ridere coram rege, aut spuere nefas duxerint, & flagitiosum. Græcos ab his rideri, quibus persuasum esset deos ex hominibus ortos, quicquid nefas esset, facere idem & dicere nefarium arbitrari. Turpe creditum debere, sed omnium turpissimum metiri. Cadavera non prius humare, quam à canibus, aut alitibus traherentur: & quod indecorū sit cæterarū gentiū opinione parentes inopia ad actiuulgo filias prostituebant: quanquā Babylonioq; id propriū esset. Hodie Persæ à Saracenis uicti, Mahometiq; delyrio imbuti, in tenebris agut bellica olim gens, ut quæ diu in oriente sit rerū potita, nunc armis desueta, ueteri gloria excidit,

De India & Indorum prodigiosis ritibus moribusq; uiuendi. CAP. VIII.

*India magnis
rudo & descrip-
tio.*

India orientalis regio, Asiæ terminus, tam uista perhibetur, ut eam tertiam omniū terrarū partem tradant. Pomponius tantum littoris occupare scribit, quantū per, 40, dies noctesq; ue-
lificantibus cursus est: appellara à flumine Indo, in quē ab occidētali plaga desinit, à meridionali mari incipiens, ad usq; solis ortū porrigit, & à septentrione usq; ad montē Caucaūm puenit: gētes Oppida India habet multas, & oppidis adeo exulta, ut quidam quinq; millia. in ea quinq; millia fuisse dicat nec mir sit, uel de-

hominū, uel de urbiū copia: quū soli Indi nunqā
à narali solo recesserint. Fluuios memorabiliores
Gangem, Indū, Hypanim, sed omniū maximus,
Gāges. Terra sajoniī spiritu saluberrima, in an-
no bis metit fruges, uice hyemis. Erhesias parit
uentos. Vino carent, quamuis nō desint, qui hoc
quoque Musicanū solū ferre autumāt. Nardū fert
australis ora: fert & Cynamomū, piper, & cala-
mū aromaticū ut Arabia & Aethiopia. Ebenum
arborē sola producit. Psittacū auem, monoceron
bestiā, beryllis, chrysoprasis, adamātibus, carburi
culis, lychnitibus margaritis, unionibus, gennmis
abundat. Binæ illic æstates, leues: uræ, temperius
cælum ubertas soli, aquarū abudantia. Centū ob
id & triginta annorū æuū eorū quidā, ut Musi-
cani, agunt. Scribus uita aliquanto lögior. Indis
omnib. est promissa cæsaries, non sine fuso cæru-
lei aut crocei coloris: cultus scipiuus cū gēmis, ha-
bitus discrepantissimus, alii laneis alii lineis peplis
uestiuntur, pars nudi, pars obſcena tñ amicula-
ti, plurimi etiam flexilibus libris circundati.
Niger uulgo corporis color & in materno ut ero
tales fiunt, seminis dispositione, quales ipsi sunt
qui genuere. Genitale semen, ut Aethiopibus, nī
grum, statura procera ac ualida. In uictu fruga-
les sunt, præsertim in castris, nec multa turba gau-
dent: ornatu plurimo (ut dixi) utuntur, à furtis
magnopere abstinent, legibus utuntur non scrip-
tis, literas nō norunt, sed cmnia memoriter ad-
ministrant, & propter simplicitatem ac uitæ par-
fitoniam omnia eis prospere succedūt. Vinum
nō nisi in sacrificiis bibunt, potum ex oriza cōfi-
ciunt & hordeo, cibus magna ex parte oriza sorbi-
lis est. In legibus & contractibus maximā simpli-

Indiz ubertas
admixanda,

Longissima In-
dis uita.

Literarū apud
Indos nullus
uulcus Potus & ci-
bus Indor.

cita em esse, uel ex eo argui potest, quod non multum sunt litigiosi: nam nec commissi, nec depositi iura ulla habent, nec testibus indigent, nec sigillis, sed simpliciter credunt: domum frequentius incustodiram habent, quae profecto omnia continentiae sunt indicia. Cæterum non facile quis admittat: ut quod soli degant, & quod non unacm nibus & coenandi & prandendi hora sit, sed ut cuique libitum sit. Nam ad socialem ciuiteque uitam illa sunt accommodatoria. Exercitam præcipue frictionem probant, & maxime strigilibus. Ebene arbore corpora expoliunt. In tumulis & sepulturis faciendis perparci. In cultu corporis nimis. Nam & aurum gestant, & lapillis ornantur, & sindonem candidissimam induunt, & umbellas secundant: nam pulchritudinem excolentes, omnia faciunt, quæ ad decorandam faciem pertinent, ueritatem perinde recipiunt atque uirtutem: ætati senum prærogatiuam nullam tribuunt, nisi prudenter excellant. Multas nuptias habent, quas à parentibus accipiunt, pari boui emprias, alias obedientiae gratia, alias prolis ac uoluptatis, & & nisi castas esse cogant fornicari licet. Nemo ex Indis coronatus sacrificat, nec adolet, nec libat. uitimas non iugulant, sed præclusos spiritu necant, ne quid mancum deo offeratur, sed integrum. Qui falsus testis deprehenditur, extremis decuratur digitorum articulis. Qui membro aliquo quempiam orbauerit, non modo talionis poenam subit sed etiam manu trucidatur. Quod si quis artifici manum oculumue ademerit capitale est. Regis corpus empeticæ mulieres curant, quæ regem custodiunt, & reliquus exercitus maner extra portas. Si qua mulier Regem ebrium occiderit, manus

**Simplicitas In
dis affectata,**

**Frigidio corpo-
ris probatur.**

**Senibus nisi
prudentes sint
honor nullus
exhibetur Sas-
cificandi indo-
rum ratiæ.**

Regis uita

habet uscū illius successore iungatur. succedunt mulieribꝫ apud
 autem filii Regi interdiu dormire non licet, noꝫ Indos ḡmilia.
 Et cogitur cubilia per horas mutare, idq; ppter
 insidias. Quum in castris non est s̄epe exit: nam
 & ad iudicium exit, & audit: & si hora est, ut eor
 pus curet, quod strigulum sit perfrictione, simul
 & audit & à tribus perfrictoribus perfricitur:
 exit etiam ad sacrificia, terrio ad uenationē ubi
 Bacchico more maxima mulierum caterua circū
 funditur, stipatores foris manent, uia funibꝫ ob
 texitur: ꝑ si quis intro ad mulieres pr̄quarit ue
 rint, capite plectitur, pr̄cedunt eum tympana &
 tintinnabula. Quuhi in locis septis uenatur, assi
 stunt ei duæ tres uie mulieres armatæ, quum ue
 ro in locis non clausis uenatur ab elephante sa
 gittrat: mulierum aliquæ in curribus sedent, quæ
 dam in equis ac elephantis: quemadmodum &
 militant, omnibus armis exercitatæ, multuꝫ pro
 fecto à nostris discrepantes. Atq; hæc etiam à re
 rum scriptoribus dicuntur, quod Indi Iouē plu
 vialem, & Gangem flumen, & indigetes genios
 colant, & quum eorum Rex capillos abluit so
 lemnia celebrent, & maxima dona mittant, diui
 tias suas certarim ostendentes. In septem ordines
 olim diuisa uniuersa gens fuit, quorum primus
 philosophorum erat, qui cæteris numero paucio
 res, honore & dignitate apud Reges longe ante
 ibant. Hi ab omni opere immunes neq; seruunt
 neq; imperant, recipiuntq; à priuatis ea quibus
 sacra diis faciant, & curam habeant defunctorū,
 tanq; chari diis, & quæ fiant apud inferos pr̄
 eipue noriunt, ppteretā dona plurima honoresq;
 eis impenduntur, multum enim prosunt Indorū
 uitæ. Nam anni principio unà conueniētes siccis

Indorum gens
 in ordines se
 ptem diuisa.

tates, pluuias, uentos, morbos; prædicunt: cæteri
raq; quorum cognitio possit utilis esse: futura
enim audientes cum populus tum Rex & futura
declinant mala, & bonis futuris imminet. Qui au-
tem philosophus falsa prædixerit, nullā, præter-
quām quod perpetuo sileat, pœnam subit. Secun-
dus ordo est agricolarum, qui multitudine supe-
rantes cæteros, à bello reliquoq; opere liberi, so-
lis agris colendis tempus impartiunt. Nullus ho-
stis eos lacestis neq; spoliat sed existimans illos in
communi utilitate uersari ab omni iniuria absti-
net: itaq; solutimetu agricultore terramq; libere co-
lentes, rerum afferunt ubertatem, uiuunt autē in
campis cum uxore & liberis, neq; in urbes com-
meant, dant Regi (omnis enim India subdita est
Regibus) tributum, nulli priuato licet agros pos-
sideret absq; tributo, quintam quoq; fructuū par-
tem regibus impendunt. Tertium ordinem con-
ficiunt omnis generis pastores, qui neq; in ciu-
tatis, neq; in uillis morantur. Utuntur taberna-
culis, uenatu ac retibus tutas à feris auibusq; re-
giones reddunt, hoc exercitio Indianam domesticā
præstant, multis uiriisq; tum bestiis, tum auibus
sementi agricultore infestis copiosam. Quartū locū
artifices tenent, quorum pars armis, pars rusticis
instrumentis, alii aliis utilibus rebus fabricandis
uacant. Hi non solum immunes à tributo sunt,
sed frumentum insuper à regia percipiunt. Quintū
ordo milites, sed numero secundi, belli disciplina
exercetur, omnis ea multitudo armis dedi-
ta tū equi elephatiq; bello apti ex Regia uictum
hūi. Sextus est ordo Ephoroq; hi quæcūq; in In-
dia agūtur inspiciētes regi referunt. Septimo loco
existūt, q; publicis cōsiliis præsunt, numero pau-

cistimi, nobilitate, prudentiaq; maxime insignes. Ex his enim ad regum consilia, tum ad rem publicam gerendam tum ad res dubias iudicandas asciscuntur, duces insuper ex his deliguntur, ac principes. Has i partes Indiæ politia distributa, haud quaq; licet unius ordinis viruz alterius uxori rem ducere, neq; exercitum mutare. Neq; enim fas est militē agrum colore, aut philosophari artificem. Sunt & apud Indos statuti principes, q; iniurias ab aduenis prohibet, si q; eorum infirmentur, seductis medicis curat, defunctosq; sepeliunt, eorum pecunia proximioribus tradita, Iudices causas cogitoscunt, fontes diligenter puniunt. Seruiliis conditionis apud eos nemo fuit, imo lege quadam sanatum, nemine oīno seruum esse, liberos æquo iure honoreq; haberi debes, qui assuerteret neq; præstare cæteris neq; iniuris quenq; afficeret, optime ob omnes fortunæ casus instituisse uitam. Stultum sanè uiderileges equas omnibus positas, fortunas non æque omnibus cōmunes esse. Sed quia Indorum ḡeres multæ sunt, & forma, & lingua propter latissimum regionis tractum, diuersæ, non iste, quos descripsimus, moribus æque oīs uiuant, sed quibusdam etiam incultioribus. Eorum qui auroram spectat alii rei pecuariæ dediti sunt alii non. Item alii in palustribus fluminibus habitantes crudis uescuntur piscibus egressi arundineis nauigiis exceptant. Singula autem nauigia è singulis arundinis internodiis sunt isti ex indis ferunt nā internodiis. uestem è tegete, quam ubi è flumine messuerunt incidentes, plectentes in modū storeæ, tāq; thoraçē sibi induunt. His finitimi auroram uersus sunt Indi pecuarii carnis crudis uescētes nomine Padæ, q; talibus uti moribus narrantur. Quoties

Apud Indos
nemo seruiliis
conditionis.

Nauigia Indos
rum ex arundi-

Aegrotates insciuum aliquis, aliquaque aegrotare, virum quidem
terimunt et eos sui maxime familiares interimunt, quod dicant
medicuntur. illum morbo tabescentem carnes ipsis corruptu-
rum: & licet se neget ille aegrotare, at nihilominus isti non ignoscentes necant eum, epulaturque. Mulieris uero suę maxime necessarię ideoz, quod
viro viri faciunt. Qui autem ad senium peruenit, eo itidem nactato pascuntur. Ideoque, cum hae
de causa, tum quia in morbis necantur, non multi sanè eorum ad senectutē perueniunt. Est alio-
rum Indorum haec diuersa consuetudo, ut nullum animantem interimant, utque nihil ferant, nec
domos parandas existiment atque herba uictitent. Est eius semen quoddam milii instar sua sponte

Mariēdi ritus. nascens è terra suo in calyce, quod cum ipso ca-
lyce lectum coquunt, eduntque. Quorum quisque in-
morbum incidit, is in locuz desertuz pergit. ibique
decubuit, eiusuel decubentris uel defuncti cu-
ram gerere nemine. Horum etiam omnium, quos
iam recensui Indorum coitus in propatulo est si-
cut pecorum. Philosophos habent Indi Gymno-

Gymnosophis sophistas, que ut Petrarcha scribit, ultimas & umbro-
re Indorum Phis, sas regionis partes incolentes, nudi (quod ipsius
nomen indicat) ac uagi in solitudinibus philoso-
phabantur, ab ortu solis ad occasum perstanter,
immobilibus oculis orbem carentissimi syderis
contuebantur, in globo igneo rimantes secreta
quædā, insistebant alternis pedibus toto die fer-
uentibus harenis citra dolorem, & frigora niuiuz &
flammarum æstus perferebant. Inter quos Bracmana

gens fuit, quæ ut Didimus eius Rex Macedoni
Alexandro, qui illā debellare cogitarat, scripsit,
pura & simplici uita uiuit, nullis rerum illecebris
capitur. Nihil appetit amplius quam ratio naturæ

flagitat faciliis huic alimonia: non quam luxuriæ
 sagacitas per omnia elementa perquirit, sed quā
 tellus ferro inviolata producit. Mēsas epulis one
 rat innocuis. Hinc est quod genera morborū nec
 nomina numerat diuersa, sed diurna salute per
 fruitur: opem non precatur alter ab altero, ubi
 uiuitur communiter. Inter pares locis non præ
 betur inuidiae, ubi nullus superior est. Omnes di
 uites facit paupertatis æqualitas. Iudicia non ha
 bet, quia corrigenda non faciat. Leges nullas te
 net, quas crimina nulla proferant. Una genti lex
 est, contra ius non ire natura. Quæ laborem nu
 triat, auaritiam non exercet, ocium turpe demittat.
 Libidini membra ad debilitandum non tradit,
 omnia possidet, quæcunq; non cupit. Quod fero
 cissima sit pestis cupiditas, quæ solet egenos, quos
 capit efficere, dum finem inquirendi non inue
 nit, sed & magis quo fuerit locuplerata mendi
 cat. Scle calescit, rore humectatur, sicuti riuo frā
 git, thorum ministrathumus. Somnum solicitude
 non rumpit, Mentem cogitatio non fatigat. In ho
 mines sibi similes superbia non agit imperiū, nec
 quenq; uel minima seruitute exigit, præter corp
 quod solum animo famulari debere censet. In
 extruendis domibus igne saxa non soluit, nec ad
 mixtione pulueris cāmenra duriora conficit:
 quin pō: ius in defossis telluris speluncis aut cō
 cauis montium latebris habitat: nulos ibi uen
 torum fremitus, nullius turbinis tempestatem
 formidat. Tutijs se ab imbre defendere spelun
 cam arbitratur quā regulam, cuius geminus est manū inhabitat
 usus, dum uiuat mansionis, sepulturæ quando
 moriatur. Nullus ibi pretiosus amictus, sed mem
 bra papyri tegmine, uel quod uerius, pudore ue

Speluncas Erat manū inhabitat

lantur. Foeminae non ornantur ut placeant; nec sciunt in augenda pulchritudine plus effectare, q̄ nactae sunt. Ad concubitum non admonet libido, sed scbolis amor. Bella non gerit, sed pacem moribus, non viribus confirmat. Nemo parens filii comitatur exequias, nulla extruit instar tēporium sepulchra defunctis, nec in gemmatis urnis funera combusta recondit, quod non honoris esse ducat, sed poenae. Pestilentiam aut alios corporis morbos, ut dictum est, Bracmani non patiuntur, quod fœdis astibus cœlum nō temerant, sed semper apud eos tenet natura cum tēporibus cordia, & uices suas elemēta inoffensa custodiunt.

Parsimonia Medicinæ remedium parsimonia est, quæ nō somborū oīum lumi illapsos paret curare dolores, sed etiā procurare ne ueniant. Nulla ludicra spectacula affestat, sed theatrum spectare quum uolunt, gestorum monumenra relegunt, quæ quum sint maxime rivedēda, delectent. Non in fabulis anilibus (ut multi)

delectantur, sed in pulcherrima mundialis machinæ & rerum naturalium dispositione. Mercati gratia pontum classibus non nauigant. Artem beneloquēdi non discunt, Simplex est apud illos eloquentia, communisq; omnibus, solum præci piens nō metiri forum scholasq; minime frequētant, quorum doctrina discors, stabile nihil certum.

Religio Brac, tumq; diffinit. In honestate una gētis pars, alia in manorum. uoluptate bonum constituit. In cultum diuinum innocuas pecudes nō mactant, dicētes deum sacerda sanguine pollutorum non accipere, cultuz potius diligere incruentū, uerbo propitiari oratiuz,

Cathæ Indi uxores multas habent. quod solum ei hoc cum homine est, sua ergo similitudine delectari. In Cathæis Indis multe uxores in unius viri coēt matrimoniu, & is ubi uitæ

Cathæ Indi uxores multas habent. quod solum ei hoc cum homine est, sua ergo similitudine delectari. In Cathæis Indis multe uxores in unius viri coēt matrimoniu, & is ubi uitæ

decesserit apud grauissimos iudices suam quæq;
de meritis agunt causam, & quæ officiosior præ-
cæteris viro chariorq; fuisse iudicantium senten-
tia cōprobatur, illa in habitu ornatuq;, quo cul-
fuis se exornare posset, uictrix & lætabunda ro-
gum ascēdit, ac iuxta mariti cadauer accubat, am-
plexas illud & deosculans suppositis ignibus pu-
dicitæ laude contemptis, cum coniuge defuncto
cōcrematur, ceteræ cum nota & de decore uiuunt.

Liberi ab ineunte ærate nō parētum arbitrio tol-
lunt, sed eoz qbus id negotiū publicè iniungit,
teneroz infantium illi habitu inspiciunt, ac si q;
segenes ab initio, aut parte aliqua corporis debi-
les deprehēdunt necari iubet. Cōnubia nō op-
ibus & nobilitate, sed formæ p̄stantia conciliant
inter se, liberor̄ magis, quam uoluptatis cauſa.
Cōsuetudo & apud Indos quibusdam hæc est,
ut qui filias præ inopialocare nō possint, in ipso
ætatis flore, cum tuba & classicis, quibus bellica
significari solent, in forum p̄ducāt, tum multitu-
dine cōuocata, puella accedenti p̄num posterio-
ra humerotenus detegit, postea anteriora, quæ
quu3 placita fuerit, & approbata qbuscunq; uide-
tur illa nubit. Megasthenes p̄ disteros Indiæ mō-
tes nationes esse scribit capitibus caninis, arma-
tas unguibus, amictas uestitu tergorum, ad sermo-
nem humanum nulla uoce, sed larratibus tatum
sonates asperis rictibus. Gagis fortē q; accolunt,
nullius ad escā opis indigent, odore uiuunt po-
moruz sylvestriuz, longiusq; pergentes eadē illa
in p̄sidio gerunt, ut olfactu alant, q; si terriorez
fortē spiritum traxerint, exanimari eos certū est,
& illoruz aliquos in Alexandri castris fuisse memo-
ris traditū est. Legimus mortoculos quoq; i India

Vxorum chas-
rissima: cū des-
functo viro cre-
matur.

Monstruose Int
diæ gentes.
Cænocephali i
ndia.

Homines odo-
re solo uuent;

Monoculi in India.

esse: Quosdam etiam tam insigniter auritos, ut aures ad pedes defluant, atq; in alterutram earum decubent quarum duritie arbores conuellantur. Quosdam item singulis pedibus, & adeo latis quodam, ut ubi se defendi a calore ueline, resupinatis his totaliter inumbrentur. Apud Clesiam legitur quasdam foeminas ibi semel tantum parere, natosq; canos illico fieri. Esse rursus gentem alteram, quae in iuuentu sit cana, nigrescat in senectute, ultra aei nostri terminos perennatam. Esse etiam

Mulieres quinque quenneres concipiuntur. perhibent alteram foeminarum gentem, quae quinque quenneres concipientur, sed ultra octauum annum uiuentis spacia non protrahere. Sunt qui cervicibus carent & in humeris habent oculos. Sunt præter eos iam enumeratos sylvestres quodam homines caninis capitibus, hirco & aspero corpore stridore terrifico. Sed haec & alia id genus: quae de India & gente eius memorantur, quoniam magna est opus fidei, ut pro ueris recipiantur, quamne in iis quidem quae sunt penè oculis admota, nisi grauatae adhibent, qui aliena legunt scripta, parcus sunt referenda. Cathaini hodie eam Indiæ partem, quae inter Cedrosiam Indumq; fluuii sita est, atq; ab his modo Cathainum appellatur, inhabitant. Scythicum genus hominum, & in quibus magna morum mutatio facta uideri possit, si uera sunt, quae Armenius Aitonius de illis prodidit in historia: Sagacissimi sunt, inquit, aiuntq; se solos hominum duobus luminibus cernere, ceteros mortales aut cæcos esse, aut altero oculo captos, magnum ingenii acumen, sed iactans etia maior. Persuasum est uniuersæ genti, se ceteris mortalibus artium subtilitate & scientia longe antecellere. Candidum genus hominum, par-

Cathainorum mores.

**Sagacissimi mortalium Cas

haini.**

Homines.

uis oculis, natura imberbes: literis utuntur Romanis quadratura similibus, alii alio superstitionis aguntur delyrio. Cæterum omnes tueræ pie- tatis expertes. Solem adorant hi, illi lunam, qui dam fusiles statuas, nonnulli bouem: uariaq; per hæc monstra, sparsa est gentis superstitionis. Nō scriptas leges, non fidem norunt ullam: & quum in opificiis mirum sin gentis acutum, nulla tamen his rerum diuinarum notitia. Timidum genus hominum mortemq; formidans, gerunt tamen bella magis ingeniose, quam fortiter, sagittis in pugna utuntur, telorumq; genicribus, quibusdam hominibus aliarum gentium tunime nos- tis, papyracea moneta in usu. Quadrata forma, & in ea regis imagine expressa, quæ si uetus arte obliterari coepit, obsoletam cum recentius impressa in regia commurant. Suppellex ex au- ro & argento, cæterisq; metallis, olci inopia in- signus, hoc reges duntaxat unguenti loco utun- tur. Et de Indis hactenus, nunc de Scythis, qui sunt Indiae contermini, dicendum.

De Scythia Scytharūq; feris mori- bus.

Cap. IX.

natura imber- bes.
Cathainorum religio.

Moneta papy- racea in usu.

SCYTHIA regio septentrionalis, à Scytha Hercu- lis filio, ut tradit Herodotus, dicta, uel ut Be- rosus, à quodam alio ex Araxe prisca, quæ Noe coniunx fuit, genito indigena Scythæ. Hi olim à primordio parua patria possidebant, post modo paulatim per uitute & uires aucti, qui re- gione multas sibi subdidissent, in magnū Imperiū gloriamq; peruenere. Ea primū natio iuxta Araxim flumen parua numero propter ignobili- tam contempta confedit, nacti regem quēquā bellicosum, & militari virtute præcipuum, agros

Scythæ appela- latio.

ampliarunt. Mōtanos quidē usq; ad Caucaſum, cāpestres uero usq; ad oceanū & Mæotida paludem, aliaq; loca ad Tanaim usq; flumē, à quo Scythæ ipsa lōgo traclu uersis ortū protensa Imao monte per mediū uelut in duas Scythias diuiditur, quarū una Scythia intra Imaum montē dicitur, altera extra ab alieno imperio aut intacti aut inuiti Scythæ semper manserunt. Darium Perſarum regem turpi à Scythia submouere fuga. Cyrum cum omni exercitu trucidarunt. Alexandri magni ducem cum copiis uniuersis deleuerunt. Romanorum audiuere, non sensere armagens & laboribus & bellis aspera, uires corporū immēſae. Hæc inter se olim discreta nō erat, ut poterit neq; agrum coleret, neq; rectū sedesue haberet ullaſ p solitudines & inculta uagabatur loca, armēta pecoraq; præ ſe agēs, cōiuges & liberi plauſtris uehebātur, legibus nullis obnoxia, iuſtiā ſpōte coletat, nullū furto grauius in tota gente flagitiū fuit, ut quæ nō parietibus aut septis armentū circūdat, ſed in propatulo habeat. Nullius ipſi aut auri, aut argēti uſus. Lac & mel in cibatu frequens: cōtra frigora & rigores ferinis pelli bus murinisq; corpora cōmuñbar. Laneus uſus ac uestīū ignotus genti. Erat is ſanè uiuēdi ritus frequens Scythis, ſed non omnibus pleriq; eorū ut loco plurimū distantes, ſic ab inuicē uita diuerfi, ueluti peculiares inter ſe fouebant mores, de quibus poſtea dicemus, ubi ad hoc communēs quodam dixerimus. Gaudent Scythařum plus res humana cāde, quem primum uirum in bello uir Scytha cōperit, eius ſanguinem potat: quos cunq; in prælio interemerit, ecrum capita regi offert, nam capite ablato, fit prædæ quacunq; cō-

Scythæ ſemper
inuiti permane-
ſerunt.

Homicidio
Scythæ gaudet

perit particeps, alioquin expers, caput hoc modo præcidit, in orbē illud amputat circa aures, uerticeq; sumpto excutit, deinde pellem detrahit, & ubi, sicut bouis corium manibus molliuit, tanquam mantile possidet, eaq; ad habenas equi sui appensa gloriatur, qualia mantilia ut quisq; plurima habet, ita vir præstantissimus iudicatur. Multi etiam sunt, pūi coria hæc humana, tanquam brutorum, consuunt, quibus pro amiculis induantur, Cæforum hostium manus dextras cum unius pocula preberent, guibus excoriant quidam, atq; cum iis pharetrorum opercula obducunt. Nonnulli totos homines excoriant, & coria super ligna exienta supra equos circumferunt. Capita dicto modo excisa exterius crudo bouis corio superducunt, interius inaurant etiam, qui ditiores sunt, & pro poculis utuntur, hospitibus, qui ad eos ueniunt, uiri aliqui cuius existimationis exhibent, referuntq; illos se esse superatos, id strenuitatis loco ponentes. Semel quicquid annis singuli regionum principes unum crateri niscent, de quo Scythæ omnes hostium homicidæ bibunt, nemo gustat, qui nihil præclari operis ediderit, sed sine honore seorsum sedet, quæ res apud eos maxime est ignominia, qui uero complures cædes fecerunt, hi duabus pariter, quos habent, calicibus potant. Deos hos solù propiciatur & colunt, Vestā ante oēs, deinde Iouē ac Tellurē, existimantes Tellurē Iouis coniugem esse: post hos Appollinē, & cœlestem. Venerem, Martem & Herculem, nulli tamen ex iis simulachra, aras & delubra facienda putant, præterquā Marti, cui ex captiuis céresimū quēq; immolant, cæteris tum alia pecora, tum præcipue equos, sues pro nihilo putant, quos nec

Humanæ coriā

pro amiculis

concinnantur.

Ossa capitis hu-

manū Scythis

induan.

Scythis

hostium manus

pocula preberent.

guibus excoriant

quidam, atq; cum iis

pharetrorum

opercula obducunt.

Nonnulli totos homi-

nies excoriant, & coria

super ligna exienta

supra equos circumferunt.

Capita dicto modo

excisa exterius

crudo bouis corio

superducunt, interius

inaurant etiam, qui

ditiores sunt, & pro poculis

utuntur, hospitibus, qui

ad eos ueniunt, uiri ali-

cuius existimationis

exhibit, referuntq; illos

se esse superatos, id

strenuitatis loco

ponentes.

Semel quicquid annis

singuli regionum

principes unum

crateri niscent,

de quo Scythæ

omnes hc

stium homicidæ

bibunt, nemo

gustat, qui nihil

præclari operis

ediderit, sed sine

honore seor-

sum sedet, quæ

res apud eos

maxime est ignomi-

nia, qui uero

complures cædes

fecerunt, hi duo

bus pariter, quos

habent, calicibus

potant. Deos

hos solù propiciatur

& colunt, Vestā

ante oēs, de

inde Iouē ac Tellurē,

existimantes Tellurē

Iouis coniugem

esse: post hos

Appollinē, & cœlestem.

Venerem, Martem &

Herculem, nulli

tamen ex

iis simulachra, aras &

delubra facienda

putant, præterquā

Marti, cui ex captiuis

céresimū quēq;

immolant, cæteris

tum alia pecora, tum

præcipue equos, sues

pro nihilo putant, quos nec

Dii Scythæ

et religio.

alere omniho in sua regione uolunt. Rex in quos morte animaduertit, eorum ne liberos quidē relinquit, sed uniuersos mares interficit, tamenis ris forma apud nihil læsis. Fœdera cum quibuscumq; ineūt Scythas.

Scythæ, hoc modo: infuso in grandem calicem fictilem uno, commiscent eorum sanguinem qui fœdus feriunt percutientes cultello, aut incidentes gladio aliquantulum corporis, deinde in calice tingunt, acinacem agittas, securim, iaculum, hæc ubi fecerunt, sese multis uerbis deuouent, postea uinum eporant non modo hi, qui fœdus fecerūt sed etiam comites hi qui sunt maxime dignitatis.

Pópa in regio
funere.

Regum sepulchra apud Gerros sunt, ubi Borys thenes iam nauigabilis est. Ibi quum rex eorum decessit in gentem scrobem effodiunt, forma quadrata, de hinc mortuum accipiunt, corpore incærato, alio euulsa atq; expurgata, quam silere contuso & thymiamate apiiq; semine & amisi quū expluerunt, resuunt rursus, impositūq; plastro cadauer ad aliam gentem ferunt, quod qui excipiunt, eadem agunt. Sed regii Scythæ aurē decidunt, crimen circumtendent, brachia circumcidunt, frontem nasumq; consauiant, sinistrā manū sagittis traiciunt, postmodo cadauer ad alia gentem, cui imperitant, ferunt, quæ ipsos comitatur ad eos unde primum uenerant, ubi iam mortuum circumferentes singulas gentes lustrauerūt quibus imperitauit apud eos deponunt, qui in extremis habitant et in sepulchris: ii postquam illum super thorū in loculo cōstituere, hastis hinc atq; illinc defixis, desuper ligna disponūt atq; pallio contegunt: deinde ubi in reliqua loculi spaciose pellicum una omnium charissima, minister unus, coquus, agaso, uiator, pincerna, equus, stran-

Regii Scythæ.

gulati

gulari sunt, cum aureis phialis, aliarumq; rerū omnium primitiis consepiunt: circuacto anno hoc iterū agunt, è famulis regis intimos sumunt. Sunt autem famuli regum ingenii Scythæ, & quos ipse intimi famuli rex iusserit, nā nullus uenalitus regi ministrat, sepeliuntur. horū ministrorum quinquaginta ubi stangulae runt, ac totidem præstantissimos equos, eductis infestinis, paluisq; rursus distentis atq; consutis, pambitum regii sepulchri fornicate opere equos, & super eos famulos insidentes erigunt, ac ita statuunt, ut procul aspicienti equitatus specie, defūtatio priuatorum Scytharum habituunt, etum regē custodientis præbeant. Et talis regum humatio est, & sepultura. Habet & priuati morum quandam in sepeliendo, nā ubi quis deceperit, proximi quiq; in plaustrum collocatū ad amicos circumferunt, eos singuli amicorum excipientes, epulum præbent, tam propinquos, quā cæteris cadauer comitantibus ad hunc modum quadraginta diebus circumactum, de hinc humatur, capite prius exinanito, atque abluto: supra corpus trialigna statuunt niuto inclinata, circa quæ prætendunt lanea pilea quam maxime possunt constipates, & in scaphā in medio lignorū pileorūq; positam lapides coniiciunt ex igne perspicuos. Viri Scythæ nō lauantur, sed uxores eoruū infundentes aquam, corpora ad lapidem aliquem sarcinum cōterunt, cypresso, cedro, aut thuris ligno, deinde perfrictū corpus, quum intumuerit, illud faciemq; medicamentis oblinunt. Id eas simul bene olentes facit, ac postero die medicamentis amotis mundas & splendidas. Iurandi iusiurandumq; interponendi ipsis per regiū soliūmos est quo si quis periurasse à diuinatoribus, qui hoc sanguinis uirgis experiuntur, cōuincitur, sine mora

Latandi mirabilis titus.

capitis poenam subit, argi facultates omnes amittit, quas accipiunt qui illum perjurasse probauerunt. Massagethæ et mores eorum. populi Scythiae in Asia ultra mare Caspium uestitu, & uictu Scythis per quam similes, quo sit, ut Scythæ à plerisque credantur ex equis pugnant & pedibus: utroq; pugnæ genere pene inuicti: sagittis, hasta, fangari (sic enim ferrum quo uulgo accincti sunt dicitur) auro in balcheis & capitis ac axillarum ornatu utuntur: aureos thoraces equorum pectoribus induunt. Ex auro fræna & phaleras conficiunt: æreas cu spides hastis præfigunt, ære pharetras muniunt Ferri & argenti nullus apud eos usus. Singuli uxorem ducunt, eaq; communiter utuntur, idq; Scythurum soli faciunt, si Scythæ habendi sunt. Quoties aliquis mulieris libidine capit, suspenfa ad plaustrum pharetra cum ea sine pudore cōcubit. Terminus uitæ nullus genti præfinitus, ubi quis admodum consenuit, eum propinqu & necessarii in unum coeunt, cum omnibus aliquot immolant, & carnibus pro epulo, ubi decoxerunt, in differenter uescuntur, quod genus obitus apud eos beatissimum habetur: languore extintos non edunt, sed terra operiunt, loco damni putantes, quod ad immolationem non uenerunt. Nihil omnino serunt, pecoribus uictitant, & piscibus, quos Araxes abunde suppeditat, lac plurimum potant. Ex diis unum Solem uenerant, cui equos immolant, ut perniciosissimo sydere peccoribus omnibus perniciissimum mactent. Seres mites inter se & quietissimi omnium, mortaliū coetus fugiunt, adeo ut ceterarū gentium commercia abnuat, primū eorum fluiū mercatores trahunt, in cūtis tipis nullo inter partes commerci.

Seres oīm quietissimū sāi. cūtis
mīg.

cio, sed disposito rege precio, oculis estimantibus, sua tradunt, non emunt nostra apud illos neque me retrix neque adultera, neque fur ad iudicium deducitur, neque occisus homo fertur ibi aliquem, sed est apud eos legum suarum metus uehemetior, quam genisis constellatio. In initio orbis terrae habitant, quia castaeruant, nec erugine, nec grande, aut pestilentia cæterisue malis affligitur. Fœmina postquam coeperit à nemine petitur, neque quin purgatur, carnis immundis nemo uescit, sacrificia nulla nouit, secundum iustitiam omnes sibi ipsius iudices sunt. Ideo non castigatur huiusmodi plagi, quod pro peccatis accidere solent, sed plurimum temporis perdurantes absque exigitudine uitantur. Tauroscytha à monte Tauro circa quem habitant, Virgini naufragos immolat, & quos cuncti Græcos illuc delatos, hoc modo, postquam processeregerint hominis caput clava feriunt, truncum è precipicio deiici negant, sed humo contegi dicunt. Demonē cui immolant, auent esse Iphigeniam Agamemnonis filiam. In hostes, quos cœperint, hoc agunt, amputatum quisque hostis caput domum portat, & fusti suffixum ad modum sublime supra recta statuit, & plerique supra fumarium. Ideo in sublimi locantes, quod dicant eos totius domus esse custodes. Viuunt autem è rapto & ex bello. At Agathirs exultissimi viri sunt, & ariani plerique gestantes, in commune cum mulierib. coeunt, ut inter se getmani sint ac domestici omnes, nihil neque liuoribus neque similitudinibus mutuo exercentes, cæterum ad Thracum similes.

Nullis calamitatibus obnoxii
Seres.

Græcos Iphigeniae immolant.

Hostium capitata supra domorum tecta figuratur.

Neuri quotannis litudinē accedentes. Neuri Scythicis utuntur mo dies aliquot lupi sunt.

Anthropophagi, omnium as greges, omnes grecissimi.

Budini pedunculos primos dent.

Gelonis.

Lyrcae euenatus uititiant.

ribus, qui una ante Darii expeditionē æstare, coaeti fuerant, propter serpentum multitudinē in ipsorum solo procreatam terram mutare, sibi persuadent, deierantes se quotannis ad dies aliquot lupos fieri, & rursus in pristinum habitum & formam redire. Anthropophagi, id est, humanæ carnis comedores, agrestissimos omnium hominum mores habent, non iudiciis, non legibus ullis uretes, rem pecuariam exercent: uestem Scythicæ si malem gestant, lingua propriā habent. Melachlени omnes indumenta nigra gerunt; unde & cognomentum habent, qui soli ex his humana carne uescutur, institutis Scythicis utentes Budini in gens natio atq; numerosa, cæsiis oculis omnis ac rufa. Gelonus urbs, à qua & Geloni dicuntur, genitivus caput est. Libero Trieterica, id est, triennalia agunt, & Bacchanalia exercent. Græci quondam fuere, sed Summoti, ibi conserderunt. Lingua ad huc partim Seythica, partim Greca utentes. Sunt ramen Budini à Gelonis, & lingua, & uita dispare. Nam quū indigenæ sint, pecuariæ operam dant, soliq; eius regionis pedunculos edunt. Geloni agriculturæ operam dantes frumento uictitant & hortos possident, nihil illis neq; aspectu, neq; colore similes: horum regio omnis est arboribus frequens ex lacu, qui ibi etiā ingens est, & multus, Lutrias capiunt, castores, aliasq; multis feras, ex qua pellibus renones faciunt, atq; iuduūl. Lyrcae è uenatione uictitant, hoc modo, consenserunt arboribus quæ & per omnē eorū regionē frequētes sunt, feris isidiatur, singulis adeat canis & itē equus in uentre cubare edoctus humilius sub sidē di gratia, ubi q; ab arbore ferā uiderit, sagit,

taq; percusserit, consenso equo illam persequitur, comitante cane. Argyppei sub excelsorum Argyppe in natura montium radicibus incolunt, homines qui ab ipsa calidissima natali colui sunt, mares pariter, & foeminae: si quis quoque naribus & ingenti mento, proprio quodam oris sono, Scythicam gestates uestem, ex arborebus uictitantes, rei pecuariae haud studet: unde ei pecorum non multum est. sub arbore quisque curbar: per hyemem quidem ubi arborem pileo albo firmoque contexerint, per aestatem uero sine hoc pileo: his nemo mortalium iniuriam infert: Sacri homines opibus enim dicuntur esse, nihil martium armorum possunt, nione sacra. fident, Idem finitimeru controuersias dirimunt, ad quos quisque confugit, is a nemine laeditur. Is sedones talibus moribus uti feruntur, quoties patr alicui deceperit, omnes eius propinquai pecora adducunt, quemque ubi mactauerunt, concideruntque, concidunt & mortuum patrem illius, a quo in coniunctionem accipiuntur, commixtisque omnibus carnis bus conuiuium exhibent. Caput tum defuncti denudatum purgatumque inaurant, eoque pro simula chro utuntur, agentes illi quotannis maiores hostias cæremoniasque hæc filius patri, pater filio facit, quemadmodum Graeci natalicia dicunt præterea & isti iusti esse: & ipsarum uxores per seque fortis ac uiri, & tales olim fuere Scytharum mores, a Tartaris postea subacti, & illorum uiuendi instituta complexi, Tartarorum more uiuunt, Tartarique uno nomine uocantur.

De Tartaria, gentisque Tartarorum moribus & potentia. Cap. X.

Tartaria, que & Mongal dicitur, ut Vincetius scribit, in ea terræ parte sita est, ubi orientes Agloni coniungitur, ab oriente Katheorum

I sedones patres
tes defunctos
comedunt,

Anniversaria
parentationes.

Tartaria situs
et terminus.

ac Solagorum terrā habuit, à meridie Saracenos
Tartaria appellata rum ab occidente Naymanoꝝ, ab aquiloni oceano cieundata. Tartaria à Huuio Tartar, qui per eam currit appellata. Regio plurimum montosa, ubi capestris est, admixta glarea harenosa est, sterilis nisi aquis fluuialibus quæ r̄rariissimæ sunt, irrigetur. & ob hanc èr cám multum deserta & infrequens est, ciuitates in ea nullæ, nullæ villæ, præter unā, quæ Cracuris dicitur, lignis in ples-

Boum et equorum risq; locis adeo inops, ut arido boum & equorum stercore incolæ ipsi ignes souentur.

Tartaria pecorum diues.

Quatuor Tartarum populi.

Vetusiores Tar-
tarorum mores. cundus sumongal, id est magnimongali dicebantur. Secundus sumongal, id est, aquatici mungali. Et illi sese èr à Tartar fluuiic iuxta quem habitabant, Tartaros appellabant. Tertius Merchat uocabatur. Quartus Metrit. Oés unā corporis formam, unam linguam habebant. Ferus ab initio cultus, sine moribꝫ, sine lege, sine ullo uitæ cultu, arméta pascere, obscuri nominis inter Scythes, finitimum uel ligales. mox gens ipsa in plures uelut tribus diuisa est, cœpitq; sub ducibus agitare, penes

quos erat totius rei summa: pendere tñ nihilominus Naymanis uicinis accolis tributum. Quum Canguista oraculo quodam primus est Rex ab iis creatus, Is recepto Impio primum uium malorum dæmonum cultum abrogauit, edictoq; præcepit, ut tota gens deum optimum maximum coferet, cuius prouidentia regnum credi uoluit à se receptum: edictum est dein de, ut qcunq; per æta tē arma ferre possent, ad certum diē regi præsto adessent. Estq; militaris multitudo in hunc modū

Militia ordine
distributa. ut decuriones centurionibus pareret,

centuriōes chiliarchis, chiliarchi miriadum pfectis. Inde ad pericitādas Imperii uires, septem pncipuz (ex iis, q uniuersæ genti ante cōstitutuz regnuz p fuerant) filios parentuz manu iussit interfici. face sunt illi imperium, et si acerbuз & atrox, cuз multitudinīs metu, tum religionis adacti: credere enim vulgo coeli numen eiusmodi regni ini tiis interfuisse, nō regez, sed deuz ipm violari arbitrātes si illius dicto minus obtemperassent. His fretus opibus Canguista pmuз finitos Scythes bello subegit, subiectos uectigales fecit, & cuз his eos, qbus ipsi ad id rps tributuz pependerat. In de remotorēs populos aggressus tam pspē, tāq; feliciter à Scythia ad solis usq; ortuz, & ab ortu solis ad mediterraneū mare, & ultra, armis suis oia regna, gentes, & nationes subegit, ut merito iam se totius orientis dñm & Imperatorez scribat. Sunt autem Tartari oīum hominum deformissimi corpore, ut plurimum, parui, oculos hñc grossos & pminentes, multum coopertos palpebris, Ita ut ualde parua est apertura in eis: latis hñc facies & imberbes excepto q in superiori labro, & mentoraros habent pilos & uolatiles, graci-

Canguista pri
mus Tarraron
tex.

Tartaroru cord
partis forma.

les sunt in medio cōmuniter oēs: radunt caput p
uerticem ab aure una ad aliā in occupitiū, ita ut
rasura illa barbari formā p̄tendat, capillos in re
liqua parte quemadmodum mulieres nostræ lō
gos nutriunt, de quibus duas tricas siue cordas
faciunt, & utrāq; retro aures colligunt: quo mo

Equis Tartari se non Tartari solum raduntur, sed quæcūq; gē
munia omnia eis cōmoran̄t, ipsi porro leues sunt & agi
obeyunt.

les, boni equites, pedites mali, nullus pedes ua
dit, omnes & minimi etiā aut equis aut bobus in
sident quoq; sit eundum: equitant etiā mulie
res, equis utuntur castratis, & qui non feriūt: fre
na plurimo auro, plurimo argento & gēmis ex
culta sunt: campanulas admodum resonantes ex
equi collo pendentes gestare gloriosum. Seismo
ne horrido sunt & clamoroso, cantantes luporum
more ululante: caput quartiunt qñ bibunt, bibunt
aut q̄ s̄epissime & ad ebrietatem, quæ apud eos
gloria est. Non in uillis aut urbibus, sed in cāpo
ueterum Scytharum situ sub tabernaculis habi
tant: pastores enim sunt pleriq; oēs. In hyeme
manere in planicie solent, in æstate uero pascua
rum ubertate sectātes in montibus degun̄t. Sta
tiones in rentorii modum aut ex ūrgultis conte
xunt, aut filtro leuitatis lignis sustento: in medio
rotundam fenestram faciunt, quæ lucē præbear,
& fumos emittat: ignem in medio habent, iuxta

**Habitatio Tar
tarorum.**

quem liberi & uxores uersantur. Sagittationibus
luctationibusq; oiri gaudent: venatores mirabi
les sunt: caraphraeti ad uenādum pergunt, feram
espiciētes corona circumstāt, & tunc sagittis quas
quisq; in illani misit prepeditam capiunt. Panem
Venandi ritus.

**Religio Tar
tarorum.**

nō habent, nec pinsunt: mappis non utunt̄, non
mantilibus. Vnum deum c̄redunt, & ipsum om̄

nium esse tam uisibilium quam inuisibilium factorem: nō tñ aliqua cærenonia, aut ritu colunt, sed potius idola quædā de filtro aut serico ad hoīs formam effigiata, ex utraq; tectorii parte cōstituentes pecorum suorum custodes esse precan tur, atq; plurimum reverentæ exhibent: his pri-
mum lac omnis iumenti ac pecoris offerunt: &
antequam quicq; uel bibere, uel comedere incipiunt, partem apponunt: quodcunq; animal ad
esum mactant, illius cor in scypho per integrā no-
tum appositum mane coquunt & comedunt. Ve-
nerantur etiā & sacra faciunt Soli, Lunæ, & qua-
tuor elementis. Chaam p̄terea, regē & dñm suūz
filium dei existimantes, religiosissime adorāt, sa-
crificant, & tantum illi tribuunt, ut digniore in
toto mundo nō esse credant, nec aliquem alium
nominare patiunt. Cæteros hoīes adeo hæc ḡs
contemnit, & se prudentia & bonitate excellere
purat, ut alloqui fastidiat & à se explodat. Papam
Christianosq; cunctos canes appellant, & idola-
tras, quod lapides & ligna adorēt. Ipsi maleficiis
artibus intenti, somnia obseruant, Magos habēt,
q; ea ipsis interpretentur, & ab idolis respōsa pe-
rant, & accipiant. Deum enim cum illis loqui per-
suasum h̄it, & propterea ex oraculo uniuersa fa-
ciunt. Tempus & præsertim lunationes obser-
uant nullum ramen præ alio aut singulari festi-
vitare aut abstinentia colunt, & qualiter omne ha-
bent. Tantæ auaritiae & cupiditatis sunt, ut ubi Avaritia Tartu
quispiam aliquid uiderit quod habere desyde- rorū insatiada-
rat, si illo potiri cum uoluntate possessoris non
possit, dummodo Tartari non sit, ui rapit ex
præcepto, & instituto regum licere arbitrantes.
Quum tale mādatum à Canguista Chaamq; pri-

Chaam regem,
filium Dei exes-
dentes Tartari
adorant.

mis regibus habeant, & quicunq; Tartarus aut etiam Tartari seruus equum, hominem, siue viag, siue mulierem, in via repererit literas aut cōdūtum regium non habentem eum sibi uendicer, & pro suo, perpetuo utatur. Pecunias indigentibus commutant, sed pro grādi & intollerabili usu ra, unum denarium de decem singulis mensibus accipiētes, & de usura, usurā, si dilata fuerit. Tributarios suos, tantis tributis, tantis exactiōibus molestant, & aggrauant, quantis nullæ aliae gentes unq; suos exercuisse leguntur, incredibile relatu est, cupiunt semp, & ut dñi oium extorquēt, nihil rettribuunt. Mendicantibus eleemosynā ēt denegant, in hoc laudantur & prandio aut coētæ superuenientes uolentes comedere, non excludunt aut repellunt, sed inuitant, & qbus uescuntur misericorditer cōmunicant. Victus autē immundissimi sunt, ut pote qui mēsas, ut dictum est, mantilibus non operiant, manutergiis nō utātur, quum manus non lauent, non corpus, non uestimenta, panē neq; edant, neq; conficiant: olea, nō edant, nō legumina, sed tanum modooīus animantium carnes. Canum ēt & catōg, e quorū ac grandiusculorum murium. Captiōe inimicōe corpora, ad crudelitatem suam ostendā, & uindicandi desiderium ad ignem quādoq; assant, & ubi plurimi comedunt cōuenere, dentibus (luporum ad instar) dilaniant, atq; absument, eorum sanguinem ēt ad hoc prius collectum eratheris infusum epotant. Lac iumentinum alias ipsis potus est. Vinū apud eos nō nascitur, aduectū, sicut cæteri hoīes, audiſſime bibunt. Alter alterius pēdūculos comedūt de capite vel aliūde extrahētes & dicunt sic inimicis nřis faciā. Scelus magnum

Vitarii Tar
tari.

Crudelitas Tar
tarorū insignis.

habent si cibi aliquid aut potus perire permittit.
Ideoq; ossa, nisi medulla prius excepta sit, canibus nequaq; proiciuntur. Nullum aīal ex nimia tentacitate comedunt & absument integrum & sanguinum, sed qm̄ mutilatum fuerit, coeperitq; iam ausenecture, aut aliqua alia prnicie languescere. Multum frugales sunt & in paucis minimisq; cōtentib; bibunt mane unum uel duos scyphos lactis, & interdum tcto die aliud nihil bibunt aut comedunt. Vestitu tam uiri q̄ mulieres ferē uno induuntur. uiri mitris caput obtengunt nō multum pfun dis, obtusis ante retro caudatis unius palmi longitudine, pari latitudine, q̄ ut capiti adhæreant, & ne à uento qdē deturbentur, iuxta aures insuras fascias habent, qbus sub mento cōnectantur. Foeminae coniugatæ canistro quodā rotundo teguntur unius pedis & semis lōgitudine, in summitate istar dolii plano, diuersi colori serico, aut pictis pauonum plumis circumornato, gēmis ad hæc & plurimo auro, cætero corpore, ut quæq; diues est, ita uestiuntur, potentiores purpura & serico, quēadmodum earum uiri. Tunicas, portant miro modo formatas, fissura earuz in finistro latere, à quo induunt & exuuntur, nodulos quatuor aut qnq; habet, qbus clauditur: uestimenta q̄ in æstate gerunt, nigra sunt cōmuniter oia, quæ in hyeme pluuiosifisq; spibus alba, infra genua nō descendunt, pelliceis uestibus, qbus maxime utūtūr pilos non occultant & carni applicat: ut nos, sed corium, pilos propter decorem uidendos præbent. Virgines à non coniugatis ac illæ à uiris discerni facile nequeūt, q̄ indiscreto ferē oēs à uiris & habitu & gestu sint. Femoralibus æquè omnes utuntur. Bollum inituri, brachia, quæ

Vestitus Tartarorum.

Vnde penitentiorū et mulierē habitus.

nuda habent, quidam ferreis laminis circundat, corrigiis quibusdam concatenatis, quidam multiplicato corio, quo etiam caput obmuniunt. Scutis uti nesciunt, pauci quoque lanceis & longioribus gladiis. Enses habent, brachiali longitudine ab una parte fastigatos, quibus pugnantes a latere percutiunt. Equites sunt, agiles sagittandique scientissimi. Is omnium fortissimus censetur, qui & Imperii obseruantissimus est: sine stipendo militant, gens in praeliis & rebus gerendis solers, & ad omnia momenta rerum imperiumque obeundū praesto. Duces & principes bellum non intrant, sed procul stantes, suos adclamant, hortaturque, & quodfacto opus fit diligenter prospiciunt: liberos, uxores, & aliquando hoīum imagines equis impositis exercitui addunt, ut maior, ac hosti terribilior magis appareat. Nec fuga turpis, si conductibilis sit, aut necessaria. Sagittaturi dextrum brachium ab armatura exuunt, & tanta ui postmodum sagittas excutiunt, ut nullum armorum genus sit illis non penetrabile. Turmatim pugnam capessunt, turmatim fugiunt uulnifico sagittarum iactu sequentem a tergo hostē confidentes. Inde pugnatium paucitatē conspicati, subito in pugnam redeunt, homines equosque sagittantes uulnerat, ac cum maxime uincunt quum uicti creduntur. Quum regionē aliquam inuadere, ueniunt, diuiso exercitu, ab omni parte inuadunt, ut eis occiri non possit, ac nemo incolarum effugere, ita uistoria semper in manibus habent. Illa superbissime utuntur capto nulli parcētes, nō pueris, non mulieribus, nō senibus, oēs promiscue occidunt præter artifices, quos ad opera sua reseruāt: occidendos per ceteriones diuidunt, seruūc cuique ad

Bellum tartarorum

Stragena tar-
tarorum.

interficiēdos decem, plures uel pauciores, prout numerus fert, assignantes, qbus omnibus bipenni, ut sues mactatis, cæteris in terrorē hoc agunt: quēq; millesimum accipiunt, & capite subuerso, pedibus ad stipitē in medio cærorum erectum ita suspendunt, ut suos adhuc admonere & audire videatur: pleriq; ad iacentium corpora ipsa pcedentes è recentibus uulneribus emanantem sanguinem ore excipiunt & ingurgitāt, Nemini Crisdelitas Tar quantumcunq; eriam se obligauerint seruat fidē tarorum ferina quin in deditos eo modo, & multo grauius saeuiant iuueniculas mulieres in quā quisq; incidit & quācunq; uult stuprari licet: abducuntur quæ liberalioris formæ sunt, atq; in extrema omnium rerum penuria seruire perpetuo coguntur. Incōtinētissimi enim omnium hominum Tartari sunt, nā licet uxores ducant quotquot uolunt & sustentare possunt, nullusq; (excepta solummodo matre, filia, & sorore) ipsis aut consanguinitatis aut affinitatis gradus ad matrimonium cōtrahēdū obster, Sodomitici tamen ultra modum sunt: se nō minus, q; Sarraceni indifferēter & impune cū masculis pecudibusq; cōmiscēte: Mulierē quā sibi cōiungunt pro uxore nō habēt, nec dotem accipiunt, donec pepererit: unde sterile repudiare possunt, & aliam superducere. Hoc mirum est, quod licet mulieres multæ virum unum habeāt, propter illum inter se non facile rixentur, cum tñ una aliis præferri soleat, atq; iam cū illa mox cum alia dormire: unaqueq; autem suam stationē habet, una quæq; suam familiam: castissime uiuit nam in adulterio deprehensi tam vir quam mulier lege ipsa occiduntur. A re bellica ferienti viri pecora in pascua ducunt, & custodiūt, uenantq;,

Sodomites
Tartari et Sar-
raceni.

In adulterio de-
prehensi occi-
duntur.

& se luctando exercent, aliud nihil agunt, mulieribus omnia cōmittunt: his curæ est & quæ sunt uictui & quæ amictui necessaria pcurare. Gens ipsa multas superstitiones obseruat, cultellum ignem mittere, uel eo saltæ attingere: carnes item ex olla cultello extrahere magnum nephas est: nihil etiā iuxta ignem securi secant, ne quociq; modo lœdant, quæ alias religiose uenerantur, & à quo oia purificari debere persuasum hñt. Flagello quo equus impellitur, calcaribus enim nō uruntur, corpus aut brachia quietis gratia supraponere, aut flagello sagittas tangere maxime deuitat. Iuuene s aues non solum non occidunt, sed nec capiunt quidem: Freno equum nō uerberat. Os osse alio non frangunt. Cibum ac potum, præser tim lac nemo pfundit. In stationibus nemo mingit: quod si obstinate aliquis faceret, absq; misericordia occideretur. Si autem necessitas cogat, ut sæpius sit tentorium in quo factum est, & oia quæ in eo continetur purgari debent, tali modis ducis ignes, tres passus ab inuicē distantes faciunt, intra quos hastas duas insigunt, iuxta quenq; ignem unam statuentes. Deinde cordula ab una ad aliam ducta, ac buccaranno intecta per medium illarum, ceu per ianuam, quæcunq; purificandas sunt traducunt mulieres duæ, quaruz hoc interest, in alia parre stant, hinc atq; hinc una, aquam inspergentes, ac carmina quædam submurmurantes. In conspectum regis nullus aduenia, cuiuscunq; dignitatis existat, & quantacumque agere habeat admittitur, nisi purgatus prius. Qui limen regii te

limen tentorii in quo Imperator aut ducum aliorum calcans in

quis moratur pedibus calcat, in ipso uestigio interficitur. Præter eā si alijs mortuum fecerit, quæ deglutire

Purgandi per
ignes ratio.

deglutire nō possit, cogereturq; eundem euomere, accurrunt illico omnes, & foramen sub statioe faciunt, per quod extractum crudeliter necant. Multa alia sunt, quæ pro inexpiabilibus peccatis habent ast hominē occidere, aliorum terram invadere, res & bona alicrum contra ius fasq; diridere, dei præcepta negligere, pro paruo aut nihilo ducunt in mundo quodam alio, quem tamen describere non possunt, se post hanc uita æternaliter uiduros credunt, & meritorum suorum cōdigna præmia percepturos. Quum quispiam infirmari coeperit & mortuum uicinus esse, hastam unam cum nigro panno tabernaculo, in quo decumbit, præfigunt, ut ab ingressu prætereuntem auerrat. Nemo enim hoc cōspecto inuocatus intrare audet. Postquā uero defunctus est, omnis illius familia conuenit, & funus extra tentoriū in locum aliquē antea delectum clam portant, & focea lata profundaq; satis facta, cōtoriolū in ea erigunt, mensam ferculis instruūt: atq; defuncti corpus prius præciosissimo habitu uestitum ad eam applicantes, una omnes terra obruunt. Sepelitur etiam cū eo inuentum unū, & equus phaleratus unus. Potentiores in uita seruūt unum eligunt, atq; cauterio suo inustum secundi tumulari faciūt, & hoc ideo, ut in alio mundo his utatur. De hinc amici alium equum accipiunt, & mactant, carnes comedunt, cutem foeno repletam, atq; restutam quatuor palis supra sepulchrum in defuncti signum erigunt. Ossa in animæ expiationem mulieres comburunt. Cum cure potentiores aliud agunt, in tenuissima lora illam disciudunt, atq; his extēsis per sepulchri circuitū terram demetiūtur tantū, namq; in alio orbe defunctū sortiri credūt

Aeternam uitā
Tartari credūt.

Sepellendi Tar
tarorum ritus.

quantum hic ab amicis illi hoc corio admensum fuerit. Tricesimo die luctum finiunt. Quidā Tar Christiani nos taroꝝ Christiani notminis, sed pessimi, parētes iā minis Tartari senio confectos, ut citius moriātur, multa pingue parentes necat. dine diu obescant, & inde defunctos cōburunt puluerem diligenter collectum, quasi preciosum

Mos in regis aliquid obseruant, illo cibaria sua quotidie con creatione me dientes. Qua autem pompa, qua festivitate Tar morandus. tari post regis obitum alium illi substituant, qm̄ ne dum scribere, sed legere forte tædiosum, paucis absoluam. In locum in cāpis aptum, ad hocq; consuetum, principes, duces, barones, & omnis

Regum potes populus totius regni conueniunt, tum eum cui regnum aut ex successione, aut electione debetur, in thronum aureum collocant, atq; procidentes unanimi uoce & excelsa, omnes in hunc modum acclamant: Rogamus, uolumus etiam, & præcipimus ut domineris nobis. Responderet ille: Si hoc à me uultis, necesse est, parati sitis quicquid precepero facere cum uocauero uenire, quo cunq; misero ire, quemcunq; occidi iussero id intrepidos facessere, & totum regnum in manus nostras statuere atq; committere. Vbi responderunt, sumus: inquit rursus, ergo oris mei sermo, de cætro gladius meus erit: fit applausus a populo. Principes interea ipsum è regio solio exceptum supra filtrum in terra stratum humili ter sedere faciunt, ita alloquentes: Vide sursum & agnosce deum, ac respice filtrum in quo sedes deorsum, si bene administraueris, ad uotum habebis omnia. Si autem male, adeo rursus humiliaberis, spoliaberisq; ut ne exile hoc filtrum, in quo sedes, tibi relinquatur, quo dicto, charissimā uxorum adiungunt, & ambos cum filtro eleuantes,

hunc

nunc omnium Tartarorum Imperatorem, illam Imperatricem salutant. Ad sunt tum mox ab omnibus gentibus, quibus imperare habet, dona. Ad sunt & quæcunq; Rex defunctus reliquit, de quibus nouus imperator, unumquenq; principū donat, cætera sibi seruari præcipit, & cū hoc comititia dissoluit. In eius manibus seu potestare omnia sunt: nemo pōt, audetq; dicere, hoc meum est uel illius est, Nemo commorari in aliqua terræ parte debet, quam in assignata. Imperator ipse peratoris Tar- ducib, assignat duces millenariis millénarii cen- tenariis, centenarii decanis, decani cæteris. Sigil lum quo utitur ita inscribitur: Deus in cœlo & Chui chuth Chā in terra: dei fortitudo, & omniū hominū Imperator. Quinq; niammos & robustissi- mos exercitus habet, qnq; duces, per quos oēs, qui obstant, expugnat: aliae gentium legatis ipse nō loquitur, nec etiā in cōspectum admittit, nisi tam ipsi quā munera (sine quibus uenire præser- tim nō debent nec possunt) à mulieribus quibus- dam ad hoc deputatis prius purgati fuerint, per medias psonas responderet, quibus quando & quā diu loquitur (quantumcūq; magni sint,) flexis genibus auscultare debent, & ita attendere, ut ne à uerbo quidem aberrent. Nemini enim licet im- peratoris uerba mutare, Nemini latē ab illo sen- tentiæ qualicunq; modo contraire. In publico is nunquā bibit, neq; ali quis Tartarorū princeps, nisi prius cantetur ei, aut eitharizetur. Potentio- res quum equitant, umbella quæ longiori hastæ imposita iuxta eos portatur, obumbrantur: quod & mulieribus eorum fieri dicunt. Et tales Tarta- torum genti mores anno ab hinc ducentesimo erant, hi uiuendi ritus, Georgiani quos Tartari

Imperator Tar-
tarorum per se
non respondet.

Potentiores
Tartar cū equi-
tant obūbrantur

Eodem tempore deuicerunt i^cultores Christi erant, ritum Græcorum seruantes, Persis uicini, lōgo terrarum tractu à Palæstina ad Caspios usq; montes eorum dominium extendebatur. Episcopatus decem & octo habebant, & catholicon unum, id est, episcopum uniuersalem, qui

Raduntur in ea loco patriarchæ erat, Antiocheno patriarchatu*pe*Georgiani. ab initio subiecti erant, bellicosi homines, rasuræ in capite faciebant, clerici rotundam, Laici qua

Mulieres ad bellum edoctæ. dratam. Mulieres eorum quædam equestris ordinis erant, & ad prælium doctæ. Georgiani ordinatis iam aciebus in pugnam ituri repletam optimo uino pugillarem cucurbiram epotare solebat & aduersarios postea animosius adire Clerici usutæ & Symoniæ libere uacabant: cum Armeniorum titus.

Ieiunia Armeniorum. carnes manducabant. Multumieiunabant, à septagesima quidem incipientes ita stricte ut nec in quartis sextisq; fertiis oleo, uino, aut pisibus uterentur: plus peccare existimantes, qui his die bus uinum biberet, quam eum, qui ueneris gratia lulanar subiret: die Lunæ penitus se ab omnibus cibis abstinebant, die Martis ac Iouis comedebant semel, die Mercurii & Veneris omnino nihil, Sabbato uero & dominico die esitabat car

nes, & reficiebant laure. Per totam septuagesimā, exceptis sabbatis & dominicis diebus missarum officia nemo celebrabat, nec etiam sextis febris per totum annum: per hoc enim uiolari reiunium uolebāt. Porro duorum mensium infantes & quoslibet alios indifferenter communioni ad mittebant. aquam sacrificio non addebat, cum lepore, urso, corniculis, & huiusmodi, sicut Gr̄eci Iudaizabant. In calicibus uitreis & ligneis celebraabant, quidam sine paramentis & sacerdotalibus uestimentis omnino: quidam cum diaconi & subdiaconi insula tantum operti. Vsuræ & symoniæ tam clerici quam laici, quemadmodum Georgiani, æque studebant omnes. Sacerdotes quoq; diuinationibus & necromantiæ incumbebant. Porationibus magis quam laici uocabant. Vxores ducebant, sed post mortem alterius secunda coniugia utrisq; prohibita erant. Adulteram uiro repudiare & aliam ducere licentiā episcopidabant. De igne purgatorio penitus nihil tenebāt. Negabāt etiā obstinate in Christo duas naturas fuisse. In triginta articulis à recto Christianæ pietatis tramite eos aberrare Georgianip didere.

De turcia, Turcarumq; moribus, legibus & institutis omnibus. CAP. XI.

Terra, quę nūc Turcia est, maiore Armeniā ab ortu habet, excurritq; ad Cilicū usq; pelagus, septentrionē uersus Euxino terminatur, ab Aitone Turqa dicitur, plures in ea puiniæ: Lycaonia, in qua Iconiū caput gentis. Capadoccia, in qua Cæsarea, Isaura, ubi Seleucia: Licia quæ nunc Briquia. Ionia, quæ Quiscū, ubi Ephesus. Paphlagonia, ubi Germanopolis. Lenechubi

Sacerdotes Ars
meniorum uxores
ducebant.

Turcia fines.

Trapezus. Hoc quicq d est terræ, quæ hodie Tur
Gentes Turciæ ciae tenet nomen, non una gens inhabitat, sed
incidentes.

Turcæ, Græci, Armeni, Sarraceni, Jacobitani, Ne
storiani, Iudæi, Christiani, Secundum leges & in
stituta plerunq uiuentes quas Mahometus pseu
do propheta Sarracenis Arabiæ genti anno sa
lutis sexcentesimo atq; undetrigesimo sanxit: ut
Mahometi pa
tentia.

dubium Arabs an Persa, utrumq; enim traditur,
Ex duabus legi Patre malorum demonum cultore, matre Ismae
bus. Mahomes lita, & ob id Hebraicæ legis non ignara: distrahe
tus unam com
mentus.

re puerum illi, ambiguumq; effingere, dum hic,
dum illa suā uterq; legem ingerit: Igitur utroq;
puer imbutus cultu, neutrum adultus recepit,
quin homo callidus atq; uaser ingenio, inter
Christianæ pietatis uitios diutissime uersatus, re
perniciosem humano generi ex duabus legibus
commentus. Hebræos aiebat in pie facere, qui
Christum natum ex uirgine inficiarentur, quādo
id prophetæ, uiri præcipua sanctitate, diuinoq;
afflati spiritu, futurum cecinissent, expectandūq;
multo antea prædixissent. cōtra Christiano, stulte
credere Iesum dei amicissimum natumq; ex uir
gine, opprobria & cruciatum à Iudeis perpeti uo
luisse. Martinus Segonius Nouemontanus suo
Sarraceni et
Turcæ quid de
Christo.

hæc de Christi regis nostri sepulchro memorie
prodidit, Sarracenos & Turcas, ex antiqua Ma
hometi prædicatione ridere Christianæ gentis
homines, qui id conditorum uenerabundi ob
seruent. Christum prophetam, summum affirma
tes, ex dei spiritu, cmnis terrenæ labis expertem
uenturum iudicem gentium: inficiari tñ uerum
ipsius sepulchrū adiri, quoniā gloriosum corpus
diuino conceptum flatu prorsus fuerit impassibi
le. Hæc Segonius & alia in hanc sententiā, quæ à

Mahometicę gentis hominibus non magis impie
quam stulte in nostros iactari soleant. His pseudo De legē Mahos
propheta quum suam gentē malis imbuisset, legē meti disputare
tulit, cui ne ab hominibus sanæ mentis quādōq; capitale est.
irerur obuiam, abrogareturq; ut sordidæ & pesti-
lenti, capitalem inscripsit pœnam, sanxitq; in suo
Alcorano, si quis de ea ausus esset disputare. Qua
sanctionē palam fecit nihil synceri in ea lege es-
se, quam uelut mysterium quoddā texerit uetue-
ritq; tractari, ut quale esset id quod ferebatur, po-
pulus haud scire posset. Sergii Monachi Nesto-
rianæ impietatis uiri consilio & opera in illa fe-
renda præcipue usus. Hæc ut popularior esset, ex
omnium gentium sectis aliquod assumpit. Christū
imprimis laudandum censuit, uirum fuisse affir-
mās sanctuz & omni uirtute præstantē, eundemq;
supra humanitatis fastigium ponere, nūc uerbū,
nunc spiritum & dei animā prædicans uirginis
utero natum: ipsam uirginem miris efferre laudi-
bus, astipulari miraculis & Euangelicæ historiæ
quatenus à suo non discrepat Alcorano, Euange-
lia ab Apostolorum discipulis corrupta esse dice-
bat, oportuisse p. Alcoranum suum emendari, &
Christiani nominis multitudine per hæc blandi-
tus à Sergio uoluit baptizari: inde in aliis studia
cōciliāda cum Sabellianis negare Trinitatē, cum
Manicheis binarium in diuinis numerū ponere,
Negare æqualitatem patris & filii cum Eunomio,
Spiritum sanctum creaturā dicere cum Macedo-
nio, cum Nicolaitis multitudinē uxorum p̄bare,
& uetus testamentum, tametsi id q̄q; diceret q̄bus-
dā in locis nō carere uirtiosprætexuit his amba-
gibus incredibilē illecebram, q̄ facile uita capiſ,
remissis suæ ḡeti ueneris & omnium uoluptatum

Sergius mos
nach.

Lex Mahomed
i ex sectis mul-
tis mendicata.

Christianis per
que Mahome-
tus blanditus.

Voluptatum in habenis. Serpit pestis hæc ppteret in ḡtes inu-
dulgentia.

mera , vt iam quora pars hominum præ multitudine
illa à uero aberratiū adhuc sit in officio. Ex hoc
facile attēdi potest quod Christo credat nō Euro-
pa tota. Mahometo autē & illius maxima pars cū
tota ferē Asia & Aphrica. Sarraceni, q̄ hæc pseu-
de prophetæ impietatē & delyrium primi acce-
perunt. eam Arabiae partē incolebāt, quæ Petreā
dicta est , vbi videlicet terra ipsa ab uno latere
Iudeæ inserita est & reliquo Ægypto , à Sarraco
loco Nabathæis propinquuo: siue vt ipsi volunt à
Sara Abraæ vxore appellari vnde legitimos se
omnium mortalium solos diuinæ pmissionis suc-
cessores esse adhuc p suauis hñt. Agriculturæ q̄
dam vacabat & rei pecuariæ maior autē pars mi-
litæ & ob id ab Heraclio ad Persicum belluz sti-
pendio conducti, quum se ab illo post cōsequu-
tam victoriam fraudari cognouissent, ira & igno-
Retu[m] Sarace[n]i
uox incremēta
Turcæ qualis
gens et vnde
progressa.

Sarraceni vnde
appellati.

niture in Syriam secedentes Damascum occupa-
bant, vbi copiis & commeatu audiū Ægyptum pe-
tebant, qua subacta Persidem, postea Antiochiā,
& hinc Hierosolymam: adeo potentia & fama in
dies eorum res crescebant, adeo in dies augmen-
tabantur, vt nihil amplius ipsis resistere posse ti-
meretur: quum Turcæ fera & crudelis Scythica
gens ex Caspiis montib. à finitimiis pulsi iam per
Caucasus portas in minorem Asiam primo.: po-
stea in Armeniam, Mediam, ac Persidem, descen-
dentes, vi & armis omnia sibi subiugarent, Sarra-
ceni igitur his vtpotè Imperii fines defensuri
obuiam processerant, sed quia ipsis impares erāt
in brevi ad eā desperationē adducti sunt, vt Ma-
hometi fide ab his recepta, passi sint eos i Perside

secum regnare, ut nescias ^{vtria} gens maiorem Turcæ et Sarra
fecerit iacturam, quæ rato regno cesserit, an quæ
eam sibi pestem inculcati passa sit regnandi cu-
piditate: vnius itaq; fidei vinculum ita vtranque
gentem copulauit, vt Sarraceni pro Turcis, &
contra Turcæ pro Sarracenis indiscreta appel-
latione aliquandiu vocati sint. Nunc vt video Militia Turcas
Turcarum nomen inualuit, altero abolito. Non ^{rū ex qbus eos}
vnum apud hos equitum genus in vsu sunt. Thi
marcini, qui stipendiarii interpretantur, ad octo
ginta millia: hi vicos, villas, castella, vt quisq; me-
ritus est, Regis indulgentia possident stipendiū lo-
co, præstoq; sunt Sensacho, duci videlicet eius
puincia, cui attributi sunt: In duos hodie diuisi
sunt exercitus, Asiaticum & Europeum, ductu in-
de maiorum ducum militaruri, quoq; hic Asiae, il-
le Europe presidet. Hos Bassas gentili lingua ap-
pellant. Sunt & Aconiziæ fatales dicti, hi sine sti-
pendio militat, semperq; agmen precedunt pda
bundi, quintā prædæ partē regi debet manubia
rum noīe: sunt hi circiter ¹ quadraginta millia.
Abiit tertius genus in Charippos, Spahiglanos,
& Soluphtaros: præstantissimi horum Charippi
equestris dignitatis illustres, & circa regē frequē-
tes octingenti numero ex Scythis Persisq;: neq;
alio genere hominum lecti in conspectu regis in-
signiter, quū opus est, dimicat. Spahi & Soluph-
tarisunt, qui ab initio ad turpē vsum, pueri ad
huc, apud regē fuere, mox adulti regis indulgen-
tia uxorem ducunt, auctiōq; dote coniugis & stipē-
dio plurimum oratorū vtruntur officio, regis la-
tus dextra leuaq; stipates inter eundū. Ad præfe-
cturas & ceteras dignitates ex hoc ferè ordie le-
gunt, Mille sunt & trecētinumero. Triplex i pe-

Bassæ exercitus
Turcæ ducis,

Aconizis.

Charippis

Spahi, & so-
luphtari.

Peditum.

Turcarum tri^s diribus ordo. Lanizari hi impuberes adhuc ex flex ordo. toto Imperio leguntur à conqueritoribus aliquā diu militari disciplina instruuntur, sub magistro in publicis gymnasīs mox militiæ ascripti amiciuntur breviori ueste, & pileo albo, ac sursum uestus erecto: arma, scutum, ensis & arcus: hi castra muniunt, urbes oppugnant, suntq. ad uigintimilia. & amplius. Secundi sunt ordinis Asappi, leuis armaturę pedites, ense, scuto & lōgiori hastia instruuntur, rubro pileo à Lanizaris discreti: hostium equos in prælio cōfodiunt: horū numerus ad bellū magnitudinem accōmodatur minimum quadraginta millia, cum Rege proficiscuntur: his Regius exerci, stipēdium cum bello finitur: ex hoc instituto, Regius ducēta mil gius habet exercitus ad ducenta armatoriū milia. Cæterum peditum turba sine stipēdio uoluntariorum, aut euocatorum. suntq; his Calones militi, Lixæ, fabri lignarii, & qui pugnantib. necessaria ministrant: sternunt vias, per loca ardua & abrupta: pontes fluminibus aut stagnis imponunt, aggeres in hostes erigunt, cæteraq; ad expugnationes urbium utilia expediunt. Comitantur castra Numularii, Trapezitæ, institores, atq; aliorum id genus hominum ingens colluuiu, ne quid desit

Turcarum in re eorum, q̄ humano usui conducunt. Sed nihil est militari pericula, quod in ea gente magis mirari possit. q̄ celeritas in agendo, in periculis constantia, obseruatio imperii: ad minima delicta capite plectuntur: profundæ & uorticosa tranant flumina, abruptos superant montes, iussi per æqua & iniqua eunt præcipites, non uitæ sed Imperii memores, peruigili, inedieq; tolerantissimi, nulla ibi seditio, nullus tumultus: fremitu nō clamore utuntur in prælio, in castris noctu tam pertinax silētum, ut pa-

Tiantur captiuos dilabi, ne tumultus excitetur ali⁹
 quis. Hi ex omni mortalium numero hodie legi-
 time militant, ut nemini mirum uideri possit, qd time militant.
 sit quod res eorum tm ad hunc diem creuere,
 quantum ducentesimo ab hinc anno nullius alte-
 rius gentis, possitq; uerè dici, esse id genus hoīū
 iniunctum, nisi aut lue aut peste aliqua teterima,
 aut domestica discordia uincantur. uestitus quo
 milites utuntur honestissimus est, nihil indecen-
 tiae. nihil in honestatis oīno hñs. In sellis ac fre-
 nis nulla curiositas aut superfluitas est. Armis in-
 dutus eorum nemo incedit, nisi quim pugna in-
 stet. Arma post eos in Saracenis deferuntur. Ve
 xillis non utuntur, sed lanceis, ex quarum summi tur Turcæ.
 rata quædā diuersi coloria fila dependēt. p quæ
 singuli ducum à suis inter nosci valeant. Tympano & fi-
 no tm & fistulis ad cōuocādum cōcitandumq; ad stulis etiā Tur-
 pugnā vtunt. Registrario, qui magnatum vñus cas utuntur.
 est, defuncto bello, p̄sentari oīs exercitus debet,
 tum vt q; & quo bello amissi sine cognoscant, tum
 vi in illorum locum alii scribantur. Pro militibus
 in oībus congregationibus & conuiuiis orant,
 sed multo magis pro communi patriæ causa cæ-
 sis: felices beatosq; eos appellantes, q; non domi
 inter coniugum, filiorumq; lamentationes obie-
 runt, sed foris inter hostium frenitus hastarūq; fragore. Maiorum suorum uictorias describūt, de
 scriptas cantat & extollunt, multum enim milituz
 alios, p hoc excitari existiment. Domus & cæterā cæ
 ædificia, sub quibus habitare solent, de lignis &
 terra vulgo sunt, pauca de lapidibus, soloq; ma-
 gnatum domus, balnea & deorū tépla ex his vul-
 go constructa: quamuis & plebeorum qdam locu-
 pletes adeo sunt vt exercitum armare expedi-

Maiorū uicto-
rias Turcæ des-
cantant.

Humiliter Tur-
cæ ædificant.

req; integrus vñus possit: sed quia frugales sing,
& omnem sumptum deuident, humilitatem di-
ligant, voluntariam hanc paupertatem, & reru-
suum patienter ferunt. Ob hanc etiam causam
*Christiani has
decentur à Turcis
idolatriæ.*

*Sigillis non res-
horant literas
Turc.*

*Sedibus et scā-
nis Turcae non
utuntur.*

*Mēsa Turcatū
è corio sunt.*

teq; integrus vñus possit: sed quia frugales sing,
& omnem sumptum deuident, humilitatem di-
ligant, voluntariam hanc paupertatem, & reru-
suum patienter ferunt. Ob hanc etiam causam
*picturas abiiciunt imaginum sculpturas sic ab-
horrent, sic detestantur, vt Christianos, qui
eis tantum delectemur idolatras uocitent, & in
ueritate esse contendant. Sigillis in literis siue
regis aut cuiuscunq; alterius fuerint nullis utun-
tur, nullis signis obtuniunt, fidem habent sta-
tim vbi solummodo irritentis nomen audierint,
aut scribentis stylum inspexerint. Campanarum
vñs apud eos nullus, nec etiam Christianos in-
ter eos habitantes habere acuti permittunt. Pro
pecunia aut aliqua alia re non ludunt. ludere re-
pertos ignominiis multis & probris afficiunt &
prosequuntur. Ad sedendum scannum, sedile
aut aliud fulcimentum nemo cuiuscunq; digni-
tatis conditionis ue exstat requirit, sed decen-
tissima quadam & membrorum & vestium com-
positione super terram puerorum more recum-
bit. Mensa supra quam vescuntur vt plurimum è
corio bubulo parata est, aut ceruino non concin-
nato & adhuc hirsuto, rotunditatem habens qua-
tuor vel quinq; palmarum latitudinis, circulos
multos per circuitum insutos ferreos, qbus quin-
corrigeæ inductæ sunt instar bursæ clauditur ex
panditur & portatur. Domum, ecclesiā, aut alium
locum in quo sedendum est nisi discalceatus, ne-
mo intrat, quum in honestum indecorumq; val-
de habeatur, vt calceatus quis sedeat, quare cal-
ceamento quodam uruntur, quod facile &
poni potest & recipi. Locus in q; vel domi vel in
ecclesiā sedet stratus tegetib; laneis est, aut scir-*

peis: habentur quoq; interdum propter locoru; humiditatem, & immunitam tabulata. Vestimentis utuntur tam viri quam foeminæ satis largis & longis in anteriori parte apertis, quo honestius curuati naturæ opus perficere cælareq; possint. Multum enim in egestione cauetur, ne meridiem versus, quo orantes se vertere solent faciē conuertant: Multum etiam ne ab homine quopiam conspecti turpitudinem suam ostendant. Curuati etiam quemadmodum apud nos mulieres noctu riunt: nam si stando quispiam mingeret prostul to aut hæretico ab omnibus haberetur. A vino, quoniam peccati & omnis immundicie semina rium sit, ex lege abstinent, vias tamē comedunt, & mustum potant. Abstinent se quoq; à carne & sanguine suillo, necnon ab omni morticino, reli quis comedibilibus cunctis vescentes. Diem Veneris ab omnibus labore feriati tanto studio & religione colunt, quanta nos dominicani aut quanta Iudæi sabbatum. In singulis ciuitatibus ecclesia vna principalis est, in qua eo die post meridiem conueniunt omnes, arque oratione solenniter peracta, prædicatio fit. Vnum deum confirent, qui nullum sibi vel similem habeat, vel æqualem, cuius propheta fidelis Mahometus sit. Quin quies in die Sarraceni omnes orare tenentur, faciebus ad meridiem versis, & hoc antequam faciant perfectissimam corporis munditiam habere, culum, veretrum, manus, brachia, os, aures, narres, oculos, capillos, ad ultimum pedes ēt decētissime lauare, pserum post coitum & egestionem, nisi ægrotauerint, vel in itinere fuerint. Si uero aqua eis ad hoc defit, quod tamen contingere raro aut vix potest, quod in omnibus ciuitatibus con-

Vestimenta
Tur. fluxa.

Viri curuati
mingunt.

Vinum non bis
bunt Turc.

Caro suilla
vitatur.

Dies Veneris
Tureis sacra.

Quinq; in
die orant.

Continua bala
nea.

tinua balnea ad hoc habeatur, puluere mūde & recentis terræ perficiunt: ante ablutionē hunc, pollutis quacunq; pollutione loqui secum, aut se etiam uidere, quantum possibile est permittit neminem. In quolibet anno mensem integrum &

Ieiunia Turcas

hebdomadā strictissime iejunant, interdiu nec comedentes, nec bibentes quicq;: nec etiā se mulieribus commiscentes: post Solis autem occasum ad usq; sequentis diei exortum cibis, potibus, ac ueneri ad placitum indulgent. In fine iejunii &

Pascha Turcas

postea iterum sexagesimo die Pascha celebrant, in memoriam Arietis Abrahæ ostēsi in sacrificiūz

Domus dei in Mecha.

filii in loco: noctisq; cuiusdam in qua Alcoranūz de cœlo datum existimant. Semel quotannis etiā ad domum dei, quæ in Mecha est, ire Sarraceni

Sarraceni ad se ligionē seu sectam suam abnegare Sarraceni neminem cogunt, nec stud alicubi persuadere conā-

guunt nemine. tur: quamvis Alcoranus præcipiat, ut aduersarios prophetasq; eorundem perdat, & oibus modis persequantur: unde sit in Turcia oīuz se-

Sacerdotes Turc.

starum gentes habitent, & quæq;: ut solet, suo deo sacra faciat. Sacerdotes præterea eorum à communi populo non multum differunt, nec à priuatis ædibus ecclesiæ. Alcoranūz scire sufficit & quæ ad orationem cultumq; legis pertinet: meditationibus, literarumq; studiis minime uacant. Non enim ecclesiarum aut aīarum aliqua cura occupatis sunt, sacramenta nulla habent, religiarū sacrorumq; usorum, & altarium nulla obserua-
tio, sed uxoribus, liberis ac cæteræ familiæ inten-
ti, agriculturæ, mercaturæ, uenationi, & similib;

studiis, quibus uictus quæritur & uita sustentatur
 quemadmodum laici cæteriq; incumbunt: nihil
 est ipsis facere illicitum, nihil prohibitum à serui-
 tute, ab exactiōibus immunes sunt, honoris plu-
 rimum ab omnib; percipiunt, ut qui legis cæ-
 monias sciant ecclesiis præsideant, & alios doce-
 re possint. Gymnasia multa & magna habent, in
 quibus ciuiles lēges à Regib; latæ pro regni
 administratione defensione q; plurimi docentur,
 quorum dein quidam ecclesiasticis quidā secula
 ribus officiis præficiuntur. Sunt etiā in ea secta mul-
 ti & uarii religiosi, quoruū quidā in memorib; &
 solitudinib; uitam uillatim ducentes homi-
 num cōmercia effugiunt, quidā in ciuitatibus ho-
 spitalitatē exercētes peregrinos pauperes ad ho-
 spitia saltem recipiunt: si non habeat quorefice-
 re possint, ex mendicitate enim & ipsis uiuunt: aliis
 per ciuitates uagantes, in utribus quibusdam ho-
 nā arque semper recentem aquam portat, quam
 cuiq; petenti bibendam ultro offerunt, pro quo
 pieratis officio, si qd ipsis porrigitur accipiūt cu-
 piūt nihil, tantā religionis ostentationem in di-
 etis & factis, in moribus & gestu præse ferren-
 tes, ut non homines sed angeli credi possint, si-
 gnum quoddam quisq; gerit per quod cuius pro-
 fessionis sit internosci habet. Iustitiæ Sarraceni
 seu Turcæ exactores strenuissimi sunt, qui homi-
 nis sanguinē fuderit pari poena semper plecti-
 tur. In adulterio deprehensum adultera abs
 que misericordia, absq; mora lapidatur. Est etiam
 fornicariis sua poena expressa, octingentos flagel-
 li iustus seu uerbera tolerare debet, qui præuen-
 tus fuerit. Fur prima & secunda uice deprehen-
 sus totidem ictibus flagellatur: tertia, manu trun-
 ce multa haben-
 Religiosorum
 Turcarum fa-
 miliz.
 Iustitia.
 Sarracenorum.
 Adulterorum
 poena.
 Furum poena.

catur, quarta pede. Qui damnum alicui infert, precio æstimato satisfacere compellitur. In possessionibus repetundis ut petitum testibus comprobetur, lege sanctum utq; negator iuramento sese expurget. Testes nullos nisi ualde idoneas probatasq; personas, & quinus sine iuramento credi possit admittunt. Inquisitores per regionem multi etiam constituti sunt, qui orationū, ad quas tenentur, negligentes indagatos talibus quidē adficiunt ignominias, rabulam unam cum pluribus caudis uulpinis illorum collis appendunt, & hinc inde per totam ciuitatem trahentes non dimittunt donec se certa pecunia absoluant. Extra matrimonium nemini, qui ad prouectam ætem iam peruererit, vitam agere licet. Vxores autem ducere legitimas quatuor possunt, & demptis marribus & sororibus quæcumque volunt: nulla sanguinis habita ratione: illegitimas uero quotquot placuerint, & enutriri valeant. Filii tamen ex his, quam ex illis suscepti hærede in patris bonis æqualiter habentur. Hoc tamen seruato, quod duæ filiæ filio uno coæquantur. Coniuges duas aut plures non in una domo, nec etiā in una ciuitate habent, ob iuges contentiones earum, atq; inquietudines, sed in singulis ciuitatibus singulas. Libertatem viri eas tertio repudiā dihabent, tertio item recipiendi. Repudiatae vero à quo viro suscipiantur, si lubet, permanere possunt. Hæ in vestitu honestissimæ sunt. In capite mitris utuntur uelis ipsis superpositis, ita, ut deceter hac inuolute, una ueli extremitas à dextra aut sinistra capitis parte dependeat, qua, si dominū exire, uel in domo in uirorū cōspectū prodire debant, sine mora totam faciē præter oculos uela

Vxores tunc
quatuor ducunt.

Repudiū apud
Turcas.

Mulierum Sar
racenorū
vestitus.

re possint. Nunq̄ audet fœmina Sarraceni ubi vi
rorum congregatio est apparere. Forum adire,
uendere aliquid aut emere omnino fœminis illi
citum. In ecclesia maiori locum à uiris longe re/
motum habent & adeo occlusum, ut nemo intro/
spicere possit, nec aliquo modo intrare. Quem ta/
men non omnes, sed magnatum solum uxores, &
nunquam alias quam die ueneris ad unicam ora/
tionis meridianæ horam, quæ apud eos, ut dictū
est, solennis est, intrare debent. Collocutio uiri &
mulieris in publico adeo rara est, adeo præter/
consuetudinem, ut si inter eos per annum inte/
grum morareris, semel uix uidere posses. Virum
apud mulierē in aperio sedere, aut equitare cū
aliqua pro monstro duceretur. Coniugati mu/
tuo, aliis uidentibus, nunquam lasciuunt, nunquā
fixantur, quum nec uiri erga mulieres grauitatē
unquam remittant, nec mulieres erga uiros re/
uerentiam. Magni domini, qui apud suas perpe/
tuo esse non possunt, ad earum custodiam depu/
tatos Eunuchos habent, qui tanta custodia illas
obseruant, & tuentur, us præter maritum impossili/
bile ulli uiro sit eas alloqui posse, impossibile ip/
sas posse præuaricari. Postremum Mahometo, le/
gibusq; ipsius fidei tantum Sarraceni tribuunt,
ut illas seruantibus æternam beatitudinem certis/
fime promittant: Paradisum uidelicet delitiarū
hortum dulcibus & amenissimis aquis quaq; uer/
sum irriguum sub puro & temperato cœlo con/
stitutum, in quo quicquid uelint habituri sint: om/
nium ferculorum genera ad saturitatem, serica/
atq; purpurea indumenta, adolescentulas ad nutū
speciosas, cum aureis argenteisq; uasis, Angelos
pincernarum more in aureis lac, in argenteis ui-

Eunuchi mulie/
ribus deputati.

na rubea ubertim propinantes mitustros. Cōtra no n seruantibus infernum comminantur interis tumq; sempiternum. Hoc etiā credunt, quod quā tiscuiq; quis criminibus obnoxius, si moriturus tantum deo credat & Mahometo, saluus fiat.

De Christianis, eorumq; origine & ri,
tibus. Cap. XII.

Cause nativit
atis Christi.

Christus Iesus dei patris omnipotēs uetus & æternus filius, secunda in sancta, indiuidua, æquali, perpetua trinitate persona, incomprehensibili & à seculo abscondito consilio, atq; mysterio anno ab hinc millesimo quingenstimo uigesimo, ut miseros & infelices homines in primis parentibus Adam & Èua per inobedientiæ peccatum eheu lapsos, & ob id multis seculis coelesti patria exclusos erigeret, e oq; reduceret, ac detrusorum spirituum uetustiorem ruinam, ad quam suppleniam præcipue creati fueramus, aliquando in celo resarciret, Sancti spiritus cooperatione in Iudæa à uirgine Maria, de progenie Dauid, homo conceptus & natus est.

Maria uirgo
Christi mater.

Tricesimo uitæ suæ anno usq; in tricesimum quartum: quo ex Iudæorum inuidia cruci affixus perevit, Iudeam omnem percurrentes, Iudeos primum deinde alias gentes ab antiqua Mosaica legé, ab idolorum profana cultura ad nouam suam institutionem adhortatus est, Sequaces quorundam habere potuit discipulos appellauit. Ex quibus duodecim selectioribus post mortem suam, cum (ut prædixerat) iterum uiuus apparuisset, communis, ut apostolorum sive legatorum nomine, in orbē uniuersum irent: & quæcumq; ab eo didicissent

Christi sequas
ces discipuli uo
cati.

ut idillentq; creaturæ omni prædicarent. Symon Petrus, cui ecclesiæ suæ regimen principatuq; diu antea

Petrus ecclesiæ
Christi princeps

deciū selectioribus post mortem suam, cum (ut prædixerat) iterum uiuus apparuisset, communis, ut apostolorum sive legatorum nomine, in orbē uniuersum irent: & quæcumq; ab eo didicissent

ut idillentq; creaturæ omni prædicarent. Symon Petrus, cui ecclesiæ suæ regimen principatuq; diu antea

diu antea post se su*scipientum* tradiderat, quum
 post sancti spiritus perceptionem alii ad alias ter *Antiochia pri-*
*tæ oras, ut fortiti & iussi fuerant, ad prædicandū ma*ecclie tcs**
*diuerrissent, primum Antiochiam uenit, ibi q*ec- des.**
*clesiæ cathe*dram primariam constituens, cum**
*aliis apostolis, qui s*æpius ad eum uenerant, con,* A Christo dicti*
*ciliū celebrauit: in quo inter cæterā Christia*Christiani.**
nos à Christo deinceps dici decretum, qui illius
*dogma orthodoxamq *Christiana reli-**
Romam deinde sede primaria trāslata, pro maxi-gio à quibus
*mo ipse, & successores sui semper habuere nego-tiū*fumpta.**
*to, rudem & inculram adhuc Christi sui se-ctani, eamq *professus aliquo bono ordine & gu-bernatione ex Mosaica lege, quam Christus non**
*soluere sed adimplere uenisset, ex politiis Ro-manorum, Græcorum, Aegyptiorum, aliarumq *gentium sacrī & prophanis ritibus, legib*mori-**
bus, ex saluberrima in primis Christi Iesu doctri-na, & sancti spiritus inspiratione cultiores facere
*Rem aggressi, quemadmodum non solum apud Hebræos, sed alias etiam gentes, diuisos uiderint homines in sacros & profanos, & tam his quam illis pulcherrima ordinatione, suos gradus, suas dignitates. Esse monarcham orbis uniuersi tunc Romanum imperatorem, esse consules, esse pa-tritios, qui & senatores, ad arbitrium quorum omnia ordinarentur, esse per terram reges multos, duces, comites, præfides, præfectus, suffectos, tribunos militum, tribunos plebis, prætores, primi pylos, centuriones, decuriones, quaterniones, duumviros, quæstores, ædiles, ianitores, scriba*s*, lectores, & priuatos homines utriusque sexus multos. In deorum uero templis Regem sacrificulū esse, archiflamines, protostamines, flami-**

Romania poli-tia.

Hebreorum clanes, sacerdotes pari ordine, apud Hebreos in sa-

mitat.

Grecorum ad ministratio. summum pontificem esse, minores sacerdo-

tes, leuitas, natineos, luminum extinctorum, exorci-

ras, janitores siue ædituosi, & catores. Apud Græ-

cos chiliarchos, hecatontarchos, penthacontar-

chos, decarchos, pentharchos. Esse præter eos

quogz tā apud hos quam illos, diuerſos & virorum

& mulierum religiosos conuentus multos. Sadu-

cæos, Essæos, Pharisæos apud Hebreos: Salics,

diales, uestales apud Romanos. Consensere san-

tissimi apostoli omnes, ut Petrus & qui ei in Ro-

manâ sede succederent, in perpetuum Papa tam

quā pater patrum, uniuersalis, apostolicus, sanctis

simus, & summus pontifex diceretur Ecclesiæ ca-

tholicæ Romæ, tanquam monarcha Romanus Im-

perator orbis uniuerso, præsideret. Consules quo-

rum semper duo erant æquarent in ecclesia pa-

triarche quatuor, Constantinopolitanus, & Antio-

chenus, Alexandrinus, & Hierosolymitanus, sena-

tores Cardinales exprimerent. Reges qui tribus

ducibus, Primates tribus, archiepiscopis impera-

tes designarent: archiepiscopi seu Metropolita-

ni duabus compararentur, quod uelut illi pluri-

bus Comitibus, sic ipsi episcopis mandarent.

Episcopi Comitum similitudinem exprimerent.

Coepiscopi siue episcoporum vicarii præsides,

præfectos præpositi. Tribunos militum archi-

presbyteri redderent. Tribunos plebis cancel-

larii, prætores archidiaconi. Centuriones de-

cani. Decuriones præsbyteri parochi, aduoca-

**Ro. poni, papa
vocatus.**

4. Patriarchæ

Primates.

Archiepiscopi,

cum ceteris or-

dinibus ecclæ,

fasticis.

Carent. Eos omnes cōmuni appellatione clericos
 à cleros, id est, sorte, qua ex populo primū in dei
 sortem eligebantur uocari uoluere. Septem tamē
 quos adhuc Romanus pontifex sc̄leuniter sacrifi
 cās secū i altari habet, cæteris nominatiōes esse
 Episcopos scilicet presbyteros, diaconos, subdia
 conos, acoluthos, cantores, quibus singulis in ec
 clesia suā officia, habitū atq; dignitatem attribue
 re. Episcopis clericos alios ordinare, uirgines ue
 lare & benedicere pontifices consecrare, manus
 imponere; confirmare, basilicas deo dedicare, de
 poñēdos ab officio sacerdotes deponere & regra
 dari, synodos celebrare, chrisma confidere, uestes
 & uasa sacrare & alia quæ etiā minoribus sacer
 dotibus cōmunia, ut cathecizare, baptizare, sa
 cramentū altaris cōficerē, aliis cōmunicare, à peç
 catis poenitentes absoluere, contumaces arctius
 irretire, euangelium annunciare. Caput in apice,
 quatuor digitorum latitudine, in rotundū more
 Nazareorū radere, & neq; comas neq; barbā nu
 trire, perpetuo castos esse, sacerdotibus omnibus
 præcipere. Vixum his solum ex priuitiis, deci
 mis & oblationibus esse, secularibus cūris nego
 tiisq; omnino uacare, honeste uestiri, incedere,
 & conuersari: soli Deo & ecclesiæ deseruire, le
 ctioni sacræ sedulo incumpere, ut omnia que
 Christianæ religiōis sunt, in quibus alios institue
 re obligantur, ipsi perfecte norint. Religiosi con
 uentus tam virorum quā mulierū sunt Benedicti
 ni prædicatores Frāciscani, Augustiniani, Bernar
 dini, Antoniani, Ioannitæ, Cartusiani, Præmon
 stratenses, Carmelitæ, Cistercienses, in numeriq;
 alii quibus omnibus ex regula, quā sibi priuatum
 quīq; præscripsere, certus habitus, certaq; uiuen

Quid Episcop
pis concessum.Sacerdotū qua
lis vita & ha
bitus.Christianorū re
ligio si cons
uentus.

Monachi solis di ratio est continentiam paupertatem atq; obedi-
tarii. dientiam perpetuam professi, ut plurimum, vita
solitaria agunt, quare monachi, id est, solitarii appellatur. Quidam abbates, quidam præpositos;

Quindecim sa- aut priores sibi præficiunt, Episcopis aut Roma-
cis Episcopos ne tantummodo pontifici subsunt. Cucullo qua-
rum uestes. uis non unius coloris ferè utu utur omnes, & car-
nibus abstinent. Episcopis sacrificaturis sacratas
uestes ex Mosaica lege desumptas ob perfectio-

Nouem priua- nem eorum quindecim numero esse, Sandalia,
torum sacerdo amictū, albam, talarem, cingulum, stolam, manipu-
lum, tunicā hyacinthinam, dalmaticam, chirote-
cas, annulum, castulam, sudariolum, pallium, mi-
tram, pedum, & iuxta altare, in quo sederet, ca-

Romanī ponti- thedra. E quibus nouem quoq; minoribus sacer-
dotibus communes esse voluere, amictum, albam,
talarem, cingulum, stolam, manipulum, castulam.

Romanō pontifici præter eas ex Constantini
magni largitione, cimnia Romani Imperatoris
insignia permissa. tunica coccinea, purpurea chla-
mys, sceptrum, diadema fastigiatum, quibus in
magnis festiuitatibus in sacrario rite indu-
tum diuinam facturum ad altare stipatum proce-
dere, presbytero à dextro, diacono à sinistro la-
teribus: subdiacono cum libro clauso cærofera-
riisq; duobus, & uno cum thuribulo suffumigan-
re præcedentibus, eo peruentum mitram depone-
re, atq; in imis gradibus peccatorum publicani
confessionem cum cotitibus dicere, ascenso post
modum altari, codicem in cornu aræ sinistro ia-
centem aperiri, deo scagliari, & mille sacrificiū suis

Septies per diē cærationiis perfittere. Subdiaconum epistolam,
orare sacerdos, Diaconum euangelium legere. Septies per sin-
gulos dies Deum laudare, orareq; præscriptis ora-

tionibus, tam majoribus quam minoribus sacerdotibus præcepere, circiter vesperum vespertas, *Hore. 7. cano.*
sub noctis trepuculo completorium, matutino nitæ.
tempore matutinas primam tertiam, sextam, nonam, prima, tertia, sexta, nona diei horis; & hoc,
si fieri possit, in ecclesia ante altare humiliter orie^t Orationes quiescentem versus. *Oratio dominica, symbolumq; Apo-*
stolorum, quemadmodum adhuc hodie à vul-
go ab initio tantum dicebantur. Beatus Hierony-
mus Damasi papæ impulsu, psalmos per ferias di-
gessit, & horis singulis proprios deputauit, No-
cturnis die sacro nouem: non sacru, duodecim.
Laudibus matutinis quinq; Vesperis quinq; cæteris omnibus tres. Euangelia, epistolas, aliaq; q
ex veteri ac novo instrumento adhuc leguntur,
præter cantum, pro maiori parte ordinauit. Damasus antiphonas, quas Ambrosius Mediolanicus Episcopus conscripsit, diuiso psallentium choro alternatim cantare instituit, & singulis versu^s Gloria patri &c. adiecit *Lectiones & hymnos*, qui horis singulis præmittuntur, concilia Toleratum & Agathonense approbauere. *Orationes, gradualia, tractus alleluia, offertoria, communiones in missa, Antiphonas, versiculos, tropos, aliaq;, quæ tam in nocturno quam diurno officio cantantur, legunturq; ad decorum & laudem dei Gregorius, Gelasius, Ambrosius, & pleriq; alii sancti patres non uno, verum diuersis temporibus ædiderunt. Missa (sic appellant sacramentum) à lectione primum, eo simplici apparatu genoreq;, quo adhuc sancto paschæ sabbato fit, celebrabatur. Cœlestinus Papa introitum addidit. Thelesphorus Gloria in excelsis, Hymnum & in terra Hylarius Pictaviensis composuit. Sy-*

Alternation eas uite.

Missa officij apparatus.

mächus cantari instituit + Salutationes, quæ per Dominus uobis cum septies in ea fiunt, ex libro Ruth transsumptæ, Clemens & Anacletus interposuere Gelasius cætera ad offertorium usq; ordine quo peraguntur ordinavit, præter sequeu-

Sermo quare in tias, quas Nicolaus & symbolum, quod Damasus missificat.

ex Constitutinopolitana synodo immiscuere. Prædicatio, quæ ex suggesto dieb. festis à sacerdote aut diacono ad populum fit Neemiae aut Eldæ exemplo inoleuit magis q; instituta est. Moneretur in hac ab initio quum omnes in missa praesentes ex præcepto comunicarent, ad mutuan concordiam, qui odio inspectabantur, ut mundi non polluti vitiis, sacramentum altaris perciperet, ratione cuius publica peccatorum confessione ad huc hodie ea concludi solet. veteris ac nouæ legis instrumenta decem dei præcepta, duodecim fidei articuli, septem ecclesiæ sacramenta, sanctorum virtu& & martyria, dies sacri, dætrinæ, virtutes & virtia: & quæcumq; alia, quæ Christiano homini cognitu necessaria sunt, edocentur. Offertorium Gregorius apposuit. Leo præfationes, Maiorem & minorem canonem Gelasius. Sanctus, beatus Sixtus, Pater noster ex Matthæi euangelio Gregorius. Martialis beati Petri discipulus bendedictionem dare episcopos pacem minores sacerdotes Innocentius instituit. Agnus dei Sergius adiunxit, Gregorius communionem. Conclusio nem per Ite missa, per benedicamus domino, & Deo gratias, Leo adiuenit.

Duodecim fidei articuli, quos quilibet nedū constantissime cōfiteri verumetia credere beati Apostoli mandauere, tales recensentur. Primus viuum Deū & trinū esse patrē omnipotente coeli

De quibus sermo fiat.

Offertorium.

Præfatio.

Canon uterque.

Oratio dñica.

Duodecim fidei articuli.

terram, factorem. Secundus Iesum Christum filium eius unigenitum, dominum nostrum. Tertius eundem de spiritu sancto conceptum, ex Maria virgine natum. Quartus sub Pontio Pilato passum, crucifixum mortuum, atque sepultum. Quintus ad infernā descendisse rursus à mortuis tertia die resurrexisse. Sextus ad cœlos ascendisse, sedere ad dexteram dei patris omnipotentis. Septimus venturum rursus cum gloria iudicatum viuos & mortuos. Octauius spiritum sanctum esse. Nonus sanctam ecclesiam catholicam. Decimus sanctorum communionē, remissionē peccatorum. Undecimus carnis resurrectiū. Duodecimus æternā post obitum in alio urbe vitam. Decem præcepta, quae Deus dīgito suo conscriptra per Mosen Israelitico populo dederat, & nos obseruare voluere. Primum est, unum Deum credere. Secundum, ipsius nō men vanè non assumere. Tertium, sabbata sancti facere. Quartum, parentes & natu maiores honoreare. Quintum, non occidere. Sextum nō mechatri. Septimum, non furari. Octauium, falsum non attestari. Nonum, rei alienæ nō inhiare. Decimū, alteri riuptam neq; concupiscere. Septem ecclesiæ sacramenta, quæ in posterioribus quinq; fidei articulis includuntur, & credi à nobis sancti patres præcepere. Primum baptis̄mus est, hoc ex canonica sanctione, nisi maxima necessitas citius de poposcisset, olim non nisi in fide prius optime instrutis approbatis carecumenis per examina vel inquisitiones septem, q; septem certis per quadagesimæ iejunii diebus fiebat, sacris paschæ & pethie costes sabbatis, qb' cōsecrari i parochiis cib. solet dabat. Qm̄ vero præ ceteris ad æternā salutē id apprimē necessarium est, ne q̄s eo orbatus ex

Decē Dei præcepta.

Septem ecclesiæ sacramenta baptis̄mus pris-
mum.

Septem baptizati
di olim exami-
nabantur.

vita hac abscedar: statuere, ut nato mox infante,, patrini huic tanquam testes aut fideiussores, ro- gentur, à quibus ante ecclesiæ fores statutus, a sa- cerdote ad hoc accessitro priusquam sacro fonte immergatur quæreretur, an Sathani pompisq; eius omnibus abrenunciauerit, an fidei Christia- nae articulos omnes firmiter credat. Patrinis pro eo affirmantibus, sacerdos ter in faciem illi in-

Septem circa sufflans, exorcizat, carhechizarq;. Septem postea baptizados, cum eo per ordinem facit, benedictum sal ori il- lius primo immittit, Secundo oculos aures, nares terra suo sputo madefacta illinit. Tertio nomen, quo postea vocetur imponens, in pectore & dor- so oleo sancto in crucis formam consignat. Quar- to baptismō ter sanctæ trinitatis nomine, patris & filii & spiritus sancti; quo etiam alia sacramen- ta omnia exhibentur, immegrit: aut in crucis formam ter perfundit. Quinto pollice sacro chrismate intincto frontem ipsius cruce notat. Sexto vestem eum candidam induit. Septimo candelam ardentem præbet. Iudici antea q̄ ba-
tur Iudei bapti ptizantur, ex Agaronensi concilio menses nouē cœtacumini in fide instruunt̄, diesq; quadraginta ieunare debent, diuitiis se suis oībus abdicare, seruos manumittere: filios si quos Mosaica lege circuneiderint a se pcūl repellere. Nemini obid mirādum, si tam grauate gensilla baptismō ad moneret. Confirmatio, secundum sacramentum ab Episcopo solum in ecclesia, ante altare adultis, & si fieri possit, ieunis, tali quidem ritu largitur. Confirmandi cum singulis patrini omnes ad sunt. Episcopus dicta super n̄s vna oratione sin- gularum frōtes humectato chrismate pollice, era- cit forma in patris, & filii & spiritus sancti nov-

Tam grauate cur Iudei bapti ptizantur, ex Agaronensi concilio menses nouē cœtacumini in fide instruunt̄, diesq; quadraginta ieunare debent, diuitiis se suis oībus abdicare, seruos manumittere: filios si quos Mosaica lege circuneiderint a se pcūl repellere. Nemini obid mirādum, si tam grauate gensilla baptismō ad moneret. Confirmatio, secundum sacramentum ab

Episcopo solum in ecclesia, ante altare adultis, & si fieri possit, ieunis, tali quidem ritu largitur. Confirmandi cum singulis patrini omnes ad sunt. Episcopus dicta super n̄s vna oratione sin- gularum frōtes humectato chrismate pollice, era- cit forma in patris, & filii & spiritus sancti nov-

**Confirmatio se-
cundum sacra-
mentum.**

mīne consignat alapāq; maxillæ sinistre in susce-
pti sacramenti memoriā ne reperant, incutit. Pa-
trini, ne recens vñctio defluat, aut per incuriam
abstergatur, mox præparata ad hoc fascia fron-
tem obligant, quam non nisi septimo die depo-
nore fas ducunt: tantum huic sacramento sancti
patres concessere, ut nomen in baptismate impo-
situm, si displiceat, in huius perceptione ab Epi-^{3. Sacramētū}
scopo in aliud mutari possit. Tertium sacramen-
tum est sacer ordo: similiter ab episcopō solum in
prima ecclesia in Decembritanum, nunc consti-
tutis sex anni temporibus, puta singulis quatuor
ieiuniorum eam ob causam institutorum, sabba-
ris: Sabbato quod sipientes dicitur, & sacrosan-
cti paschæ sabbato confertur mariib⁹ solummo-
do, & quorum uitæ conditio, corporum habitu-
do, animorum qualitas, satis cognita perspectaq;
sit. Septem, secundum quosdam nouem enumera-
rantur, in quibus singulis characterem specialeq;
suscipientis animæ imprimi, & eum hominem
sacrum deinceps esse, credi sancti patres volue-
re: hi psaltes sunt, hostiarii, lectors, exorcisti,
acoluti, subdiaconi, diaconi, presbyteri,
episcopi, vnum tamen sacramentum, non plura,
ratione finalis officii, quod est dominicu⁹ corpus ^{ordinibus offi-}
consecrare, censemur. Singulis sua in ecclesia of-^{cia et insignia}
ficia, insigniaq; ex Tolerano concilio constituta.
ta. Hostiariis sacras ædes tueri, aperire & reclu-
dere: clavis ob id eis in ordinatione datur. Lecto-
ribus veteris testamenti sacrarumq; historiarum
legendi facultas, codex tribuitur. Exorcistis ob-
sessos malo dæmoni hoïes adiurare, in signum,
quo illud ostinetur, liber porrigit. Acolutis cäde
labra, luminaria, vrceolos ad arā disponere, atq;

7. clericorū or-
dines.

Portare. Candelabrum eis cum cæro, urceolis;
vacui præstantur. Subdiaconis oblationes percipi
Pere, calicem, patinamq; attrectare, & ad sacrificium
deferre. Vinum & aquam in urceolis dia-
conis administrare, vacuuus ea de re ipsis calix et
patina ab episcopo, urceoli vino aquaq; pleni,
& mappula ab archidiacono dantur. Diaconis
Dei Verbum gentibus prædicare, & sacerdotis
in sacris ecclesiæ actibus deseruire committitur,
Euangelii liber tribuitur, & stola in modum iu-
gi altero tantummodo eius humero iniecta.
Presbyteris dominicum corpus consecrare, pro
peccatoribus orare, atq; per iniunctam poeniten-
tiam deo rursus conciliare potestas. Calix cum

Episcopi conse vino, patina cum hostia, stola super vitrumq; hu-
merum, & castula insignia. Quid episcopo da-
tum supra auditum. Dominica hic tantum die
horam circiter tertiam, infra missæ officium
priusq; Euangeliū legitur, ordinatur per manu-
s & libri super caput positionem ab aliis epi-

scopis, connumerato Metropolitanò, tribus, Epi-
scopi in prima ecclesia ab aliis presbyteris pa-
rum aut nihil differebant, communī concilio ec-
clesię moderabantur, antequam dissensiones vul-
go audirentur, qbus vnuſq; se, non à Christo,
sed à quo baptizatus esset, hic Pauli, ali⁹ se Apol-
linis, tertius Cephæ appellaret: p uniformitate
igis cōseruāda, & schismatibus vitandis, necessa-

Christiani à Christo decreuere sancti patres, vt communi appella-
tionē oēs qui baptizarentur, Christiani deinceps
à Christo dicerentur, vtq; singulis prouinciis, p
magnæ vel paruæ essent, vnuſ aut plures presby-
teri probatiōres, episcopi nomine, præficerētur
qui non, vt antea, suo nutu, sed ecclesiæ Romæ

haec sacrorumq; cōciliorum statutis ordinationis Episcopi quo
 busq; subditum sibi & clerus & populum gubernio introducti
 narēt, instituerentq;. Tunc primum piorum prin
 cipum auxilio permissoq; regiones p totum Christianum orbem in dioceses, in conuentus seu ca
 pitula, capitula in parochias diuisae: & pulcherrima illa ordinatio, qualis adhuc cernitur tam in
 clero quam in populo facta, ut populus vicanus
 dato iure suo parocho obediatur, parochus deca
 no, decanus episcopo, episcopus archiepiscopo,
 archiepiscopus primati siue patriarchae, primas
 sine patriarcha legato, legatus papae, papa conci
 lio, concilium deo soli. Corporis & sanguinis Cōpus et san
 Christi salutiferum sacramentum sacerdos q̄sq; guis Christi q̄t
 tū secundum ecclesię claves ordinatus, conse
 crareq; intendens, obseruata verborum forma,
 conficeret ex tritico pane verum corpus, ex vino
 verum sanguinem Iesu Christi potest, Ipse met
 Christus dominus noster nocte, qua passionis
 suae diem proxime præcessit, cum discipulis
 celebrait, & in memoriam sui ipsius celebran
 dum, manducandumq; perpetuo instituit, &
 consecravit. Magna fide circa id necessarium,
 ut primo transmutari panem in corpus, vinum in
 sanguinem Christi credatur. Secundo id licet
 quotidie fieri, Christum tñ non augmentari. Ter
 tio manducatum indies non minui. Quarto sacra
 mento in plures partes diuiso, integrum Christum
 in singulis est minimis particulis permanere. Quin
 to ab hoie malitioso manducatum non coinq
 uari. Sexto sumentibus malis mortem, bonis vita
 æternā cōferre, Septimo manducatum nō in mandu
 cantē, ut aliis cibis, sed manducatēz in ipm cōuer
 ti. Octavo manducatum illæsum in cœlum rapi.

Magna fide
opus.

Nono tam in exigua & modica panis aut vini forma immensum incomprehensibilemque, deum & hominem Christum comprehendendi. Decimo vnum atque idem Christi corpus uno momento multis in locis multis ab hominibus, & diuersa sub specie percipi. Undecimo mutata substantia panis in veram Christi carnem, vini in sanguinem verum, naturalia accidentia panis & vini permanere, non carnis aut sanguinis assumere. Duodecimo dignè manducantibus utilitates duodecim maximas, quae in his versibus enumerantur, subministrare. Inflammat memorat, sustentat, rotatur, auger Hostia, spem purgat, reficit, vitam dat, & unit. Confirmat fidem minuit fmitenque, remittit. Ultimo tam viuisque defunctis pro quibus à sacerdote speciatim in sacrificio offertur nro

Eucharistia tamen modo salutificum & utile esse, Eucharisiam communionem propterea dici. consecrabatur qdem ab exordio Christianæ religionis, & adhuc, ut aiunt, apud schismaticos quosdam, tantæ magnitudinis unus panis, qui à sacerdote in scutellam cœmitinus, omnibus qui sacrificio aderant, communicari satisque esse posset, ex precepto nanque olim Christiani de eo quotidie communicebantur.

Quo tempore sumendum. dein de dominicis tantum diebus. Sed cum nec his etiam dignè obseruaretur, preceptū in anno

ter vel ad minus semel, sacro videlicet paschatis tempore, in omnibus vitaे periculo p viatico, quo etiā noīe appellatur, Christianus homo quilibet sanæ rationis diligentiori qua viuquam possit, & animæ & corporis sui ad hoc præparatione percipiat. Matrimonium, quod est maris & foeminae legitima coniunctio, iure naturali, diuino, gentium & ciuiili inductum sacramentum quintum.

Matrimonium
Sacramentum

Sānti patres in Christiana pietate unum, nō plus
ra simul publicum nō clandestinū, in ecclesia uel
eius foribus solenniter fieri præcepere, ita scili-
cer, ut sacerdos acceſſatur qui virum primo, de
inde fœminam inquirat, In matrimonium cōtra
hendum utriusque ne consentiat: quibus cōsentie-
tibus, quod maxime in eo necessarium est, ipse cō-
prehensis amborum dextris eos in induæ
sanctæq; Trinitatis & unitatis nomine patris & si-
lii & spiritus sancti coniungens iubet hortaturq;
ut unanimi huius & mutui coniugii perpetuo me-
morēs, uiuentes se mutuo nunquam derelin-
quant, mutuo diligant, mutuo deseruant, hono-
rent: procreationi, non libidini studeant: natos
ex se pueros honeste & diligenter edacent: an-
nulo postea eos subarrat: & aqua benedicta asper-
flos, porrecta stola in ecclesiam introducit, sup-
plices ante altare, si prius benedicti non sint, be-
nedicit. Mulier rubea uitta, & supra hanc candi-
do uelamine obuelatur, sine quo deinceps in
publicum prodire, aut viris assidere haud licitū.
Duodecim esse, quibus matrimonium contrahē-
dum impediri, contractuz dirimitur sūs uoluere,
Personæ utpote errorē, conditionē interposi-
tam, cognationē, crimen apertum, sedē disparita-
tem uolentiam, sacrum ordinem, ligamen, quo
alii alter obstringitur, publicā honestatem, affini-
tatem, coeundi impotentiam. Sextum ecclesiæ sa-
cramentum Poenitentia est à Christo pro altera
 naufragii tabula datum, Christianus homo gli-
bet indubie credere debet in quatuor cōsistere.
Peccatorū uidelicet poenitutine, canonica con-
fessione, absolutione, satisfactione q; Primo, non
leui, sed grauissima poenitutine in animæ pene-

Matrimonii in-
tra.

Duodecim ma-
trimonio obsta-
tia.

Sextum sacras
mentum poenit-
tentia.

Poenitentia

Confessio.

tralibus super perdita, iterūq; amissa illa per peccatū puritate & innocentia, quam uel baptismō, uel superioris pœnitentiae beneficio cōsequutus fuit doleat, & dolore siue pœnitudine ea se recōciliādum rursus deo speret, omnia quibus sese in nocentiā amisisse indignationēq; dei in se conscientiē cognoscit, sacerdoti prudēti, ore proprio humiliter uere loco dei confiteatur, firmiterq;

Satisfactio Ab solutio.

credat, à Christo illi ceu suo in terris uicario-potestatem cōcessam esse, ut se à peccatis confessis omnib. absoluere possit, Postremum pro satisfactione, & culparum remedio non gratiatē, uerum alacriter obeat, quicquid facere iussus fuerit: in dubitara fide credat absolutum esse se, quā mox à sacerdote ab solutio debita uerborū for-

Vltimum sacra mentū , vñctio extrema.

ma pronunciata fuerit. Vltimum sacramentum Extrema unctione creditur, per oleum, quod ad hunc usum ab episcopo in singulis dioecesibus, annuo ritu, quinta feria, quæ paschæ festum proxime præcedit, quemadmodum christia consecratur à sacerdote ex Iacobi apostoli præcepto. & Felicis Papæ in sede beati Petri quarti institu-

Quæ corporis membra iniungantur.

tione moriuris tantummodo adultis, arg; eā poscētibus præstatur. Præscripta uerborū forma & crea-

Extremæ vñctionis effectus.

bra sanctorum invocatione, ea corporis membra iniunguntur, quibus quinq; sensus, uisus, auditus gustus, olfactus, tactus maxime uigere & homodeliquisse existimat, ut potè os, oculi, aures, narres, manus, & pedes, qua concedi, si digne percipiatur, nedum leuium delictorum omnimodam remissionem, uerum quoq; aut mox pristinam sanitatem, aut obitum matriorem leuioremq; sancti patres credi uoluere. Festi dies quos p annum ab ecclesia obseruari præcepere, initium à

Qui dies

Christi domini nostri aduentu, quē in Decembri Christianis sa-
apostolus Petrus per hebdomadas integras tres, ^{cri.}
& dimidiam ieunio & oratione ante nativitatē ^{Aduentus de-}
eiusdem, quae ultimis Decembribus diebus cōtinuis ^{mini.}
octo ingenti gaudio & solennitate celebratur omni ^{Temporis dis-}
nes auspicantur. Annum in hebdomadas quin Circuncisio
quaginta duas: hebdomadas in menses duode Christi.
cim, menses ut plurimum in dies triginta diuise Epiphania do-
re. Prima Ianuarii die, ut secundum Mosaicam minii.
legem Christus præputio circuncisus fit, ecclesie Purificatio Ma-
sia recolit. Tertia postea ut à magis tribus tri Annuntiatio
bus munericibus adoratus, atque à Ioanne in Ior domini.
danis flumine baptizatus, nouę legis primodia
iecit. Secunda Februarii die ut immaculata mater
eius patro ritu obediens templo ipsum intules-
rit, & se se purgari permiserit: in cuius re mem-
riam solennis ab ecclesia eo die processio pera-
gitur, candelæq; cereæ benedicuntur. Vicesi Leitnium do-
maquinta Martii, ut nasciturus Christus uirginī mini.
Mariæ per angelum annunciatu, sancti spiri-
tus obumbratione in utero conceptus fit: quo
tempore, quadraginta etiam dies, quos nobiscū
in terris agens ieunauit: & nos ieunare passio-
nemq; ipsius & mortem, quam ut nos à diaboli
iugo liberarer sponte sua sustinuit, recolere uo-
lueret: ultima illius ieunii die, quæ frequenter
in Aprilem cadit maximo, omnium festo, ut supe-
rata morte ad inferna descendit, diabolo expu-
gnato redit suis iterū uiuus, & gloriofius multū
apparuit, celebrare. In Maio ut spectatibus disci-
pulis uniuersis propria uirtute in cœlos ascēdit
Quo tēpore beati Mamerti episcopi Viēnensis in Letantia mis-
stitutione p̄ uniuersum Christianū orbē pegrina nores.
tiōes seu letanię de ecclesia una ad alia minores

fiunt. In Iunio & Maio quādōq; nt promissus spī
Triūpitatis festū ritus sanctus discipulis Christi singulis in ignitariū
linguarū formis deorsum datus apparuit, ac om̄
Corporis Chri- nium nationū linguas & loqui & intelligere de
stī. dit. Octaua die sequenti festū sancte Trinitati cē
lebre. Deinde quinta ex Urbani sexti institutio

Apostolorum ne, ut in ultima cœna Christus in perennē sui me
diuisionis.

Assumpt. Mariæ. moriā saluberrimum corporis & sanguinis sui Sa
cramentum sub panis & uini speciebus perpetuo

Natiuitatis Ma- uisendū, uescendumq; suis post se relinquens in
ritæ. stituit, frēquenti celebritate recolitur. Decima-

Præsentationis in templum. quinta Iulii, ut beati apostoli uelut iussi fuerant,
duodecimo anno post domini sui in cœlos ascen

Conceptionis Mariæ Visitæ, tionis, ad prædicandum gentibus in orbem uni
uersum abierunt nouo festo memoratur. Obitus

genetricis Christi decima quinta Augusti. Natiuitas octaua Septembrib;

ut templo præsentata à tri
matu ibi ad nubiles usq; annos deo iugiter seuie

do permanserit, uicesima prima Nouembrib;

per agitur. Octaua Decembrib;

immaculata illius ex
diu sterilib; parentibus conceptio ueneratur. Se

cunda Iulii die ut montana transcendens Eliza
beth cognatam iniuisit. Constituti etiam duo

decim apostolis, quibusdam martyribus, non
nullis confessoribus, & virginibus, sacri dies,

Vicesima quarta siquidem Februarii Matthiæ, Mat
eo euangelistæ uicesima quinta Aprilis, quo die

Letaniae maiores Gregorius fieri ordinavit,

Philippo & Iacobo maiori prima Maii, Petro

& Paulo uicesima nona Iunii, & eiusdem mē
sis dies uicesima quarta Natalis Ioannis baptistæ

sacra est, Vicesima quinta Iulii Iacobo minori,
Bartholomæo uicesima quarta Augosti, Matthæo

uicesima prima Septembrib;

Vicesima octaua

Octobris.

Octobris Simoni & Iudæ, Ultima Nouembris Andreæ: Vicesima prima Decembris Thomæ: & eiusdem mensis uicesima septima euangelistæ Ioanni, protomartyri Stephano præcedens dies dicata, Innocentibus pueris subsequens, Lauratio decima Augusti, Georgio uicesimateria Aprilis. Martino & Nicolao solis ex omnibus confessoribus sexta, huic sexta Decembris, illi undecima Nouembris tributa. Catharinæ virginis uicesima quinta Nouembris, Mariæ Magdalenae uicesima secunda Iulii. Esse etiam sub unius Michaelis nomine omnibus beatis angelis diē uicesimum nonum Septembris sacram. Et in commune omnibus sanctis & electis dei primum Nouembris uoluere. Septimam præterea quæ diem quemadmodum Iudæis sabbatum, Dominica appellatione ab omni seruili operatione prorsus Christianis quietam esse Christianis ut Solum diuinis laudibus, diuinis sacrificiis in eccl. Iudeis sabbatū clesia operari. Euangeliū & fidei præcepta à saecula tum sacra. Dñica dies cunctis modis coelestis in nos numinis iram diebus sex intermediis prouocasse timemus, hac die totum deprecari expiareq; Olim quæque quinta dies pari celebritate obseruabatur: sed ne idolatris gentibus quæ Ioui hac die feriabant ut hodie dominum non nihil cōdonaretur, abrogata, rursus fiebat tānica. dominicis diebus quam quintis feriis ante missę inceptionem per ecclesiastū circuitum à clero & populo solennis processio, atq; aquæ benedictæ per sacerdotem aspersio. A capitulo instituit, hāc ī memoriam Christi ascensionis, in illa gloriosa re te fiat dominum surrectionis, quæ de dominica in dominicam, ueco die. Iut de octaua in octauā ppetuo festo celebratur,

Per noctes, quæ præcipuos solennes dies præcedunt, totas olim ex præcepto clerus & populus omnis in ecclesia diuinis laudibus inuigilabant: sed ob plura, enormia scandala & crimina, quæ tenebris occultantibus à malitiosis interim perpetrabantur, mos iste sublatus, pro eo ieiunia die præcedenti instituta, adhuc uigiliarum nomen.

Quinque per retinent. Quinq; p annum ecclesiā recolere statuunt ecclesia cuere, à dñica quæ Septuagesima à septuaginta diebus, quos includit, ad octauā paschæ Christi dñi ieiunium, passionem, mortem, sepulturā, præterq; hoc primorum parentum miserabilem lapsū maximosq; humani generis errores, illosq; bus à ueri nominis cognitione cultuq; abducti, ad idolorū & malorum dæmonū profanā obseruationem declinavit. Duram item & intolerabilem illam seruitutem, quam sub Aegyptio Pharaone Israeliticus populus seruiebat: quare in canonicis horis Geneseos & Exodi libri leguntur, & tristitiam tam in gestu quam coultu omnem, ecclesia ostentat. Ab octauo paschatis die ad octauā pentecostes. Christi resurrectionem, ascensionē, & sancti spiritus transmissionem: cunq; hoc humani generis deo patri per filium reconciliationē redemtionemq; ac in qua præfigurata fuit, filiorū Israel in terram promissionis restitutionem: noui ob id instrumenti libri leguntur, & iucūda

Christi in munera lataq; omnia repetuntur. Ab octauo deinde pendente conuersatio thecostes ad Christi aduentum usq; per hebdomadas plus uiginti miracula & conuersationem illius cum modo celebrari uoluere, præterq; hoc longam illam peregrinationem, quam à restitura salute ad extremū seculi diem de generatione in generationē longa serie humanū genus facit, un-

Christi passio-

nem.

Christi resurrec-

tionem.

Christi in munera lataq; omnia repetuntur. Ab octauo deinde pendente conuersatio thecostes ad Christi aduentum usq; per hebdomadas plus uiginti miracula & conuersationem illius cum modo celebrari uoluere, præterq; hoc longam illam peregrinationem, quam à restitura salute ad extremū seculi diem de generatione in generationē longa serie humanū genus facit, un-

de ob diuersam fortunā, qua uelut in estuoso pē
lago nauis fluctuantur, ecclesia neq; satis exultat,
neque tristatur, uerum ut caute ambulet, uicto-
riam, ex ingrumentis procellis reportet, uarii
uerteris & noui instrumentū libri præleguntur. A
domini insuper aduentu ad ipsius nativitatem tē
poris meminisse, quod à mōse ad Messiē exortū
perdurauit, quo certificatum de sua salute huma-
num genus ex lege & prophetis illius aduentū
futurumq; regnum ardentissimis desideriis ex-
pectauit: prophetias igitur legi & iejunium ob-
seruari statuere: ut ecclesia ex his & edoctame-
lius & habilitata dominis sui Christi natalem, qui
in quarta hebdomada semper celebratur, digne
exceptum lāra salutis suæ primordia, ueluti con-
tinuo festo ad septuagesimam usq; digne & me-
rito pertractaret. Oratoria siue templa, quæ ec-
clesias appellauere, non nisi Episcopi diocesani
permisso ædificari uoluere, & cōportata ad stru-
cturam materia, fun doq; solidiori reperto, eun-
dem ad hoc accitum lapidem primarium an-
gularem in fundamentis benedicere, signo cru-
cis signare, & orientem solem uersus dirigere: tū
primum fabris cāmentariis superaedificare fas
esse, Aedem in humani corporis seu crucis for Dispositio tem-
plam. Chorum, in quo summum altare, & psal- plorum.
lentium clericorum chorus, à quo appellatur,
esset, caput præsentare orienti obiectum, rotun-
dum posteriori ædificio breuiorem, sed propter
oculos, qui in capite sunt, magis luminosum, can-
cellis à reliquo corpore, ueluti collo, distingui.
Turrim huic unam, aut duas (forſitan aptius) au-
riū loco annexi. Campanas in his suspēdi, ad po-
pulū ad diurna nocturnaq; officia conuocandū.

K ii

Christi expecta-
tio.

Christi natale.

Christianorum
templa.Dispositio tem-
plum.

Posteriorū ædificiū.	Posteriorū ædificiū, ita quoquo uersum constitū- cium.	ut apte brachia ad dexteram leuamq; reliquum corpus cum pedibus porrectum in longum la- tumq; significer. Conclave concameratum, ut plurimum sub turriū una esse: ianuam in cho- rum habens, in quos auctorū uasa, consecrare uestes, aliaq; ecclesiæ utensilia reponantur. Sa- crarium illud dici. Columnas dupli ci ordine locari, in quarum epistylis testudinem aut te- ctum quiescere, basibus inferius altaria applica- ri, altaria pallis duabus ritè instrata, Christi cruce, aut sanctorum reliquias conseruante ar- cula, Candelabri, duobus hinc atque hinc di- spositis, & libro semper exornata esse. Parietes intus & extra incrustari, uariaq; pictura insigni- ri. In singulis parochiis singulos excauatos & bene munitos lapides haberi, in quibus conse- crata baptismatis unda pro baptizandis conser- uaretur. Ad dexteram summi altaris parieti aut applicari aut incidi riscum, in quo dominici cor- poris sacramentum ac oleum sacrum pro ægro- tis, Chrisma pro baptizandis omni tempore sub clausura haberi uoluer e. Suggestum in ecclesiæ ad hęc medio esse: ex quo festis diebus populis à sacerdote suo, quæ sciri opus sit edoceretur. Cle- ro soli chorūm in ecclesia locum esse, prophanae multitudini posteriorem partem: diuisim tamen: uiris dextrum latus mulieribus sinistrum: hone- sto utrosq; & gestu & cultu esse: quicquid contra bonos mores, contra Christianam religionem esset magna diligentia deuitare. Comas in prima honestas in ec- clesia.
Sacrárium. Columnæ.		
Altaria et corū adornatio.		
Baptisterium.		
Sacrum riscū.		
Suggestum.		
Christianorum honestas in ec- clesia.		

)

bere, viros et mas decurtare, & utroq[ue] in habitu
 discretos esse beatus Petrus primus p[re]cepit. Ad-
 metiri porro sacris ædibus omnibus adiacentem
 agrum, in quo Christianorum hominum cadaue
 ra communiter sepelirentur, Coemiterium appellari,
 ab Episcopo consecrari, atq[ue] cunctis quibus
 ecclesia priuilegiis vti. Defunctis non ubique
 æqualiter exequiae parantur. Aliqui enim conti-
 nuiis diebus septem aliqui nouem, quidam trigin-
 ta, aut quadraginta, aut quinquaginta, nonnulli
 centum, reliqui toto anno nigris indumentis ob-
 uoluti magis quam vestiti lugent, & iusta quoti-
 die faciunt. Cadauer lotum prius sudarioq[ue] aut ci-
 licio in dutu a suæ conditionis viris, clericu a cleri-
 cis, laici a laicis cum cantu Toletanuz cõciliuz ef-
 ferre decreuit, a sacerdote thure suffituz & bene-
 dicta aqua conspersum cum certis imprecationi-
 bus sepulchro imponi resupinu pedibus ad orientem,
 capite ad occidentem solez versis, terra postea
 obrui. Sepulchrum in signum Christiani ibi
 sepulti lignea cruce & circum eam he-
 dera, cupresso, aur lauro insigniri.
 Christianæ religionis insti-
 tuta hæc sunt.

*Cemiterium;**Defunctionum
exequiae.**Christianorū fu-
neratio.*

D E E V R O P E I S
M E M O R A B I L I O R I B V S
G E N T I B V S L I B E R III.

C A P V T. I.

Europæ limites



O S T A S I A M A D E V -
ropaz tertia orbis partē stylus
vertedus est appellatā ab Eu -
ropa A genoris Phœnicuz re -
gis filia , quę à Ioue rapra , in

Creram abducta fuit. Ab occi -
dēte mari Atlantico claudit , à septentrione ocea -
no Britāntico , ab oriēte Tanai , Mæotide palude ,
& Pōto , a meridie Mediterraneano . Terra multifor -
mis & ad viroꝝ virtutē īgenue disposita : ciuiūq;
& domesticarꝝ ad alios reꝝ trāsfusiuꝝ . est enim to -
ta habitabilis , in exigua trāmodo parte ppter fri -
goris vim inhabitabilis : q̄ finitima Tanaidis &
Mætidis incolis Borystenēsibusq; i curribꝝ de -
gētibus : habitabilis aut regionis id qđ algidum
est , & mōrantiꝝ laboriose habitat . Curatores autē

Europæ laudes

Græci.

Romani.

pbos suscipiētia loca etiā prae habitata & p la -
trocinia mitiganꝝ . Quēadmodum obtinētes Gr̄
ci mōtes petrasq; incoluerunt pulchrē ob proui -
dentiā circa ciuilia artesq; & reliquum ad vitam
sensem . Romani que q̄ multas gētes accipientes ,
quæ natura inhumanæ erāt ex ipsis locis asperis
importuosisq; & frigidis , causa ue alia male habi -
tatis insociabiles homines inter se , multis aliis ad
mixtis connexuerunt . Et ciuiliter qdem yiuere
agrestiores durioresq; docuerunt . Quantuꝝ autē

Europæ ipsius in plano est, naturalemq; tempe-
riem habet multum adiuuat ad ista: quandoqui-
dem id quod est in felici regione pacificum om-
ne est. & qđ in tristi, pugnax & virile: accipiūtq;
hæ gentes aliqua inter se beneficia: aliæ enim
opem armis ferunt, aliæ fructibus & artibus, mo-
rumq; doctrina. Manifesta vero sunt etiam non
auxiliantium inuicem detrimenta. Habet superius
quiddam vis arma tenentium, nisi ea ipsa multi-
tudine supereretur: adestrq; terræ ipsi etiam ultra
hoc quoddam naturale bonum, quod ea sanè
omnis planicie, montibusq; distinguitur. Ita ut
vsquequaq; descripibile & civile pugnaxq; sub-
jaeat: plusq; esse alterum, id scilicet, quod est pa-
cis familiare. ita ut hoc vincat adiuuantibus etiā
ducibus, Græcorum prius, Macedonum vero Ro-
manorumq; posterius. Ex hoc autem & ad pacē
& ad bellum sufficientissima est sibi. Etenim mul-
titudinē pugnacem abunde habet, & quæ agros
colat, & quæ yrbes quoq; continet. Excellit hæc
& fructus afferens optimos, vitæq; necessarios, &
metalla quæcunq; vñi sunt: odores ad sacrificia,
neçnon multi sumptus lapillos ipsa extrinse-
cus perit. Quarum etiam rerum inopibus nihil
deterior quam abundantibus est vita. Similiterq;
pecudum exhibens mitium multarum copiam.
At bestiaeum ferarumq; habet raritatem. Et ta-
lis quidem natura est Europæ in vniuersum: par-
ticularis autem pars prima est omnium ab ortu
Græcia.

De Græcia, & legibus à Solone Athenien-
sibus Græcorum longe principibus
sanctis. Cap. II.

Graecia Europæ regio est à quodā Græco

K ivi

Europæ et ad
pacē et ad belo
lum sibi ipsi suf-
ficientissima.

- Graciae descr̄s** qui latē in ea rerum olim potitus est, appellata.
ptio. Hæc ab Isthmi angustiis incipit, & a Septentrione
in meridiem vecta, qua sol oritur Aegeis, qua ec-
Thermopyla. cedit Ionius fluctibus obiacet. Thermopylæ me-
Apenninus. diam dirimunt, ut Italiam Apenninus iuga mon-
tium a Leucade & mari ad occidentem sole ver-
so, ad alterum mare, quod ad ortum spectat ten-
denta. Extremos montes ad occasum Oetham
Gallidromus. vocant, quorum, quod altissimum est, Gallidromū
appellant, per cuius vallem in Malliacum sinum
iter est, non latius. o. passibus. Hæc vna viam
litaris est, per quam, si nemo prohibeat, traduci
potest exercitus: cærera loca adeo ardua & per-
plexa, ut ne expeditissimis quidem sint perua-
ideo pylæ quasi portæ, dictæ. & a calidis aquis
**Regiones Græ-
ciæ.** mihi: ascensibus Thermopyle. Iacent ad mare
versa, Acarnania, Aetolia, Locris, Phocis, Boeo-
tia, Euboia penè terræ annexa. Attica & Pelopon-
nesus, longius prædictis in mare excurrunt, di-
uersa montium specie: & qua ad Septentrionem
obuersa iacet includitur Epirus, Perrebia, Ma-
Athenæ & ci-
gnesia, Thessalia, Pthiore, & sinus Malliacus. Av-
num instituta thenæ ciuitas liberalium literarū & philosopho-
rum mater, & qua nihil habuit tota Græcia clā-
rius arq; nobilis, fuit inter Achiam & Macedo-
niā in regione que Attica appellatur, ab At-
this filio Athenarū regis, qui Cecropi in regno
successit, & Athenas condidit, unde & Cecropiā
dicta est, & postea a Mopsō, Mopsopia: & a Ione
Xuti filio, vel vt Josephus scribit, a Iano Iaphet
filio Ionia: postremo a Minerua Athenæ: Græci
enim Mineruā Athenam vocant. Atheniensib;
Draconis leges Draco primū leges cōscrispsit, deinde Solon Sala-
miniū multis priorib. ob poenæ magnitudinez

abrogatis: omnibus enim ferè legibus quas Dra-
co tulerat poena erat morti diffinita, ut occisi & de-
fidiæ conuicti, capite pectorerentur. Qui olera, fru-
ctus ue in alieno, prædio legisser, eodem quo &
paricidie supplicio puniretur. Ciuitatem census
æstimatione Solon in ordines distribuit. In pri-
mo ii fuere, quibus quingentorum Medium
esser census. Secundo de in loco adscripti, q[ui] tre-
centis censi forēt, equosq[ue] alere possent. Tertius
equorum onere ad eptio pari censu æstimatus. Et ex
his ferè ordinibus Magistratus creari, qui infra
fuerunt Mercennarii nuncupati, concessionis habē-
dæ, iudicandiq[ue] munia, cæteris exclusi magistra-
tibus obibant. Quam ciuilem institutionē Romæ
Seruius Tullius magna ex parte imitatus credi-
tur. Cœciliū in Arecpago ex annuis magistrati-
bus constituit, instituti huius Draconem auorem
prodiderunt. Quidam secundum hæc, quæ dixi,
vt omnēm Solon ciuilis discord æ occasionem in
futuꝝ tollereret, ne temeraria multitudo icertis (vt
solet) flatibus iudicia turbare: ex quatuor tribu-
bus, quæ Athenis erāt quadringētos legit viros,
ex singulis centum: his permisum, vt quæ Areo-
pagitæ decreuissent, si æqua visa forēt, pbarēt:
si minus essent placita, pari potestate rescinde-
rēt. Atq[ue] ita, velut duabus anchoris nixus, aduer-
sus oēs fluctus immobilis mansurus ciuitatis sta-
tus videri potuit. Parricidii, affectataeque, tyranni-
dis damnati, ne magistratum caperēt lege vetuit.
Nec hos solum ab horum petitione exclusit, sed
eum quoq[ue], qui orra in ciuitate seditione neutrā
partium securus esset, malū ciuilis esse ratus, quū
proprias rationes in tuto collocari, nulla cōmu-
ni cura solicitudine ue teneri. Habuit nec minus Lex admirada.

Ciuitas in or-
dines distributaConcilium in
Arcopago.Quatuor tribus
Quadringenti
viri Accopagy
tis additi.

Promulierib⁹. admiratio*nis illud, vt foeminae, quae viros pax adrem veneream idonea soritate essent, unum, quem vellent, ex mariti propinquis impune admittent, Pecuniarias dores è medio sustulit, vt patriz sublatæ.*

Dotes pecunia, tñx sublatæ. ca vestimenta, & vasæ quædam paruo empta paterna domo ferret mulier: testatus coniugii socie tatem, non precio, sed narorum charitate iungi oportere, ne in defunctos vita maledicta iacerentur.

Legandæ pecuniae facultas pmissa. Si quis in sacro aut in iudicio, cui cōsultum fecisset, qnq; dragmis multaretur: Legādæ pecuniae, cæterarumq; reruz facultatē testari volētib,

pmissam, quum prius patrio instituto in familia esse debere censerent, quæ amicitia ppinquitate præclara est, & gratia necessitati, in ea cautum ne

Luctus in alieno funere inhibitus. demētia sub dola ue persuasione fieret, Ploratus & lamentationes in alieno funere sustulit: Nec subsidia alimenta ue villa filius patri deberet, à quo nō arte esset aliqua ad usum vitæ institutus.

Qui illegitimo essent thoro procreati, neu parentes aleret. Enim vero q meretricio nō abstinet cōgressu, is p belle demonstrat, se nō liberoru⁹ procreationi, sed voluptati studere, seq; ipsum merce

Adulterorum poena. de privat. Mœchum in adulterio deprehensum impunè necari voluit. Qui vim ingenuæ virginis intulisset decem dragmis multari. Ius vendenda filiæ sororis'ue sustulit, nisi adhuc in stupro deprehensæ. Qui Isthmia vicisset centum dragmas, qui Olympia quingentas præmium ferret.

Lupus ab Atheneis. Qui lupum vincitum attulisset qnq; dragmas ex nientibus in se publico acciperet. Qui lupam dragmā vnā: hoc pecoris, illud bouis præcium: vetus fuit Atheniæ sium hac belua in sectari, qppre quæ æque sit pecuariae rei & agroꝝ cultui infesta. Eoꝝ liberos q in præliis occubuerint publicè nutriendos eru-

diendosq; præcepit, quo sanè animati singuli for Occisorū in bel
riter ac strenue in bellis dimicarent. Voluit etiam lo liberi ex pus
vt & is, qui oculos in bello amisisset, publice ale blico alti.
retur. Præclare & illud statuit curatorem cum pu Curator pupils
pillorum matre non inhabitare. Cauit ne is fie lorum.
ret curator, ad quem post pupillorum obitū sub-
stantia spectaret. Illud item, noui licere anulario
venditi anuli seruare sigillum. Et qui alteri vnuꝝ
oculum eruerit, ei ambos erui debere. Et quæ nō
pcsuisti ne tollas, si quis secus facit capitale esto.
Principē si ebrius deprehensus esset, morte mul Princeps ebrius
tandum. Athenienses vt dies secundum lunæ morte multan
cursum agerent monuit. Ex omni genere fruguz dus.
mel & cæram extra Atticos fines asportari per-
misit. Nullum ciuitate donari nisi opificem, qui
cum tota domo se Athenas contulisset, aut per-
petuo exilic natali solo pulsus esset, censebat. Has Legum tabulae
leges Solon ligneis tabulis, quas Axionas dixe Axionæ dictæ.
re, notatas, in centum annos sanciendas curauit,
haud ignarus fore, vt his ciuitas longa temporis
intercapidine assueta, in perpetuum deinceps
sanciret. Herodotus in decem annos Atticis legi
bus cautum prodidit. Sed vt sanctiores essent,
magisq; obseruarentur, aliorum legumlatorum
more qui latas leges ad numen aliquod referre
solent, ipse, quemadmodum Draco anteā Miner Minervia Athes
uam suarum autorem dixit: atq; in verba sua iu nensium legū
rare in foro ad lapidem Senatum populumq; in autor.
duxit. Fuerunt Athenienses non aduenæ, neq;
passim collecta populi colluuius originē vrbi de Atheniensium
dit, sed in eodem nati solo, quod incolunt, & que origo et iuuentu
illis sedes, eadem origo est. Primi lanificii, & olei,
& vini vsum docuere, arare quoq; & ferere fru-
menta glande vescentibus monstrauerunt, literæ

Tres leges in certæ, ac facundia, & hic ciuilis ordo disciplinæ Neptuni placas, veluti tēplum Athenas habent. Tres leges, quæ trionem in /m̄s in Neptuni placationem à Cecrope in mulieres, lixies.

à quibus deus ipse suffragio fastiditus fuerat, & Mineruæ posthabitum, latæ erant, adhuc obser uabantur, videlicet, ne vlla vnquam mulier senatum ingredieretur, vt nulla earum proles maternum nomen accipiat, ne quis eas Athenæas siue

Cælos in bello Athenienses dicat, sed Atticas. Cælos in bello quomodo A, Thucidide autore in huic modum sepeliunt, thenienses sepe facto ante triduum tabernaculorum, mortuorum hant.

essa proponuntur, & suorum quisq; reliquis, si quid lubeat, imponit, quum efferuntur singula rum tribuum singulas tribus suæ quamq; tribus ossa continentis vehicula portat. Vnus iteꝝ thor us inanis fertur, cōstrarus eorum, qui nō extat, qui inter cælos nō fuere reperti. Efferunt autem p̄misœ voluntarii quiq; vel ciues vel hospites foeminis, p̄pinquate coniunctis ad sepulchrum eiulantibus, conduntq; in publico monumento, quod est iuxta monumētum Callisti, apud subur

Monumentū Calisti. bana, vbi semper eos sepeliunt, qui in bello occi derunt: præterq; qui in Marathon, quorum sin fas non procul gularem fuisse virtutem existimantes, eodem in ab Athenis.

locuſ sepulchrūz fecerunt: postea vero quām eos humauerunt, aliquis ab ipsa ciuitate delectus vir haud quaq; pro incōsulto habitus, & cui p dignitate conueniat, super eos orationem habet, qualē decet de eorum laudibus: qua habita disceditur, hoc quidem more sepeliunt, quo per omne belli tempus quoties id accidit legittime vtuntur.

De Laconia & Laconum siue Lacedæmoniū institutis. Cap. III.

LACONIA in Peloponneso, prouincia quæ & Oebalia & Lacedæmonia dicitur, à Lacedæ obalia Laces mone Iouis & Thaygete filio: à quo etiam dæmonia. clara & potens ciuitas in eadem regione ædifica ta est argè appellata. Hæc quoq; Spartha dicta est, à Spartho Phoronæi filio, Agamemnonis re sparta. glia fuit, Lycurgus insignis philosophus Poly de Licurgus philo Ætis Regis frater quum uita illo defuncto Imper sophus legis la rium reliqui filii tutoris nomine aliquâdiu admi nistrasset, cuius statum atq; regionis optimis institutis, oprimis legibus exccluit. Quum antea ex omnibus ferè Græcis soli Lacedæmonii pes simile morati essent, tam circa se quam circa hos spites, nullo consuetudinis conuersationisq; commercio. Lycurgus ergo audacter rem ag gressus, omnia iura instituta, & priscos uiuendi ritus abrogavit atq; ciuiliora quædam, multoq; laudabiliora instituit. Primum omnium seniores de Republica electi, qui cum Regibus, qui duo numero creati sunt, consultarent, is ordo uelut arbiter fuit, inter regiam potestatem. & uim mul titudinis ne, aut hæc contumacia seuiret: aut Imperio illi. Octo & uiginti seniores (tot enim fuisse Aristoteles scripsit) duobus regibus assu debant, ne nimium Democracy inualesceret prouidentes: & rursus, ne qui Regnum teneant tyrannicū quipiam molirentur, quæ hic ordo decreuisset, cætera multitudo ut sciret necesse erat. Addita deinceps post multos annos Ephorū potestas, huic paucorū administrationi, quæ græco uerbo Oligarchia dicitur, poste aquam nimis uisa est feroce scere: estq; quasi frænū concilio illi iniectum, accidit id tamen centesimo à Ly cufgi interitu anno, quū Theopompus regnaret

Reges simul
apud Lacedæ.
legabant.

Democratia. I.
principatus po puli.

Agrorum diuisio: Alterum ab Oligarchia institutum, agrorum diuisio: persuasit illi multitudini, ut solū omne Lacconicum in medio positū æquis in singulos portionibus diuidetur: oportere ratus ciuem ciuius ingenio, & uirtute, non luxu, & diuitiis præstare. Abiit igitur uniuersa terra in fortium nouem & triginta milia, in nouem milia urbanus ager. Paganicus & Municipalis in triplo & amplius maiorem numerum, portio quælibet ea fuit, quæ uero frumenti medimnos. 70, foeminae. 11, annuos ferret. Habuit à principio animo & res mobiles diuidere, sed inuidiam ueritus, quæ inde imminebat (plures enim uidebantur id ægrè latiri) omnem auri argentiq; usum è medio sustulit, ferrumq; nummum induxit, percussitq; decussem, quem iussit minime ualere, actum demum omnis furandi occasio sublata est. Ignitum ferrum ex quoniam percutitur aceto extinxit, ut ad rem nullam amplius ob mollitatem utile redderetur. Omnes ad hoc artes urinutiles urbe eiecit, quamquam artifices ipsi sublato auriusu sua spōte inde transmigrarunt, quum ferrei nūni apud alios in usu non essent. Mox uero ut omnem ex ciuitate tolleret luxum, publica cōuiuia instituit, ut diuites promiscue & inopes uni adhiberentur conuicio, unusq; uescerentur epulis. Ac ne lautorum quis quam coenatus in publicū ueniret, qui minus cū pide & hilariter uesceretur, ut parū frugi à proxime accumbentibus obiurgabatur, quo planè instituto omnis uetus è medio luxuria sublata est. Exarserunt ex ea re potentiorū iræ, impetuq; in eu facto, alter est illi oculus baculo excusus, quare cautum, ne Spartiatæ cum baculo amplius ad conuiuiū intrarent. Hunc cōuiuandi ritū Philiæ,

φιλίας,

dixerūt, haud dubie publicæ amicitiae & humanae,
 nitatis argumēto, uel & quasi Phiditia dicerēt, & ^{edīna}
 ita cōiuando Phidi, id est, parsimoniæ assuescerent. Qui sacrificii aut uenationis causa cōiuicō id est, sodalitas
 nō occurrisserent, his domi coenare pmissum, cātere
 rā multitudo aderat, & conferebant ad hoc conui-
 uium quotannis singuli farinæ medimnū unum
 uni coros octo, casei quinq; minas, ficiū quinq;
 semis minas. Frequentabant id pueri etiam uelut
 temperantiae, omnisq; ciuilis disciplinæ gymna-
 siū, assuescere ibi urbanis sermonib; locariq; comi-
 ter discebant, ac sine scurrilitate cauillari. In re
 uxoria haud tā pudicitiae q̄ procreationi ob assi-
 duā militiā est consultum. eo usq; uxoribus indul-
 tū, ut eas uiri heras appellarēt, uirgines cursu,
 palæstra, disco, iaculo, exercebātur, ut ocio & mu-
 liebribus delitiis sublatis robustiores ad toleran-
 dos partus fierent, nudæ ut pueri in aperto uer-
 sari, saltare & cātare in sacris quibusdam præsen-
 tibus spectantibusq; inuenibus, nudatio illa nihil
 turpe habuit, aderat namq; uerecundia, petulātia
 omnis aberat. Hinc illa indeoles tēpestiuaq; in la-
 conicis fœminis ad omnia prōptitudo. Qui coe-
 lebs uixisset Gymnicis spectaculis arcebatur, nu-
 dusq; hyeme forum circuibat, ne ut ceteri senes
 in honore apud inuenes esset. Nubebant uirgi-
 nes rapu maturæ uiro. Paranymp̄ha in cubicu-
 lum abducta capillos ad cutē resecabat, spōsus in fit factus.
 dead eā ingressus cingulū soluebat, noctu tātum
 cum ea congregiebatur, nec prius sponsam aspi-
 ciebat interdiu quam ex illa factus esset pater. Fi-
 liorum & sobolis dignis hominibus permissa. Li-
 cebat seniorum cuique honestum ex iuuentute
 ac probum aliquem ad uxorem procreationis

Vxores heræ
appellatæ.
Virginum stu-
dia.

Cœlibes Iudis
brio habitū.
Raptu nubunt
uirgines.
Sponsus spons-
sam nō aspicit
ante quā pater
ante quā pater
ante quā pater

causa adducere: atq; ubi ea alieno semine implet
set, suum quod nasceretur efficere: neq; probro
dari si quis huic, qui foecundā pudicāq; haberet
uxorem suadere esset ausus, ut cum ea sibi cōgre
di liceret, ceu bono fertiliq; solo operaturus libe
rorum causa. Ridebant ad hēc quarundā gentiū
stultitiam, quod canes & equas nunc precio nūc

Ius alendi par
tus parentibus
nullum.

Infantes firmi
præcipitio ne
cati.

Puerorum.
Lacedæmoniū
educatio.
Exercitia.

gratia optimis eius generis animalibus suppose
rent: uxores præsidio custodirent: ex illis soli ip
si siue amentes essent, siue cōgri infirmi q; genera
re uellent. Ius aleni partus nullum parentibus
natus infans in publicum deferebatur ad locū
quem Ieschem dixerit, ubi magno effecto pue
ro, uiri pueri formam intuiti, si probassent, ex
nouem milibus sortium in quas urbanus ager
diuisus erat, unam illi curabant adscribi. Infir
mum & deformem ad apothecas locum, haud
longe è Taygero præcipitem ac præruptum ex
poneendum dabant, ut pote Republicæ inutilē.
Mulieres uino non aqua pueros abluebant, quo
liquore admoto constat resoluti corpora debilita
rīq;, si qua sunt Comitiali morbo obnoxia. Nul
la lotis fomenta adhiberi, nulla tenetis crepu
dia, solitudinibus tenebrisq; assuescere. Ob idq;
externarum gentium quidam Laconicas nutri
ces liberis alendis adhibuerunt. Pueri à septimo
anno in æqualiū coetu exerceri, literasq; pro ne
cessitate ad discebant: reliqua disciplina tolera
tu percipiebatur. Ad cutem pueri rondebantur:
nudi calcibus ambulare, duodecimo anno tuni
cam unam patrio instituto sortiri, neq; balneas,
neq; formēra scire. Thoris ex arūdine cōstrūctis
quietē capiebant. Hyeme eos quos Lycophones
dixerūt thoris in miscere, Iren q; coetui prægerat,
in crea

is creabatur, qui uno anno aut altero cæteros an Iren puerorum teiebat, grandiores lignari imperabat, minores preceptor. onera furto quærere. Maiorum cōiuia ingredi Furarib honestas inde etiam aliquid furari: qui deprehensi erant apud Lacedæ. in furto: flagris admouebantur: nō quia nephias esset, furari, sed quod parū prudenter, & ingenio se esset id ab eo factum. Iren quosdam canere iu bebat: alios argutas quæstiones proponere: breve esse oportebat, subitumq; responsum: quod si quis negligentius fecisset, huius pollex ab Irene acrius mordebat. Instituebantur adhæc graui uti oratione, sed quæ iucunditate non careret: sententiisq; brevi sermone complexis, ita ut res in proverbiū abi erit: facilius philosophari homines posse, quam Laconicum sermonē imitari. Operæ pretium est etiam cognoscere quale ab initio studium fuerit omnium cœtum, quanta ad uirtutem contentio, atq; æmulatio. In tres distincta erat choros omnis cœtas. Tum in solennibus sacrī seniorum cœtus fanere exorsus, Fumus olim robusti & iuuenes, canora uoce pronunciabant. Tum adultæ ætatis eum excipiens, nos quidem iuuenes sumus & fortis respondebant: idq; si libet experiamini: ad eam puerilis chorus tam boni erimus, & meliores. Plutarchus autor est ad sua usq; tēpora perdurasse Laconicos quos Canticus tibiādam modulos, quibus illi ad tibiam in hostē ituri in bello usurpat uti consuefissent. Thucidides Laconici huius insti tuti relator, tibiārum modulos in præliis usos scriptum reliquit: negat tñ id aliquo religionis ritu, reue diuinæ causa fieri solitū, neq; ut vibraretur animi excitarentur ue ad pugnam (quod cornua & litui apud Romanos factarunt) sed ut equali modulatoq; sensim gressu conuenientes pugnā.

In choros tres
omnis ætas diuisa.

Canticus tibiāda
in bello usurpat
tus.

Cithare concē capesserent, nec suos ordines distrahi sineret. Ex iu usi Lacedæ. tñ Laconici uatis carmē, quo apparer non tibia solum Spartiatas in procinctu usos, sed cithare etiam concentu: qui mos & ipse à Cretensibus sū ptus uideri potest. Herodotus Halyatem Lydorū regem scribit fistulatores & fidicinas, & quod peneindignum relatu sit, cōuiuoriū etiam delicias in acie habuisse, eo bello, quod Milesiis intulit.

Cornuum lituo Romani præter cornuum & litorū concentū, arsum concentu clamoreq; ros manū bellum capessebant capessebant quod longe diuersum ab eo est, quod Homerus de Achæis scripsit, quos tacitos fecit spirantesq; Galli cū tripus fobur in pugnam procedere. Galli tripudio, ut dio bellū iniex Polybius & Liuius scribunt, scuraq; super capita zunt.

Barbari, cum ululatu. quatientes. Barbarorum quidam cū ululatu præ lum ineunt. Ex qua rituum uarietate potest intel ligi, cæteras gentes non id quod Spartani in bellico concentu secutæ. Capillos præterea à pubertate ex instituto alebant memorabili legū latoris dicto, comantibus capitibus multo pul chriora fieri humana corpora, quæ si sint alio qui deformia, capillo haud dubie foroescant. Prælium initurus rex Musis capram immolabat

Rex bellū ini, Domi militiæq; certa uiuendi lege sunt usi, bel turus, Musis fa licaq; exercitatione, patriæ non sibi natos ar criti cabant. britantes. Nullas quæstuosas tractabant artes, tantum exercitationis studio teneri. Solennibus epulis reliquum dabatur tempus, eoq; per hæc uentum est, ut quemadmodum præclare scribit Plutarchus, Spartani neglent, neq; si uellent, scirent amplius priuatim uiuere, essentq; ex omni parte patriæ dediti. Suffragandi ratio, ut cæ tera ab aliis gētibus diuersa, pauci ad hoc ipsum sio admiranda delecti cōcluae Comitio ppinqū subibāt: unde

ipſi neq; quēpiam uiderent, neq; ab ullo uideren-
tur. Tū uero, ut primo, alteroue loco cōpetitorū
nomina fortito educta essent, quantus uocum
assensus ad singula nomina ortus effet, diligen-
ter attendeant: ac quoq; clamor loco ma-
ior minorue effet ad ipsorum aures redditus tabel-
la pernotare, ex qua in publicū mīlla percipiebat
cui cōpetitorum plures essent uoces suffragatæ.

Primus ad hæc Lycurgus omni superstitione sub-
lata, per ſit cadauera in urbe ſepeliri, tū etiā cir-
ca templū ſortiri monumenta. Nec uiri nec foemini
næ nomen licebat cuiquam ſepulchro inscribe-
re, niſi eorū qui tortiter in bello pīſſent. Lugēdi
tempus undecim erat diebus finitū. Nec ciuibus
peregrinari pmissum, ne alienos mores urbi im-
portarent. Quin & peregre eo delati, niſi qui rei
publicæ utile effent, urbe excludebantur, ne qd
(ut Thucidides habet) Laconicæ discipline pere-
grinæ gétes imbiberent, & ſatis inhumane haud
immerito aliquis dixerit. Vel, ut Plutarchus ſcri-
bit, ne mutuo congreſſu noui ſermones in urbe
orientur, & ex his noua iudicia, diſſonanq; uolu-
tates, quæ publicæ rei pernicioſiſſimæ eſſe ſolēt.

Iuuuenibus Lycurgus nō amplius una ueste toto *Iuuuenium uestis*
anno uti pmiſit, nec aliquē cultius q̄ alterū: non *tus*.

Splendidius, ut dictū eſt, epulari. Emi singula nō
pecunia, ſed merciū cōpensatione iuſſit. Pueros *Pueri in agrum*
puberes nō in forum, ſed i agrū deduci iuſſit, ut *non in forū du-*
cebantur.
& ope agerēt. Nihil eos ſomni cauſa ſubſternere
& uitam ſine pulmento degere, nec prius i urbē
redire, q̄ uiri facti eſſent statuit. Virgines ſine do-
te nubere iuſſit, ut uxores non pecuniæ cauſa eli-
gerentur: ſeueriusque matrimonia ſua uiri coely-

*Cadauera in ur-
be ſepeliri per-
missum.*

*Luctus fune-
bris.*

*Peregrinari La-
cedemoniobus
prohibitum.*

Senium apud cerent, cum nullis frænis dotis teneretur. Maxime Lace. honora mutu honorem non diuitum & potentum, sed se tissi.

num esse voluit, nec usquam terrarum locum honorariorem senectus haberet. Regibus potestatem bellorum magistratibus iudicia, & annuas successiones senatus custodiam legum, populoque sublegendi senatum, vel creandi quos vellet magistratus potestatem concessit. Haec quoniam leges aut

**Apollo autor
legū apd Lace.** noua instituta solutis antea moribus dura esse vi-

deabantur, eorum autorem Apollinem Delphicum fixit, & inde se eas ex pcepto numinis detulisse, ut consuecedi rædium metus religionis euincat.

Deinde ut æternitatē suis legibus daret, iure iurando ciuitatē obligeavit, nihil eorum quae sanxisset maturā, priusquam reuerteretur: se ad oraculum Delphicum profecturum, consultare quid muran-

**Lycurgus Iolani
tatio extulat.**

dum addendum legibus suis illi videatur: Proficiscitur autem Creta, ibique, perpetuum exilium egit præcepit etiam moriens essa sua in mare abiici,

**Regum spartia-
tarum digna-
tiones.**

ne Laceæ monem delata Spartani se de non mutan-

tatis legibus a iuramento absolutos putarent. Liber hic quoque assignare quas dignationes regi-

bus suis Spartiatæ olim tribuerunt: duo sacerdo-

fia Iouis Lacedæmonij, & Iouis coelestis: & ius

belli in quamcunque libuerit regionem inferendi,

ut id nullis Spartiatari prohibere fas sit, alioqui

piaculari criminis teneatur, ut in expeditioni-

bus adeundis primi eant reges, in abeunda po-

stremiti sint, Centum electi viri eis in militia cu-

stodes adsint. In egressibus utantur quocunque pe-

toribus libuerit, quorum immolatorum pelles omnes

ac terga accipient. Bellica haec. Alias sunt quae pa-

cistèpore eis tribuuntur: quoties in aliqua republi-

ca euisceratio fit, primi in coena regis discubat,

& iis primis distribui incipiat, utriq; eorum dum omnium quam cæteris conuiuis, libaminaq; immolatorum & coria eoru3 sint. Singulis quoq; Calendis instantis mensis singula pecora utriq; è publico dentur Apollini immolanda, & faringe medimnum, id est, sex modia, & vini Laconicus quartarius. Et in spectaculis singulorum certaminum certis locis præsideant, liceatq; quibuscunq; libeat ciuibus inniti, & utriq; binos eligere Pythii qui voti thics. Sunt autem Pythii, qui Delphos ad consueta. lenda oracula mittuntur, quiq; publicè cum regibus partuntur. Regibus ad coenam non euntibus binæ choenices, id est, semimodia farinæ, & vini singulæ cotylæ, id est, sextarii: præsentibus dupla dentur omnia. Eadem ratione pupillis utri danda sit, ei ne cui mater, an cui pater desponderat, necnon de viis publicis, & si quis adoptuum filium facere velit in iuitis regibus. Liceat quoq; eis pro suo arbitrio assidere in Senatu, qui constat ex duo de triginta senibus: si eo non accesserint, eorum maxime propinqui, duo Senatores ius regum obtineant, duos calculos ponendi, tertium pro seipsis. Vuentibus haec regibus à republica Spartiarum tribuuntur, illa defunctis. Equites per vniuersam Laconicam obitum Regis emuntur, fœminæ per orbem circumneentes ollas pulfitat: quemq; hoc sit, necesse est, ex singulis domibus duos ingenuos, maré & fœminā luctu foedari, magnis poenis (nisi hoc faxint) impositis. Eadē circa funus regum consuetudo Lacedæmoniis est, quæ Barbaris Asianis. Nam pleriq; Barbarorū eodem ritu in mortibus regum utuntur. Si quidem posteaquam mortem obiit Lacedæmoniorū rex Exequiae regis oportet eius exequiis adesse ex omni Lacedæmo. Lacedæmon.

Honor defuncti
et regibus exhibitus.

Publicus in his regione necessarios quosq; Spartiarum, qui
nere regum La sunt numero vicenorū, quorum & item seruo-
tedem luctus. rum atq; ipsorum Spartiaruz: posteaquam mul-
ta nullia in vnum coacta sunt promiscue cum mu-
lieribus frontes suas intrepide plangunt, & vlu-
latu immenso vtuntur. Ultimum quemq; regum
dicentes semper fuisse optimum, Qui vero regis
in bello perit, eius simulachrum, quum expre-
serunt, in thorobene strato efferunt: cuius tumultu-
latione decem dies iustitium est, nullusq; magis
stratum confessus, sed luctus continuus: in hoc
quoq; cum Persis isti conueniunt quod defuncto
re, alter, qui succedit, liberat ære alieno, qui
cunq; Spartiata aliqd aut regi aut reipublice de-
bebat. Apud Persas, qui rex creatus est, omnibus
ciuitatibus tributum, quod debebant remittit.
Cum Ægyptiis etiam Lacedæmonii in hoc con-
gruunt, quod eorum præcones & tibicines & co-
qui in paterna artifacia succedunt, & coquus è
coquo, & tibicem ex tibicine, & præco ex præco
ne, gignitur, neq; vlli propter vocalitatem aliis
insidiantes se ipsoſ ingerunt, sed in paterno ope-
re perseverant, atque hæc quidem ita fiunt.

De Creta insula, & Cretensium celebratis moribus. Cap. I I I I.

Cretæ descri-
ptio.

Creta, quæ & Câdia dicitur, insula in medi-
terraneo mari centum urbiū fama clara:
hæc ut Strabo scribit à septentrione Ægeo allui-
tur pelago & Crerico, ab austro Libyco, ad occi-
den̄ Egilam & Cythera spectat, ad orientē Car-
pathiō, habet in longitudine. 270. millia passuum,
in latitudine quinquaginta millia. Circuitus eius
quingenta octoginta octo millia passuum cōpletus

Insignes i ea vrbes sunt Cortina, Cydonea, Gno idem montis de
sum, Minois regia, & Ida mons omnium qui i ea scriptio.
sunt celeberrimus, celsissimo is vertice assurgit.
Apollodorus longitudinem eius duum millium
trecentorumq; stadiorum tradit, circuitum qnq;
milliu & amplius. Artemidorus mille minus, Nul
lum in Creta animal noxiū est. Serpens ibi nul
la, nulla noctua : & si inueniatur statim moritur.
Capris copiosas Ceruis äget, optimi vini feracis-
sima, herbā pducit, quæ diptamos dī: & Aluno-
sam, quæ morta diuturnā famē prohibet. Sfalans-
gos etiā venenatos gignit. & lapidem qui Idæus
dactylus dicitur. Cureta olim vocabatur ab habi-
tatis Curetibus, & p syncopati Creta. Alii di-
cunt Cretā dictā à Crete quodam Louis filio Cu-
retum Rege, Alii a Crete Nympha Hesperidis
filia. Incultum hominum genus a principio ha-
buit, Rhadamátus ad mansuetiores vitæ ritus p-
duxit, sequutus inde Minos qui æquitate & iusti-
tia adhuc magis excoluit. Plato autor est Lacede-
monios & alias veruissimas Græciæ ciuitates
hinc sibileges & instituta quæsiuisse. Optimū gē-
cis statum euerit primo tyrannicus dominatus,
mox & Cilicum latrocinia. Fuit gens ab initio li-
bertatis studiosa, ea se possidere arbitrati, que nō
essent tyranorum libidinibus exposita fuit & cō-
cordiæ perpetua cura, quæ seditioni diuinarum
auaritiae alumnæ inimica est, modicè proinde an-
tiquitus frugaliterq; vitam agitare. Frequētabat
pueri conuentus quos greges noīabant. Adultæ
æteris viri publica inter se conuiua celebrare,
arma reipublicæ causa tractare ab in eunte ætate
corpora laborib, exercere. Maris æstus & frigora
perpetui, acclives semitas saltusq; cursu superare

In Creta nullū
animal noxiū.

Mores Cretens
sium.

in gymnasii pugnas ciere, arcub⁹ & sagittis plurim⁹ uti, in armis saltationem, quam pyrrhicē nominant, vulgo celebrare: flexu corporis hæc saltatio fiebat, quo plagæ telaq; euitarentur. Sanguum & militarem calceum sibi inducere, arma preciosissimum munus credere: tantum ad hæc rei maritimæ studium, ut in prouerbium abieret, si quis quæ nosser se nescire dissimularet.

Matrimonia. Dos. Cretes (diceretur) pelagus nescit. Inter æquales connubia conciliari, ex omniq; iuuenum coeti virgini- bus sibi sponsos optare ius erat, nec prius paterna domo abduci moris erat, q; ad domesticā ad- ministrationem essent idoneæ. Dotis magnitudo fuit, si frater aderat, patrimonij dimidium. Pueri

Musicæ studiū. ex legibus literas & cantilenas & musicæ artis modulamina quædam discebant. ad viros Syssitia perducti, humi vilib. testi amiculis sedebant, illisq; pugnam cœntibus ministrare puerorū validissimus maximeq; elatus ductabat gregem. pro viribus singuli plurimos aggregabant æquales, ad venatiōes egredi, cursu exercebant corpora, statis diebus puerorū cœtus ad tybiæ & lyrae cātum inter se cōmitti, ut in re bellica consueverent. Huius gentis etiā fuisse q; dā memorat lertos dies

Dies lapillo si gnare. candido notare calculo, tristes atq; molestos atro-

et si plures huic morem ad Thraces referunt.

**De Thracia, Tracumq; feris mo-
ribus. Cap. V.**

Romania.

Scython.

Tracia, quæ hodie Romania appellat, Europæ regio est, iter partes Scythie cōputata, Macedoniā sequitur, à Septentrione Istrū habet, ab oriente Pontum ac propontidē, à meri die Ægeum mare. Olim Scython, postea Thracia, à Thrace Martis filio, siue ab asperitate appellata.

lata. Græcis enim Thrachy asperum dicitur. Re Thraciæ qualis
 gio est ut Pomponius scribit nec coelo, nec solo (q̄ tas.
 vbi mari vicinior est) satis foecunda temperataq;
 frigida est & eorum quæ seruntur maligne ad-
 modum partiens, raro vsquām pomiferā arbore,
 vītē frequētius tolerat, sed nec eius quidē fru-
 etus maturat ac mitigat, nisi vbi frigora obiectu
 frōdium cultores arcuere. In ea quōdam vrbes
 celebriores fuere Apollophama, Enos, Nicopo-
 lis, Byzantium, quæ postea a Constantino Cōstan-
 tinopolis dicta est, & in maius Augusta gloriofissi-
 mi Imperii sedes & oriētis totius caput delecta,
 Perinthos, Lysimachia, Caliopolis, Amnes He-
 brus Nestos Strymon. Montes Hæmus Rhodope
 & Orbelos. Homines habet feros asperos & nu-
 merosos adeo, ut si aut vnius Impio regeretur,
 aut idē sentirent, ut historiæ pater opinatur He-
 rodotus, inexpugnabiles forent, & oīum gētiū
 multo validissimi: sed gaarduum hoc illis est, &
 nulla ratione contingere potest, ideo imbecilles
 sunt. Habent aut̄ multa nomina singularū regio-
 nū singula, moribus tñ ac opinionib. cōsimilib.
 imbuti, præter Gethas & Trausos & q̄ supra Cre-
 stonas incolunt: ex q̄bus Gerhæ se nō mori p̄sua-
 sum habuere, sed ad Zamolxim Deum suum post
 fatuz m: grare, fuit hic Zamolxis homo Pytha-
 goræ quondam discipulus, qui in patriam reuer-
 sus, quum animaduerreret Thraces male viuere
 & inscite, ipse edoctus Ionicum viuēdi genus &
 mores ipsis leges dedit, docuitq; atq; p̄suasit po-
 pularibus eas seruantibus post obitum ad se in eū
 locum ire, vbi superstites omnium bonorum cō-
 potes essent, per hoc deitatis opinionem conse-
 quitus, è Thracum se conspectu subduxit, atque

Celebriores
Thraciæ vrbes.

Thraces quales
homines.

Gethæ se non
mori putabat,
Zamolxis
Getharū Deus.

euauuit, maximo sui desyderio post se relicto,
Ad hunc mittunt assidue adhuc cum naui qnqz
remigum nuncium quempā ex seipſis sorte de-
lectum, præcipientes ea quibus semper in digēt,
Nūctis ad Za-
molxin mitti-
tur. eumq; ita mittunt. Quibusdam eorum datur ne-
gotium ut tria iacula teneant aliis, ut comprehē-
ſis eius q ad Zanolxin mittit, manib. pedibusq;
hoiem agitantes in sublime iacent ad iacula : q
si in præſentiaꝝ extinguitur, propitium ſibi Deū
arbitrantur, ſin minus ipsum nuncium insimulat
adſeuernantes malum illum eſſe virum. Hoc inſi-
mulato alium mittunt, dantes adhuc viuēti man-

In eccl̄um sagi data. Idē Thraces dum tonat fulguratq; in coe-
tant dum toni- lum sagittas excutunt, Deo minitantes ꝑ nulluz
truat. **Thraces.** alium præter ſuum eſſe arbitrentur. Trauiſi vero
in cæteris quidem omnibus idē quod Thraces:
verum circa natalitia ſuorum atq; obitus hoc fa-

Aedito puero dirant. A edito puero propinqui circumfedéres,
Transi lamentā eum ploratione proſequuntur recensentes quaſ-
cunq; necesse eſt illi, quod vitam ingressus fit,
perpetu humanas calamitates. Hominē fato fun-
ctum per lufum atq; læriciam terræ demandant,
referentes quoṭ malis liberatus in omniſit modo

Vxorum charis felicitate. At qui ſupra Crestonas incolunt iſta
ſima cum mari agunt: ſinguli plures vxores habent, quoruꝫ vbi
to defuncto ſe- quis deceſſit, diſceptatio magna fit inter vxores
pelitur. acri amicorum cīrca hanc rem iudicio, quænam
dilecta fuerit à marito præcipue, quæ talis iudi-
cata eſt, & hunc honorem adepta, ea à viris &
mulieribus exornata, ad tumulum à ſuo pro-
pinquissimo maſtatur, vnaq; cum viro huma-
tur, cæteris vxoribus id ſibi pro ingenti calami-
tate ducentibus atq; lugentibus: nam id eis ſum-
mo dedecori dātur. Ceteri Thraces filios vete-

t*i*nstituto palam vendirare, nec virgines a pare
 tibus & propinquis adseruari, sed quibus libuit
 cum viris concubere sinunt. *V*xoru*z* pudicitia *Mulieres inge-*
solicitus custodiunt, easq; magno ære a parenti- *nue notis i frō-*
bus coemunt: fronte notis quibusdam signatas, te signabantur
 generosum id iudicatur, ignobilitatis argumētu*z*
 sine his esse. Nupturæ quæ præ cæteris specie va
 leant prius sub taxari volunt, & licentia taxatio
 nis admissa nō minoribus nubunt præmiis. Quas
 formæ dedecus premit, donibus emunt quious
 coniunguntur. *vterq; sexus epulantes focos am-*
 biunt, herbarum (quas habent) semine ignibus
 superiecto, cuius nidcre percussi, pro lætitia ha
 bēt imitari ebrietatē sensibus heberatis. Ociari,
 ex rapto viuere pro re honesta haberī : contra,
 agros colere pro despiciatissima, Martem vulgo,
 Liberum, Dianam, & Mercurium religiose cole
 re: perq; eum solum iurare, sui generis autorem
 arbitrari. Corporum magnitudine Thraces oēs
 homines antecedunt: cæruliis oculis ac truci vi
 su, terrifico vocis sono, annosa ætate. *A*edificia *A*edificia
 modice ab humo eleuata, annona eodem semper
 tenore, vites nesciunt, pomis abundant. In re
 gis electione nō nobilitas præualet, sed suffragiū *Rex eligitur*
 vniuersalē: populus enim eligit spectatum mori
 bus, & inueterata clementia, etiam annis grauem
 sed hic in eo quæritur, cui liberi nulli sint: nā q
 pater fuerit, erā si vita spectatus, ad regendum
 non admittitur, & si forte dum regnat pignus su
 stulerit potestate: xuitur, maxime hic custoditur
 ne regnum hæreditarium fiat. Tum si rex ètma
 ximā præ se fert et aequitatē, nolunt eitotum lice
 re. quadraginta ergo rectores accipit, ne i causis *Quadraginta*
 capitum solus iudicet. Qd si ipse etiam in peccato *iudices habue-*
 se Thrac.

aliquo arguitur, morte multatur: non tamen ut
cuiusquam manu attrectetur, sed consensu publi-

In Reges a iad- co rerum omnium ei potestate interdicta, ipse
ucisio acerba, tandem fame pereat. Optimates ita sepeliunt, p-
latotriduum cadasuere, mactatisq; omnifariis ho-

Sepeliēdi ritus. stiis coniuuantur, illudq; defetum prius, deinde
combustum sepeliunt, aut aliter humo cōregunt,
ad gestoq; desuper tumulo cum alia omnis gene-
ris cerramina proponunt, tum præcipue *terra* cū
ratione Monomachiam, hoc est, singulare certa-

Armatura Da- men. Armatura qua (ut Herodotus scribit) in Da-
Thracum. tiana expeditione v̄si sunt talis erat: è pelle vul-
pina cassides gestabant, tunicis induit, & insuper
circundati variis sagulis, pedibus & tibiis indu-

Thraecis arcus tis caliga è pellibus hinnulorum, iacula peltas &
imuentores. pugnunculos: arcu valde pugnaces sunt, & exer-
citatissimi, quem apud se repertum volunt, vna
cum Scythis lingua vſebantur. Scribit Plinius
totam Thraciam in quinquaginta stratageas di-
uidi folitam. Sed ea Thraciæ pars quæ Gethica

Valachiæ & olim dicebatur, vbi Darius Hidaspis, filius pe-
nè periit, hodie Valachia appellatur, à Flaccis
quiritum gente, Romani enim Gethis superatis
& deletis Flacci cuiusdam ductu eo Coloniā
misérunt, unde primum Flaccia, dein corrupta
voce Valachia dicta: astipulatur huic opinioni
Romanus sermo, qui adhuc in ea gente durat:
cæterum adeo ex omni parte corruptus: ut vix
Romano homini intelligatur, Romanarum litera-
rum vſus, elementorum forma aliquatenus inuer-
sa, sacrorum ritus, qui & Gethis. Daci postea eam

Valachia Da- terrā occupauerunt, à quibus aliquandiu etiam
cia votata. Dacia dicta fuit, nunc Teutones, Siculi, & Vala-
chi tenent, Teutones fortis viri ex Saxonia illuc

à magno Carolo transmissi, à septé urbibus, quas
habitant, Seibenburgenses patrō sermone uocā Seibenburgē
tur, Siculū Hungarorum verustissimi, ex his quies.
ab initio ex Scythia digressi his locis consede-
re. Valachorum factio[n]es duæ Dragulæ & Da-
ni, alias Daui. Nam Gethæ & Daui seruorum no-
mina inde olim profecta Gr̄ecorum quidam pro-
didere. Dragulæ Danis impares Turcas nostro-
rum patrum memoria in eam terram induxerūt,
quorum armis Dani ad internitionē deleti sunt. *Ioannes Hunia*
Ioannes Huniades, uiracer, Danis demū auxilio *des.*
fuit, terramq; ab hoste receptam sibi uendicauit.
Agriculturæ rei[us], pecuarie Valachi ut plurimū
student, quod originem gentis arguit. Tributū
Regi p[ro]edunt, sed semel tantum, ac id cuig[us] regū
& confessim ab eius declaracione, tum singulæ
familiae dant bouem tributi nomine, sexaginta
millia numero & amplius esse traduntur. Iussi ad
bellum exire capitale est non paruisse. Est Vala-
chia Transsyluaniae contermina ab occasu, ad
ortum in Euxinum excurrit: ad boream & septē
trionē Rusiam attingit: alluitur ad meridiē Istro
circa quē quicquid uagag[us] gentium occupat per
petua illishyems, triste cœli premit. Maligne olī
solū sterile substentabat, imbreu culmo aut fron-
de defendebant. In cœlo super durata glacie sta-
gno p[ro]sultabat, in alimentū feras captabat, nulla
illis domicilia nullæq; sedes erant, nisi quas lassi
tudo in diē posuerat. uilis & his quærendus erat
uictus, q[ui] horre da iniq[uitas] cœli: intecta capita.

Valachorum
exercitia.

Valachia, q. Ia-
ter. Gentes. Istrum
accidentes.

De Russiæ Rutenia, & recētibus Russiæ
R norum morib[us]. CAP. VI.
Uisia, quæ etiā Rutenia dicitur & Podo

Rusia fines,

lia, tripartito nominatur. Alba, superior, & in se-
rior, pars Sarmatiæ Poloniæ prætenta, Peuce flu-
vio ad septentrionem includitur, ad orientem solem
Moscus, occidua illi Livonia argi Prussia extre-
ma Germaniæ partes, patent hodie Ruthenoru-
mum & Rhoxolanoru(m) (nam & hoc nomine appellan-
tur fines octo dierum itinere, à Tanai ad septen-
trionalem oceanum, habetq; id spaciū nonagin-

Terra omnium
fertilissima.

ta & amplius dierum iter, rursus à Germanico
oceano, quem Balteū uocant ad mare Caspium,
Regio adeo fertilis est, ut agro rude culto fru-
mentoq; insperso, tribus perpetuis annis fructu
ferat, nec opus est agrum quotannis inuertere,
sed inter metendum segete leuiter excussa alia in-
sequentē annū sua sponte crescit. Gramen adeo
procērū producit, ut perticā transcendat, unde
ibi apum tanta copia, ut mella nedū in alueariis,
aut arboribus, uerū in rupium & terræ cauernis
reponat. Optimus medo, & hi grandes cērarū or-
bes, q; ad nos usq; ad uehūstur ibi sunt. Nō impiscā-
tur piscinæ & stagna Russorū, sed ut aiunt, pisces
ex cœli influētia succrescant. Sal quodā in lacu

Sal in lacu na-
scitur.

Katzibeo uocaro siccis rēporibus colligitur, pro
quo genti cum Tartaris cerebra bella, Mirum est

Calamus aros-
maticus in Ru-
sia.

quod dicitur in solo Chelmensi defectos pini ar-
boris ramostroncosue, duos aut tres annos sup-

Signati argens-
ti nullus usus.

terrā jacētes in saxa indurari. Est ibi optimæ cre-
tæ copia, uersus Tanaim & Mæotim calamo aro-
matico & reuontico abūdat, pluribusq; herbis
& radicibus aliis, alibi nō uisis. Vrbs regia Mo-
scouia est, ad Moscū amnē sita, quatuordecim mi-
lium passuum circuitu. Nullus hic signati argenti
usus. Lapis est in medio foro quadrata forma,
quem si quis ascēdit, nec inde ui deturbari possit

principarū urbis obtinet, ingens de ascensiū loci
& deiectu dimicatio inter indigenas, s̄e piusq; ob ~~rusianorum~~ po
eam rem pugnatū inter ciues. Gens adeo valida tentia.
est, q̄ superiori anno quodā bellico tumultu in
regis castris centū uiginti milia equitū recensa
sunt, quorum singuli ordinem ducerent. Arcu in Beilice Rūsias
bello utuntur, quod gentile & uetus est illis: est nōrum arma.
& lancea in usū duodenum pedum cataphracti
equites supra hamatā loricā ferreum thoracem
induunt umbilicis speculorū modo prominēti
bus, galea gestāt pro casside, in conū fastigiatus,
equite libentius utuntur in bello quā dedit, pe
dites alii scorpione utuntur (balistā Itali uocant)
alii plūbeas pilas sulphureo puluere ex æneis ex
cutiunt machinis Teutonico more. Inuisum gen
ti Regium nomen, i cīrco ducis appellationē li
bentius usurpat, ut magis popularē, qui ibi rerū Regium nōmē
potitur, dux dicitur: qui in totā gentem Imperiū Ruthenis inūs
obtinet, huic pileus paulo elatior quā ceteris pro sum.
ceribus, cætero nihil ab aliis differens. omnis co
lor in usū præter nigra. Viri foeminae q; linea ami
ciunt in dusio, eoq; tenuissimo, & ad crura demis Vestitus Rūsias
so, auro circa collū rubentiae serico excolūt id à nōrum.
miculū, laxior uestis ac nihil ferè à Græcis diffe
rēs qualē Turcę quoq; & totus septētrio usurpat
manicæ trn̄ laxiores Ruthenis, auroq; fimbria
ræ à pectore & humeris, Lutrina pellis ambit ex
terioris uestē. Sola uxor luget uirū, obducto capite
albo linteo, & ad ulnas deiecta, qbus fortuna ambris.
plior est, quadragesimo die à funere cōiuianrūt
in defuncti memoria, quorum res angustior est
quinquies hoc temporis intervallo solenni mo
do epulantur, obseruantur dies obitus, quem
anniversariis quoque celebrant epulis, quando

ex ea stirpe superest aliquis, custodiūtūr nomina defunctorum monumentis literarum, ut sciri pos sit, quo cuiquam die parentandum sit: planetu & lamentatione funus educunt. Patrii moris est mulieres gemmas & uniones ex auribus suspen dere, decorum & maribus, sed adhuc pueris: quæ iterum nupserit, satis castam ducunt, auer suntur ut impudicam tertio nubentem, par in māribus offensa. Puellæ à tergo capillum promittunt ceterum matrimonio locatæ sedulo abscondūt. Viri supra aures tondentur, datur probro huic sexui omnis capillorum cultus. Gens uni uersa in uenerem prona, ac bibacissima: hoc laudis loco ponunt, alterum licere arbitrantur, modo id fieri contingat citra omnem cōnubii offendam: foenerant uulgo, nec fraudi cuiquam, ne sa cerdotibus quidem. Pars multo maxima Russi norum seruitutem seruunt, nec inuiti: multi quidem & in his nobiles etiam se, coniugem, & liberos uenditāt: aut quia sic maiore otio fruūtūr, aut quod maiore uoluptate. Antistites sacrorum Gr̄ canico ritu nigro amiciuntur pallio, horum primores albo, ferunt hi bullam ad pectus suspensam, & tabulam præceptis diuinæ legis in scriptam: minor es sacerdotes & ipsi Gr̄æce uestiūtūr sacræ uirgines, quod unum genus in ea gēte est, ex Antonii abbatis instituto nigra stola amiciuntur. Est & suus sermo genti, Scythicus uero, an aliis parum compertum habeo. Sunt & literæ nō multū à Gr̄æcarum figura abhorrentes. Musicen & Gr̄æmaticen discunt utrang; Gr̄æce, cæteras artes uulgo aspernantur: de summa fidei cū Gr̄æcis sentiunt, par in cultu cærimonia, & in coelites ueneratio. Iudicia exercet duodecimi numero ui ri, unus

Rutheni ut plu
riūm seruūt

Sacerdotū has
bitus.

sermo.

Musica et grā
matica tantum
discuntur.

pi: unus aliquis è collegio cognoscit causam, cri-
menue, cognitū ad collegas defert; interdum ad
regem. Si res maioris est ponderis, quā ut pro
collegio vindicari possit: si reus nequeat conuin-
ci, parum ue liqueat factum, cum accusatore co-
gitur de uita dimicare: atq; ita uictor dupliciti pe-
cunia donatur, qualis fuerit aestimata. Agrorum
cultum oppido exercent, equis arant, ager fera-
cissimus præterquam uini. Ceruifiam potum ex
milio, hordeo, atq; humulo decoctum porant, &
idem ferè totus septentrionis. Ex canabi, papauere,
nucibus oleum conficiunt: ciliuam non ferr Ru-
siana regio, neq; ex ea arbore liquor aliunde in-
uehitur. Varia alia animaliū genera, & in his ple-
raq; pellium aestimatione nobilia, quoru aliquā à
ueteribus celebrata: piscium ingens copia, & in
his Seldis nobilissimus, ex Pareslausco lacu, per
quam similis iis, qui in Benaco capiuntur. La-
cus in Ruthenia illustres septem, flumina insi-
gnia nouem: & in his quem Borysthenem esse
suspiciari liber, ob ea quae de ipsius magnitudine
est & natura prædicant.

Causa dubia
monomachia
probatur.

Ceruifia totus
septentrionis po-
tus.

De Lithuania & Lithuanorum uita. CAP. VII.

Lithuania est Poloniæ ad ortum connexa no-
ningentoꝝ millium passuum circuitu, ma-
gna sui parte palustris, plurimūq; nemoro-
sa: & ob eā rem difficilis aditu, ac quodammodo
inaccessa, aquis palustribus cūcta obtinentibus:
hyeme commercia cū Lithuanis habiliora, palu-
dibus & stagnis alta glacie cōcretis niueq; super-
infusa, sunt omnia mercatoribus peruia: ut uelut
alto mari, quādo nulla sit certa uia aut semita, sy-
dera signent iter. Rara in Lithuania oppida, villa-

Lithuania tota
palustris, hye-
me tantum ap-
cedenda.

M

rum incolatus infrequens: Accolarum diuitię pecora pellesq; multigenum ferarum, ut Zobelli
 Lithuanorum nā sunt, atq; Harmelinæ: quibus regio insignis
 ferarum pelle ster scatet: cæræ ac mellis abundans, usus pecuniae genti nullus, inter se marronç palam concubinos habent virorum permisso, quos connubia vocant adiutores, contra pellicatus viris probrodatur. Soluuntur facile matrimonia mutuo consensu, & iterum atq; iterum nubūt, adeo gens una cæteris mortalibus diverso uiuit ritu, ut non absurdum sit illud Aristippi: Honestum non natura, sed consuetudine constare. Vini rarissimus, usus, panis nigricans non cribratus, armeha usitū præbent, multo lacte utentibus. Sermo genti, ut Polonis, Sclauonicus: hic enim sermo quam latissime patet, ac plurimis quidem gentibus communis est: ex quibus quædam Romanę ritum ecclesiæ sequuntur, ut Poloni sunt, Dalmatæ, Croatiæ, Carnicæ. Alii græco ritu sacra peragunt, ut Bulgari, Rutheni, & ex Lithuanis pleriq;. Nonnullæ ab his diuersæ proprias hæreses habent, ut Beimi sunt, Moravi & Bosnienses. Huslitarū quædā obseruant delirium, pars multo maxima Manichæum: quædam adhuc etiam gentili cæcitate tenentur, idola colunt, quemadmodum multi ex Lithuanis. Hieronymus Pragensis, qui Eugenii quarti pontificatu in ea terra Euangelium prædicavit, quiq; gentis illius ritus & mores ad id tempus minus notos nostris hominibus demonstravit, dicebat Lithuanorū quos dā, ad quos pri
 Serpentes domū puenisset, domesticatim serpentes habuisse: g
 mesticatim ues bus per se quisq; ut diis penatibns sacrificabantur.
 Cæterum tenuisse se, ut præter unum, qui crematione potuit, à suis cultoribus interficerentur. Alii

igit̄ colunt, captāq; ex eo auguria, Solē nō nulli maller ferrei specie immāni magnitudine, pro prium ducem habent, quem Magnum uocant: specie ueneras persæpe tamen regi Polonorū subditi. Caput tuus. regionis Vilna est, Episcopalis ciuitas tantæ magnitudinis est quantæ Cracouia cum suburbis omnibus, domus contiguæ in ea non sunt, sed ueluti in rure horti intermedian, & pomaria. Duo fortissima castra habet, unum in monte situm, inferius in planō alterum. Distant hæc ciuitas à Cracouia, 120. militari bus. Tartari quidam circa Vilnam in assignatis pagis habitant, qui agros nostromore coleentes laborant & merces ueheunt, Tartarica lingua loquuntur: Mahometum & sectam Sarracenorum profitentur.

De Liuonia, Prusia, & militib. Maria nis.

CAP. VIII.

Liuonia ueræ fidei cultrix, Rutheniae ad septentrionem prætenta, & ipsa Sarmaticis finibus: Tartari Scythicū hominū genus crebrius incursant. Liuonianos ad Christi cultū milites nostri traxere, quum antea nullū nisi malorū dēmonū nouere, sēpius uario euētu de regni possessione i ea terra bellatū. Sarmaticū mare ab occidente, siinusq; i cōpertæ magnitudinis, cuius ostiū ab occidente est, non procul à Cymbrica Chersoneso, quam Daciam hodie uocant. Circa sinū ad septentrionem semiferæ gentes sunt, cū qbus nullum est linguæ commercium, nutu & signis pmūrū merces. Prusia, unde Pruteni, terra hodie Germanæ & Sarmatiæ particeps à meridie illi occurrit. Eam terrā, si Ptolomæus uerus autor est, Vistula pluit à Torno oppido Gedanū usq; quo i loco Baltheo mari infunditur: ad Sarmaticū oceanū

Milites Marianū

Cymbrica

Chersonesus.

hodie Dacia.

M ii

extesa citra vistulam, ultra Germaniae est, ad orientem solem & meridiem Massouitae sunt, & Poloni accolunt: ad occidentem Saxones. Prusiae solum ferax est, maximeque frugiferum, irrigum, freques cultus: Regio amoena & pecoris abundans, pescatus venatioque multa. Ulmerigi eam terram tenuere, qui Gothi ex Scandinavia insula egressi sunt in continentem, ut Iornades scripsit. Ptolemaeus A maxobios, Alannos, Venedes & Githones penes Vistulam habuisse autor est, Malorum & haec cultrix fuit demonum usque ad secundi Federici tempora. Deiparini milites, qui & Mariani dicuntur, Post Ptolemaidem in Syria amissam in Germaniam reuersi, viri videlicet nobiles & rei militaris periti, ne per ocium marcerent, eundem accedentes, Prusiam Germanie conterminam Christi cultam spernere dixerunt: saepe illius gentis homines in Saxones ceterosque vicinos excurrere, in gentem vim pecorum abigere, esse in animo si bi compescere barbaram gentem, annuat tamen Imperator, prouinciamque fratribus perpetuo iure possidendum tradar, si eam armis acquirant. Iam enim Massouitae duces, qui eius se terrae dominos affirmabant, ius suum fratribus concesserant. Grata oblato Federico fuit, qui collaudato proposito, quas voluere fratres sub aurea bullae literas concessit. Illi sumptis armis breui tempore quicquid Prutenici iuris circa & ultra Vistulam fuit subegere: subactam ac bello quæsitam, ultra dictiois fecere. Vista gens Christi fidem complexa est, & cum fide Teutonicam linguam. Fuit ad Vistulam anno quercus, ubi vixtrix ges, a principio castallum erexit, mox ut sunt res hominum, que tenui principio in maius laugetur, oppi-

Ulmerigi.

Gothi ex Scandinavia.

Deiparini missi.

Prusia quomodo ab ordine Teutonico acquisita.

Massouitae duces.

dum frequenti cultu adoleuit Mariæburgum di- *Mariæburgus.*
 xerunt. Caput gentis est, atq; sedes eius, q; vniuer-
 si ordinis magisterio fungitur. Sacrae huius mili- *Ordo militem*
toniae origo Teutonica est, nec quisquam nisi Teu *Teutonicorum*
tonicus his sacris initiatur: atq; idem claris ortus
natalibus, & cui proponitur, ut aduersus sacratis *Vestes corādē.*
simæ crucis hostes paratus sit omni tempore di-
micare: albo pallio amiciuntur, nigra cruce insu-
ta. omnes alunt barbam, præter eos q; sacris ope-
rantur, & sacerdotes sunt. dominicam orationem
milites ipsi pro canoniceis horis usurpant: neq; li-
teras discunt: diuinitis abundant: nec minor q; re-
*gibus potentia. Sæpe cum Polonis de regni fi- *Potentia ordinis*
nib. acceptis atq; illatis cladibus concédere, nec *Teu.*
totis viribus belli fortunam experiri recusaue-
runt. Est Prusiæ arg: Lithuanie contermina re-
*giuncula, quæ Samogithia dicitur, syluis & flu- *De Samogithia*
minibus circumsepta, quinquaginta milliarum *et gentis moris*
longitudine: cuius gentes proceræ & pulchræ
staturæ, agrestes ragen, moribusq; inculti. Matri-
monia plura celebrant, & absq; sanguinis respe-
ctu, patre mortuo, filius nouercam, fratre frater
glotem in uxorem accipiunt. Æs nullum habet,
humiliter ædificant, ex limo culmoq; ruguria in
carinarum aut galearum formam. in quorum cul
minibus fenestratam vnam faciunt: tam patetem,
vt toti ædificio lucem superne præbeat. Focus
perpetuo igne in singulis vnis, circa quæ fami-
lia vniuersa sedes, nō solum vt cibos coquat, ueze
atia vt vehemens frigus, quo pro maiori anni par-
te terra hæc cōgelata constrictaq; iacet, propel-
lat. Vaporaria seu stubas hæc nullas. Gens ad di-
uinatione & auguria inclinata, precipuum ei[n]u-
mē ignis, quem sacrosanctum perpetuumq; esse *Divinatione*
*cāt Samogithia***

persuasum habuere, qđ in aedito colle ad fluvium
Neuyaſa affidua lignorum suggestione per sacer-
 dotem aleretur. Vladislaus Poloniæ rex, qui eam
 ad Christi fidem compulit, illum vna cum turri,
 in qua cōseruabatur, extinxit, desecit & syluas
 quas non minori religione quam ignem sanctas,
 proq; deorum habitaculis, Sarmatæ (iuxta poen-
 euz illud, habitarunt dii quoque syluas) colebāt,
 & nedium syluas, verum quoque qcqd eas subiis-
 set sanctum minimeq; violandum censebant, vt
 aves erant & feræ. Malorum dæmonuz prestigio
 Supersticio gen violantes eas statim in manibus & pedibus cōtra-
 tis admiranda. hebantur. Erant in his syluis singulis familiis su-
 us focus & sacra domus constituta, in qbus defun-
 ctorum suorū corpora cum equis, sellis, & meliori
 eorum vestimēto cōburere mos fuit. Conuenire
 eos noctu credebant, ideoq; sedilia ibi ex subere
 contexta disposita, in qbus optimus medo, escaq;
 ex pasta in casei forma omni tēpore large submi-
 nistrabatur, vt ipsis vescerentur. Prima Octobris
 die in his syluis maximum festum peragebant, ex
 omni regione vniuersus populus congregatus,
 queq; familia in sua casula cibo & potu, vt melius
 potuit, patrio instituto indulgebat, tum ad focos
 diis imprimis quem Perkumo, id est tonitrum di-
 cebant, libabant. Cum Lithuanis & Polonis lin-
 guam vnam habent, nam & Polonico sermonis
 sacerdotes eis in ecclesiis prædicant. Romanæ
 ecclesiæ morem obseruant, licet Rhuteni alii ad
 meridiem & Moscovitiæ ad Septentrionem habitâ-
 tes Græcorū ritum teneant, obedientiamq; nō Ro-
 mano verum Constantinopolitano pontifici pro-
 mittant. Ad Septentrionem his Moscouia præte-
 ditur terra quadringentorum miliariorum pa-

Festivitas.

Sermon.

Moscouia.

tens: argento diues, tam valido vbiq; preſidio
concluſa, vt ne dum aduenæ, verum indigēt
absque literis ducis exire atque intrare non pos-
ſint. plana omnino regio est, non montosa, nemo
roſatamen, & vt plurimuz paludoſa, plurimisma
ximis fluminibus Occa, Volha, Dzuina, Bory-
ſtheneq; & Dineper irrigua: pſcib⁹ ob id variis,
& feris abundat, quemadmoduni Lithuania, à
qua non multum discrepat, niſi quod frigidior
eſt, ga Septentrionalior. Vnde pecora parua ha-
bet, & communiter mutila. Moscua metropolis re-
gionis duplo maior quam Praga Boemie: lignea
ut aliae ciuitates, ædificia habet, multas plateas
ſed dispersas latissimi campi interiacent. Moscua
amnis ipsam interſecat. arx in medio vrbis in pla-
no ſita, ſep̄decim turribus & tribus propugna-
culis adeo pulchris & validis, ut ſimilia vix re-
periantur. Sedecim in ea arce ecclſie, quarum
tres sanctæ Mariæ, sancti Michaelis, & sancti Ni-
colai murate, cæteræ omnes lignæ. Tres quo
que in ea ampliſſimæ curiæ in quibus nobiles
aulici morantur: palatium in quo dux eſt Italico
more constructum pulcherrimum, ſed non am-
plum. Multos nobilissimos ducatus habet, ex qui-
bus ingruente bello plusquam ducenta millia
hominum duobus aut tribus diebus contrahun-
tur. A qua genti potus & meda liquorq; fermenta
ratus, quem quafferz vocant, arant ligneo aratro:
frondibus arborum aut spinis apricant: ſegeres
propter longum frigus, raro matureſcunt: ideoq;
in ſtubis deſiccant, traturantq; aromatibus &
ſublimatis calfactoriis contra frigus variis vntu-
tur. De auena & melle aquā ardētē ſue ſublima-
tum faciūt, & lacte eſt, adeo forte, vt ſæpius ab eo

flumina
Moscouia.

Moscua ciuitas
maxima.

Moscua amnis

Arx ampliſſimæ

Potus Moscoui
tarum.

Frigoris cura-
tio.

Ebrietatis est ipsi inebrientur. Vino & oleo carent: Ne inebrientur pena multa inebriantem potum omnem terræ princeps capit. poena prohibuit: bis aut ter tamen in anno conceditur. Monetam habent argenteam maiorem & minorem, non rotundam, sed quadrangularē oblongam. Dzuuingis hanc dicunt. Sclauonica lingua loquuntur. Sectam & religionem cum Græcis vnam obseruant. Episcopi eorum Patriarchæ Constantinopolitano subsunt, & ab eo confirmationem postulant. Christum adorant, præter Kosanenses, qui cum Saracenis Mahometum venerantur. & Scytha quodam alios, ad Septentrionem, qui linguis propriis loquuntur, & idola colunt. Imprimis vnum, quod Zlota baba dicunt, id est, auream vetulam, tanta venerazione, ut nemo id pertransierat quin saltem pilo ex veste tracto, si aliud nihil habeat, coram eo prostratus pro oblacione proiciat. His populis quis sermo sit unus, Sclauonicus videlicet, est ramen adeo impar, & externis linguis hic & alibi confusus, ut mutuo se non planè intelligent. Idolatriæ tempore pontificem maximum vnum habebant, quem Criue nominabant: in ciuitate Romœ (à Roma dicta) habitabat. Communis gentibus illis mos est, ut non solum seruos ut pecora, sed etiam filios, semetipsos vendant, & abducere q̄ longissime pariantur, ob viuctus tantummodo sufficientiam, quāvis grossissimis cibis vescatur.

Lingua.
Religio.

Scytha idolo,
Iatze.

Zlota baba i,
dolum.

Sclauonica lin-
gua aliis linguis
vitiata, et cons-
fusa.

De Polonia, Polonorumq; recentibus morib; Cap. IX.

Polonia Europæ regio, vasta & plana, vnde & hoc nomine accipit, significat enim Sclau-

nica lingua, qua & ipsa vtitur: Pole planum. Sar^m, Sarmatia. . .
 matia alio nomine vocata. Hæc Slesiæ ad occidē
 tem cōtermina est, Prutenis & Massouitis à septē
 trione ab oriente Ruthenis, à meridie Hunga-
 ris, Carpato monte, quem Crapak accolæ vocat,
 interiacente, hæc in partes duas diuiditur, qua-
 rum quæ Saxonibus Prutenisq; vicina est, maior
 Polonia dicitur: altera Hungariæ ac Russiæ obie
 età minor vocatur. Regnum vniuersum in qua-
 tuor velut regiones diuisum, quas in orbem Rex
 quorannis inuisit, singulæ ternis mensibus alunt
 Regem, regiumq; comitatum: cæterum si casu cō-
 cilio ueis in vna regni parte diutius esse perseue-
 rauerit, nihil debetur ipsi amplius. In Cracouia
 celebri & amplissima vrbe regia est, totiusq; regni
 gaza. cæteræ ciuitates parum nitidæ sunt: ex
 maceria domus ferè omnes compositæ pleræq;
 luto collinitæ plaga regionis nemorosa, Gens in
 vniuersum prudens, multaq; comitate in hospi-
 tes: bibacissimum genus hominum, vt totus Se-
 ptentrio, sed ratus vini vsus, ignotusq; genti cis
 vinearum cultus, factitia ex tritico, alijsq; generi
 bus seminum potion in vnu est, solum ferax^r, triti-
 ciq; abundans. Est & pascuis idoneum, armenta
 late pascuntur, venatio multiplex, equus sylue-
 ster ceruino cornu, bos ferus, vrum Romanī vo-
 cant. Plumbum dntaxat ex omnibus metallis
 fodiunt Poloni, & salem saxonum duritie, nullūq;
 toto regno vberius vectigal mellis copia tam in-
 gens, vñ non satis illis atq; Ruthenis loci sup sit.
 quibus illa recondant arbores nang^o oës & syluæ
 aluearibus mellificantium migrant. Literarum
 figuratio ex gentili & græcanico mixta, promi-
 cuus & fidei ritus, inter Romanum & Græc.

Europæa.
Termini, Polos
niz.
Polonia duplex
major et minor
Cracouia Polos
notum regia.
Gens Polonica
prudens et cos-
mis.
Salis fodine:
Mellis vectigal
Literæ.
Fidei ritus.

Veritus. ēū: viroꝝ & mulieꝝ vestitus Græcanico similis,
De Hungaria Hungarorumq; viuendi
institutis. Cap. X.

Hungaria fines.

Hungaria nunc sanè ea regio est que olim
Pannonia fuit, licet hæc hodie illius fines
in tosum non impletat, nec tam latè quona-
dam patuit, q; hodie Hungaria. Enim uero à Lay-
tha flumine inferiorem tantum Pannoniā usq;
ad Sauum amnem complexa, ultra Danubiuꝝ Po-
loniam attingit, terramq; complectitur, quam Ge-
Gepidae & Da- pidæ & Daci tenuerunt: paterq; Imperium gētis
ci. multo latius quam terræ nomen. Erat hæc terra,
vt prisci rerum scriptores habent, nouem circu-
lis, quos hagas Germanica lingua dicimus, circu-
lata, quorum singuli ita stipitib; quernis sine fa-
gimeis vel abiegnis extructi erant, vt de margi-
ne ad marginem viginti pedum spacium tende-
retur in latum, totidem erigeretur in altum: ciui-
tas autē vniuersa aut durissimis lapidibus aut te-
nacissima Creta repleretur: porro superficies val-
lorū eorundē integrinī cespitibus tegeretur.
Inter quorum confinia arbusculæ plantatæ erāt,
quæ abscisæ proiectæq; ut plurimum herbas &
frondes proferebant. De primo autem circulo
ad secundum viginti milliaria Teutonica proten-
debantur, & inde totidem ad tertium, & ita usq;
ad nonum, quamvis aliis alio semper contractior
erat. Intra hos aggeres vici villæq; ita constitutæ
vt ab una ad aliam mox hominis audiretur. Ae-
dificia validissimis muris præmunita, portæ no[n]
satis latæ propter hanc causam ut per eas latro-
cinandi gratia quaqua versum exire ingrediq;
facile possent. Tubarum clangore unus circu-
lus alteri cuiusq; rei certa signa dabat Pannones.

Pannones.

ab initio eam terram tenuerunt, Pæones olim di- Pæones.
 eti. inde Huni habuere, gens Scythica. Mox Go Huni.
 thi ex insulis Germanicoceani profecti, post Go Gethi.
 thos Longobardi ex Scandinavia etiam oceani Longobardi
 insula, nouissime Hungari ex alia Hungaria Scy Hungaria;
 thica egressi, que nō longè à Tanais ortu extat. Scythica,
 & Iuhra hodie dicitur: misera adhuc regio, ut
 potè sub frigidissimo cœlo iacens, duci Mosco-
 uiæ tributaria. Non tamen aurum argentum ue-
 quibus omnino carent, sed preciosas animalium
 pelles Sabellorum scismorumq; pendunt hoies;
 Non arant, non seminant, neq; panes habent: fe-
 rarum carnibus & piscibus vescuntur: aquam po-
 tant: sub ruguriis ex virgultis contextis inter de-
 fas sylvas humiliter habitant, unde fit ut hoies
 sylvestribus feris cōmorantes, vestimentis se non
 laneis neq; lineis induant, sed pellibus nuper aut
 lupo aut ceruo vrsō ue detractis. Solem, lunam,
 astraq; alia alii adorant, & quicquid eis primum
 occurrit. Propriam linguam habent. Corallia pi-
 scantur & balenas, ex quarum cute rhabdas bur-
 fasq; faciunt: axungiam pro impinguatione ser-
 uata exteris nationibus vēdunt. Mediocris tumo-
 ris montes ad eam partem qua oceano incumbit
 haber, quos pisces quidam Mors vocati détibus
 se promouendo scādentes, dum superiora nocti
 ulterius nituntur præcipites decidunt, & moriuntur,
 eos illi colligunt eduntq;, dentes quos latos
 & albos valde habent reseruant, & mercatoribus
 pro mercibus aliis permutant. Manubria cultello
 rum ex illis optima paratur. Habet Hungaria no- Fines Hungar.
 stra ad occasum Austriam & Boemiam, ad meridiē- ria;
 Illirici partem quæ Adriatico est pelago obuer-
 sa, ad orientem solem Seruiam, quam Triballi &

Budavrbis regia. Misii tenuerunt, nunc à quibusdam Sagaria vocatam: ad arctum & Boream Poloni, Moschiq; finitimi, Vrbs regia est Buda, à Bada Athilé fratre appellata, Ager regionis quatenus colitur tritico, fertilis est, auro argo argento diues. Mirum est q̄ indigenæ narrant esse in Pannonia rium, in q̄ si saepius ferruz mergatur Cuprum fieri. Viri vestes superne excavant, circa interscapilum linea subtus tunica, circa collum & humeros quodam tenus apprens, quam partem serico & auro ferè omnes exornant, in differens in caliga, cothurno superinducto, capillos inungunt, concinnantq; linea galericulo cōregunt, raroq; nec nisi in otio resoluunt, quinios & à plerisq; Germanis obser-
vatur.

Mullerum Hū, garoz habitus. Muliebris vestitus strictior, & ad collū sub ductus, vt omnia tegantur, tantum lineæ tuniciæ ora emineant, preciosissime ornata, vestibus togam superinducunt, serico caput aut linea cōponunt velamine, ac præter oculos & nasum cætera ferè abscondunt, gemmis & margaritis vulgo vtuntur. Cothurno calceantur viri fœminæq; ad media crura inducto, annum lugent defunctos, & quosdam biennio. Barbam rasif-

Certamine sive tant, præterquam superiore labro. Orthodoxi cōtrouex xæ fidei cultus, ex lege iudicant. Est & alia iudicata dimicatur. cui ratio, si causa anceps sit, nec aliter liquere possit, lis ferro decernitur, reus & actor dimicant. Rex aut qui regis vicem gerit spectat, iudicatq; secundum eum qui superior fuerit. satis viscissim credunt, cuius aduersarius aut pugnam cunctatius inhibit, aut lineis areae, qbus pugnae locus circumscribitur, exciderit. Qui ex equo dimicat Hungaroru' pulacea prius, dein gladio vtuntur. Pedites præter grandis ratio. uerenda, cætera nudipugnat. Suus genti sermo

et si Boemio non multū absimilis. Habent & prius sermo-
uatas literas, sed Romanis libertius utuntur. Fe Litera.
rox hominum genus, & in bello validū, equestrī Ferocitas Hun-
prælio magis quā pedestri idoneū. Regis Imperi gatorum.
rio parent, aut regijs ducibus, Cataphracto equi-
te in bello utuntur, & leui armatura, sed parcus
omnino, turmatim configunt, non tamen toto ag-
mine. Nulla gens Christiani nominis Turcarum
arma magis exercuit. Nulla ab his rursus magis
exercita est, adeo paribus animis varioq; euentu
est semper utriq; bellatum. Alia Hungaria quæ
huius mater est, linguaq; & moribus pene adhuc
illi similis, ritu Barbarico uiuit, idolis seruit.

De Boemia & moribus Boemorum.

CAP. XI.

Boemia Regio, Germaniae limitibus in-
clusa, aquilonis flatibus obiacet, Hunga-
ria illi orientalis est, australis Bauaria,
Noricus ager occiduus, Polonia borealis. Latitu-
do eius longitudini ferè par, trium forte dierum
iter. Sylva Hercynia tanquā nativo muro undiq;
cingitur. Albi fluui media irrigatur, atq; quodā
alio, Multauia nomine, ad cuius ripam Braga sita
est amplissimā urbs & totius regni caput. Solum
hordei & tritici ferax, pabulo pecore atq; pisci-
bus abundant, olei sterilis est, quemadmodum
Germania ipsa uino non omnino caret, cerui-
fiam optimam facit, quæ Viennam usq; Austriae
uehitur. Boemi Germanis licet undique circum-
septi sint, Germanica ramen lingua non loquin-
tur, Dalmatarum aduētu Teutonica illinc pulsata.
Etenim in eis annalibus reperitur, fratres duos
ex Croatia populis egressos alterum in Boemia,

Boemie limi-
tes.

Hercynia syl-
ua.

Albis.

Multauia.

Braga vobis res
gia.

Ceruisia Boes-
mica commen-
datur.

alterum in Polonia confeditse, mutasseq; & gentibus prioribus linguam & terris nomina Volaterrano auctore. Mos uetus & Germanica lingua à plerisq; in hanc usq; diē obseruantur. In tēplis enim plebes sermone Teutonico docētur, in cōmiteriis Boemico. Solis mendicantibns olim libertas fuit, qua uellent lingua populos instruere. Nullæ genti leges sunt, nulla sanctiora instituta, quodlibet licet: q̄ppe Christianæ fidei nō solum non cultus, ut q̄ Valdenſiū sectā amplexi ruerent, tunc auoꝝ nostrorū memoria Hussitarū ueneno infecti, Orthodoxæ fidei cultum pax hodie in tegre custodiunt. Romanum pontificē in ordinē redigunt: negantq; cæteris Antistitibus augustinum esse ac uenerabiliorem, inter sacerdotes nullū discriminē ducentes. Presbyterū non dignitatē, sed uitæ meritum efficere potionem. Animas corporibus excedentes aut in æternas euestigio poenas demergi, aut perpetua consequi gaudia: purgatorium ignem non inueniri, quo aliquādo extinentur. Stultum arbitrantur defunctis parente, auaritiæ sacerdotalis inuentū esse, Dei optimi maximi diuorūq; simulachra medio tollūt. Aquamq; ac cæterarū rerum benedictiones irridēt. Mendicantium religiones malos dēmones inuenisse. Sacerdotes pauperes esse debere sola elemosyna contentos, non opes non pecuniam possidere. Libera cuiq; uerbi dei prædicatio em patere. Nullū in capitale peccatum, quārumuis maioris mali uicādi gratia tolerandū. Qui mortalis culpe reis sit, eum iudicāt, neq; debere seculari, neq; ecclesiastica dignitate potiri, nec etiā parēdū esse ei. Confirmationē & extremā unctionē inter ecclesiæ sacramenta minime teneri. Auricularē cō-

Lingua germanica in Boemia

Valdenses.

Errores Boemorum.

Boemi non parent.

Benedictiones rerum irridēt.

Peccatum mortale tolerandum non est.

fessior res nugace, & superuacuam esse, sufficere,
 in cubili aut alio secreto loco sua queng; deo pec-
 cara cōfiteri. Baptisma fluualis undæ nulla inter-
 iecta sacrī olei mixtura recipiēdum. Coemiterio
 rum inanem usum, quæstus tantummodo causa
 repertum, quacunq; regantur tellure humana
 corpora nihil distare. Templo dei late paten-
 tis ipsum mundum esse, coartare maiestatem eius
 qui ecclesias monasteria oratoriaq; construunt.
 Sacerdotales uestes, altarium ornamenta, pallas
 corporalia, calices, patenas, uasa huiusmodi
 nil habere momenti, sacerdotem quocunq; loco
 quocunq; tempore sacram Christi corpus confi-
 cere posse, perentibus ministrare, sufficere si ver-
 ba sacramentalia tantum dicat: suffragia sancto-
 rum in coelis cum Christo regnantium impetra-
 ri, in Canonicis horis cantandis discendisq; fru-
 stra tempus teri. Nullo die ab opere cessandum
 esse existimant, quam quæ dominica nunc appellatur.
 Celebritates sanctorum reuiciædas Ieiuniis
 quoq; ab ecclesia institutis nihil inesse meriti. Fa-
 ma eit etiam Boemorum sacerdotes infantibus
 ipsis & cunctis aliis indifferenter sub utraq; specie
 corpus Christi ministrare, hostia, quam qua nos
 utimur aliquantum grandiori, Georgius Pogge
 bratus huius instituti autor fuisse dicitur. Picar-
 dus quidam ex Gallia, gentem alio delirio infe-
 cit, is non paruam virorum mulierumq; Plebē
 contractam nudam incedere iussit, Adamitas
 vocauit, autor omnis licentia, uenus publica &
 mixta reliqua horrenda auditu criminata hoc du-
 ce cooperant, & in quibusdam locis adhuc dura-
 re, sed occulte, à multis dicitur. Nā subterraneos
 Boemorū quidā (qui ex hoc Gruebenhamerap

Sacramentum
eucharistie.

Celebritates
sanctorum.

Infantes Boes
mi cōmunicat.

Nefandus Boemorum ritus.

Bacchanalia
olim in Italia
celebrata.

Hæresis Boemorum iniuncta.

Germania ve
teres limites.
Quid accedit
Ger.

pellantur Sacra operaturi subeunt, inter quæ cù
à sacerdote pro more illud Genesis pronuncia-
tur, Crescite & multiplicamini, ac replete ter-
ram, lumina quæ ibi habentur, continuo omnia
extinguuntur, & tunc neq; ætatis ulla, neq; san-
guinis attenta reverentia promiscue uiri & in
quam per tenebras quisq; Incidit mulieres co-
gnoscunt, peracto scelere quum in locum suum
se quisq; receperit, luminaria rursus incendunt,
& sacrum peragitur. Est execratus hic damna-
tæ gentis ritus non multum diuersus à baccha-
nalibus illis quæ in Hetruria primo, mox Romæ
etiam noctu, multa uini & epularum crapulatu-
lieres maribus mixtæ in abdito celebrauere, nul-
lo neq; sexus, neq; ætatis respectu habito ad pro-
fusua puerorum ac marronarū stupra, atq; alio-
rum flagitorum, quæ ex ipsis tanquā ex officina
quadam prodibant: quorum sacrorum capita Q.
Martio Philippo & Posthumio Albino consuli-
bus Romæ capitali sunt supplicio affecta, ut scri-
bit Sabellicus Enneades, lib. 7. Hanc Boemorū
impietatem nefandam hæresim quatuor reges
Venceslaus, Sigismundus, Albertus & Vladis-
laus extirpare non potuerunt, quamuis saepius
totius uiribus attentarunt.

De Germania, & institutis eorum plu-
rimis. CAP. XII.

Germania Regio Europæ amplissima, tota
septentrionalis, à Gallis olim Rheno fluuo
divisa fuit, à Rheto & Pannonibus Danu-
bio, à Sarmatis Dacisq; mutuo metu & móribus
separata, cetera oceano ambiéte, hodie extra hos
fines Rhætiam, Vindelicia, Noricæ, & superiorē
Pannoniæ, Alpes, partemq; Illiria, & usq; ad Tri-
dentina

détina claustra Germania obtinet: Belgæ quoq;
 ferè tota natio Galici quondam iuris omnisq;
 Rhenus in Germaniæ nomen linguamq; con-
 cœlit, ut iam se Gallos dici nesciant, si audiant
 indignentur Heluetii quoq; in germaniæ nomē
 & linguam tempore labente transfiere. Itaq; ma-
 gnam Galliæ Transalpinæ partē ipsa Germaniæ Prusia germaniæ
 sibi uendicauit. Prutenos ferocissimam gentē & uia uendicauit
 idolis deditam intra trecentesimum annū ex in-
 fidelium manibus milites Teutonici ui & armis
 rapuerunt, ubi & lingua Teutonica introducta
 est, & Christi cultus genti imperatus unde habi-
 ta ad primæuos illius terminos consideratione,
 uidebitur certè illa sibi ferè plus soli extra usur-
 passè quā intus prius continebat. In duas uelut
 partes ab initio tota Germania diuisa fuit, ut que
 Alpibus propinquior est, superior sit Germania Germania du-
 appellata: altera ad septentrionē atque oceanum plex.
 uersa, inferior. Durat hæc partitio sub Alemaniq;
 appellatione (quæ à Lemano, ut quidam autu-
 mant, lacu est) in hunc usque diem. Prouincias Alemanniæ
 tam hæc quam illa multas habent: superior à Mo-
 gano flumine, quod Franconiam perlabitur, ascē-
 dendo Bouariam habet, Austriam, Styriam, Arthe Prouincias Ger-
 sim, Rhætiam, Heluetiam, Sueviam, Alsatiæ, maniæ multæ.
 prouinciam Rhenensem, Moguntia cū adusq;.
 Inferior, Franconiam, cuius magna pars meri-
 diem uersus etiam in superiorem protenditur,
 habet, Hassiam, Lotharingiam, Brabantiam, Gel-
 riæ, Selaniæ, Holaniæ, Phrisiam, Flan-
 driam, Vestuariam, Saxoniam, Daciam Peninsu-
 lam, Pomeraniæ, Liuoniæ, Prussiam, Slesiam,
 Morauiam, Boemiam, Mysnam, Marchiam, Tu-
 ringiam. Fuit Germaniæ terra ab initio, ut Cor-

Terra germana; nelius Tacitus scribit, & si aliquando specie differe
hix olim horri rebat, in uniuersum aut sy luis horrida, aut palu-
da et infocuda dibus infocunda, humidior qua Gallias, uento
sior qua noricum ac Pannoniam aspicit: frugifer-

Germania Iau- dices, rarum arborum & omnis culturæ impatiens ste-
rilis, pecorum tamen foecunda, sed plerumq; ini-

procerorum. auro atq; argento immunis, & pro-
pterea uilis despecta q; ab omnibus. Hodie re-
gio adeo amoena est, adeo pulcherrimis nitidis,
simisq; urbibus, castris, & pagis passim exornata
exculta, ut non Italiae, non Galliae, non Hispa-
niæ ipsa cedat. Coelum satis clemens habet, Ca-
pi fertilitatem optandam. Sunt colles aprici,

Fiumina ger- mania; nemora opaca, frumentorum abundantia, uitæ
feri montes, clarissimi annes, Rhenus, Danu-
bius, Mogenus, Albis, Neccharus, Sala, Odera, &
multi alii fluuii, & riuī lymphidissimi totam ter-
ram rigantes. Sunt fontes dulcis aquæ, sunt
thermæ calidæ, sunt mineræ salis plurimæ: me-
tallorum item fertilitate nullis terris cedit. Uni-

Divinitates germa- nia; uerfa & Italia, Gallia, Hispania, argentum ex ger-
maniæ negotiatoribus fere omne habent, metal-
laq; nō parum multa, nec auro est priuata. Quod

si hodie priscorum quisquam ab inferis resurge-
ret, ac oculis intima regionis contemplaretur,
nunquid non multum is nuraretur? aut quid di-
ceret tamen, si uideret quanta nunc esset loco-
rum salubritas, cœli humana temperies, uber-
tas soli, uini frumentiq; quanta copia, arborum

Germania qua- tam exculta. conditiones, quis splendor urbium, templorum
sacra, & erga deum religio, urbanitas ciuium, ue-
stitus hominum, rei militaris peritia, apparatus
bellicus, cetera q; ornamenta Germanorum, no-
bilitasq; quam sincera, profecto, utreor non di-

teret terram informem, asperam cœlo, tristem
 cultu. uideret sanè quam uerum sit illud, quod
 dicitur, Sæpius bonam materiam cessare sine ar-
 tifice. Nam etsi aliis regionib. mitior hyems sit
 fructusq; nobiliores, minus tamen æstus tempe-
 ratus est unde & frugum corruptio: ad de ani-
 malia uenenosa, & alia ad humani generis per-
 niciem intentissima. difficultis satis erit iudicatu,
 quæ cuique prouincia comparanda sit, quæ an-
 referenda. Dicta autem est Germania recentio-
 ri appellatione quod eius populi ferè omnes in Germania uns-
 ter se perinde ac fratres, pares existeret tum cor de appellata.
 porum dispositione, sum moribus atq; uiuendi Autor gentis.
 ritibus, prius Teutonia à Tuiscone Noe filio, &
 Alemannia à Manno eius filio, qui gentis au-
 tores conditoresq; memorantur, uocitata fuit,
 Quamuis pleriq; gentem indigenam, id est, in Germani indi-
 de genitam nec aliunde profectam arbitrentur, genæ.
 & eius opinio his hic est, qui ita uersificatus est:
 Gens inuicta manet toto notissima mundo,
 Terra ubi se deuixa globo dimittit in arcton,
 Solis & algoris patiens, duriq; laboris,
 Ingratignauam uitæ tolerare quietem:
 Indigena haud alia ducens primordia gente,
 Sed cœlo producta suo Demogorgonis alius
 Protulerat: patulas ubi cuncta creata sub aura.
 Germanos uocirant Itali, Graii sed Adelphos,
 Quod fratum soleant inter se uiuere more,
 Nomē nobilibus quod adhuc uenerabile nostris
 Pectoribus, similes ingentes corporis artus
 Prodigia cui natura dedit, per lactea colla
 Candida proceris tollentes corpora membris.
 Flauacoma est, flauentq; oculi, flauoq; colore,
 Temperie iustum retinent sua membra staturam

Téperata Gens
mania

Vox habitū mētis cum gestu & pectora prodit,
 Vox quæ nil muliebre sonat, sed tota uirilis
 Martia crassiloquo restatur corda palato,
 Commune his studium uenari, equitare, uagari,
 Atq; suum uarias uictum quæsisse per artes:
 Vel bacchum uiduis crescentem iungere palis,
 Aruaq; quadriugo proscindere pingua aratro
 Nec patrio tepusse solo iuuenilibus annis,
 Sed mox doctiloquæ præcepta adiisse Mineruç,
 Vel uaga ueliferas duxisse per æquora naues,
 Atq; siis terris uarias adducere merces.
 Ne censere nefas animum intendisse rapinis,
 Dum fera belligeri meditantur Prælia Martis,
 Atq; illum regum celas quæsisse per aulas,
 Quatuor ad fines quas Teutonis ora coecer:
 Siue per Hercyniæ nemorosa cacumina syluæ,
 Dentatos prosternere apros, syluisq; uagantes
 Aeripedes ceruos, ursosq; agitare feroce,
 Vngibus accipitres trucibusq; iubere rapinas
 Tollere, & euulsas dispergere in æthera plumas.
 Hinc animus dubiis audens se credere rebus,
 Nec segni stolidusq; mori, roseumq; cruentem
 Pro patria & charis certans effundere amicis:
 Atq; auditus cædis, si qua ulla iniuria læsit,
 Quiq; fidem sancto & constanti pectora seruet
 Religionis amans, superumq; & cultor honesti,
 Et ueri iustiq; tenax mens consona labris,
 Ficta coloratæ fugiens mendacialinguæ,
 Pæliu inituri Germani sacrum hymnu Her-
 culi canebant, quem uolebant aliquando in eam
 terram uenisse, graui & terribili sonitu, non disso-
 no, cæterum ad terrorem quæsitopugnâ capes-
 sebant. Truces oculi pluribus ac cærulei, rutilæ
 tamæ, proceræ corpora, ad primos impetus subi-

Hercules in Ger-
mania fuit.

et & præceps natura. Ceterum laborum opere. Auri et argenti
 rumque impatiens. Sitim & æstum ut Galli non Germanis usus
 ferunt, frigorū patientissimi. Auri & argenti olim nullo
 ti his olim usus nullus. Argentea uasa eorum
 legatis data, aut principibus muneri missa, non
 minori contemptu quam fictilia tractabant. Com
 merciorum usu aurum & argentum ab his pri
 mo receptum. Credita & à quibusdam tellus ip
 sa talium metallorum expers, quin & ferri inops:
 quo accidit, ut olim rari uerentur gladiis in
 prælio, sed longiori hasta, quam ipsi frammeam
 uocant: & in ea breui ferro, habili telo, siue comi
 nus siue eminus dimicarent. Eques scuto & ha
 sta instruebatur. Pedites missilia spargebant, plu
 ra singuli. Nudi in pugnam, aut breui sagulo ^{Nudi pugnauit}
 uerabantur, nulla cultus occultatione, scuta tan
 tum coloribus, hisque lectissimis distinguebant;
 paucis loricae usus, uix uni alterius cassis, aut
 galea. Equi nec forma, nec uelocitate conspi
 cui: nec in gyrum ut Italici, sed recto tantum
 conatu aguntur. Scutum in pugna amississe præ
 cipuum flagitium, ut sacris & publico concilio ^{amissio ingens}
 excluderentur eiusmodi clade ad secessi. Multa ta
 li infamiae superstites uitam laqueo finierunt.
 Reges nobilitate legebantur, nec his libera ini
 nitia potestas fuit. Exercitus is ductabat, qui
 præcipua uirtute præstarer, quique exemplo mag
 gis, quam Imperio polleret, uincere uerbra
 re animaduertere in quenquam nullius ius esse;
 præterquam sacerdotum, ut non Imperio, sed
 diuinatus flagitia uindicari crederentur. Signa
 quædam Deorum lucis detracta in prælium ge
 stari præcipuum in pugna incitamentum. Omnes ^{Deorum simius}
 suas necessitudines in proximo statuerant, ut in
^{Iachra in præ}
^{lum gestabat.}

suorum conspectu, aur gloriose vincerent, aut eū
 laude caderent: liberi, coniuges, parentes sanctissimi
 pugnæ testes adhibebantur. Ad matres &
 uxores accepta vulnera deferebant: nec illæ &
 numerare & exigere plagas formidabant. Eædē
Matres et libe-
rū in bello.
 cibos hortationesq; pugnantibus suggerebant.
 Proditum memoriae est inclinatam aciem aliquā
 do illarum hortatu restituta. Creduntur ad hæc
 arbitrari aliquid sancti, prouidiq; in sc̄minis es-
 se, earumq; consilia propræa non aspernari, re-
 sponsa ue negligere. Mercurio certis diebus hu-
 manas hostias immolabant. Herculi & Marti ex-
 ceteris animalibus. Sortes & auguria in vſu. De
 minoribus rebus principes ciuitatis consultabat,
 de maioribus vniuersa ciuitas. In inchoanis re-
 bus noua luna aut plena obseruabatur. Noctium
 non dierum numerus supputabatur in ea gente.
 In concilium armati ventitabant: Sententiam ap-
 probaturi frameas concutiebant, id honoratissi-
 mum assentiendi genus: contra aspernari fremitu
 significabant. Transfugæ & proditores ex arbo-
 ribus pendentes: signaui & imbellies atq; infami
 corpore cæno obruti, aut à palude aliqua super-
 iecta crate necabantur, tanquam scelera in aper-
 to ponenda essent, virtus contegenda: nihil publi-
 cè, aut priuatim magistratus agere, nisi armis in-
 structi. In commeatu & affectatione incredibilis
 æmulatio, qui maiori iuuenum glorio stipatus in
 publicuꝝ pcessisset, pcipua celebritate apud suos
 & finitos esse. Turpe & in omni vita infame
 suo duci supersitem in prælio esse, nisi victor is
 ex acie decessisset. Princeps pro victoria, comites
 pro principibus dimicabant. Bella vltro appete-
 re, ytpote quibus omnis à re bellica esset quies

**Magistrat⁹ sem
per armati.**

ingrata, Inertiae & ignaviae dabatur sudore alii
quid querere, quod posset cruore parari. Bello-
rum cura destituti somno & cibo vel fortissimi
quiue indulgebant, domo & agrorum cura fœ-
minis & senibus delegata, ut mirum videri possit,
duo tam diuersa eidem genti adfuisse & inertiae
amorem, & odium quietis. Vicatim plurimum di-
secretisq; domiciliis habitabant. Tegumen fuit sa- vestitus.
gum, fibula, aut si ea defuisset spina consertum:
locupletissimi ueste distinguebantur, non fluxa,
sed stricta ac penè singula membra exprimente:
idem foeminis habitus, qui & viris. Atque Ger-
mani ipsi omnium ferè, qui ad Septentrionem &
ortum habitant, soli vñica vxore contenti ab ini-
tio fuere: quanquam & in his non nulli plura ce-
lebrarent coniubia. Non vxor viro, sed vir vxor
ri dotem comparabat. Nec ad delicias quæreba-
tur cultus, sed iugati boues dabantur, frænatus Adulterii gressus
equus, & scutum cum framea & gladio. Mira in nra.
foeminis pudicitia, nulla spectandi fuit illecebra,
nulla coniujorum ratio, rara in tam numerosa
gente adulteria, cuius conuicta mulier, resectis
capillis, nudatam coram propinquis maritus dos-
mo exactam, toto vico verberibus agebat, pro-
fligatae pudicitiae nulla venia, non ætas, non for-
ma, non opes connubium corruptis conciliare
poterat. Nemo tamen via ridere, id enim secu-
lum corrumpere & corrumpi arbitrabantur. Sic
vnum mulieres maritum accipere, ut vnum cor-
pus & vnam vitam, nec vlla cogitatio vltra, nec
longior cupiditas, tanquam matrimonium ama-
rent, non maritum, plus apud illos boni mores
valuerunt, quam alibi bona leges. Serus in iuue-
tibus vñus veneris, atque eo minus exhausta pu-

libertas: nec connubia virginum properabantur

Homicidii ut ualidior esset procreatio. Homicidium certo
cautatio. pecorum numero luebatur, atq; uniuersa do-
mus satisfactionem capiebat. Coniuctibus & ho-
spitali mensæ supra modum studebant. Nefas
habebatur quenquani domo aut epulis arcuisse.
Gaudebant munerib, nec data imputare, aut obli-
gari acceptis. Diem noctemq; potando continua-
re. Temulentia nulli probro data est. Crebræ
post crapulam rixæ, raro conuitiis, cæde sepius
transigebantur: de pace & bello in conuiuio cō-
sultare, quasi nullo alio tempore simplicius pa-
terent hominum curæ, aut ad res magnas magis
incalcerent. Gens minime astuta, simpliciter
omnia arcana deregere: postridie acta retracta-
bant, ut de summa rerum deliberarent, dum fin-
gere nescirent: decretū uero ferrent, dum erra-
re non possent. Potus ex ordeo in similitudine
uini corruptus: proximi suuorum accolæ ad-
uicticia uina in usu habebant. Cibus simplex,
agrestia pota, recens farina, & lac concretum po-
tus immoderatior. Vno spectaculorum genere
usi; ut nudi iuuenes inter gladios & frameas se
se celeriter expedirent. Exereitatio artem par-
bat, ars decorum. Aleæ a deo studiosi, ut ceteris
amissis nouissimò iactu de libertate contendea-
rent: uictus voluntariam seruitutem adibat, & qua
quam iuuenis & robustus, ligari se & vendi pa-
tiebatur. Annum in hyemem, uer & aestatem di-
uisuni habebant, autumnum uini & ceterarum
ffigū inopia nescientes. In funere lamenta & la-
ludendi amor bat, ars decorum. Aleæ a deo studiosi, ut ceteris
amissis nouissimò iactu de libertate contendea-
rent: uictus voluntariam seruitutem adibat, & qua
quam iuuenis & robustus, ligari se & vendi pa-
tiebatur. Annum in hyemem, uer & aestatem di-
uisuni habebant, autumnum uini & ceterarum
ffigū inopia nescientes. In funere lamenta & la-
ludendi amor bat, ars decorum. Aleæ a deo studiosi, ut ceteris
amissis nouissimò iactu de libertate contendea-
rent: uictus voluntariam seruitutem adibat, & qua
quam iuuenis & robustus, ligari se & vendi pa-
tiebatur. Annum in hyemem, uer & aestatem di-
uisuni habebant, autumnum uini & ceterarum
ffigū inopia nescientes. In funere lamenta & la-

Funbris Gens chrymas cito abstergebat, in dolore & tristitia
manoru luctus permanebant diutius foeminis tantu lugere per-
missum, uiris meminisse solum. Et hi olim fuerunt

Germanorum mores, talis uiuēdi ritus. Sed quæ mutatio longu temporum interuallo, ut in cæteris gentibus, sit facta, ex præsenti rerum statu deprehendi potest. Omnis hodie Germanorum cōditio sive status quadruplex est. Primus clerico rum tam secularium quam religiosorum: utriusque magnis & largis redditib. censibusq; prouise ab aliis plurimum honoris percipiunt, non solum, quod Deo optimo maximo sacrificent, sanctorum laudes cantent, ac animarum curam habent, sed etiam quod scripturas intelligant, & ipsas interpretentur, uitamq; cœlibem agant. Nam qui in his minus probantur, facile ab inferni uulgo aspernari solent. Vestitu religiosi quinque suo, & satis decenti utuntur. Seculares tunicas portant flexas, pullo ut plurimum colore, caput mitra lanea tegunt non mulū fastigata, sed capite auretenus satis adhærenti. Ex collo quum in publicum procedunt fasciem dependunt, quidam sericam, quidam laneam honestatis rantum modo causa. Superducunt & calceis crepidas siue sandalia, quæ dumrum reuersi deponunt. Ocio maior pars uacat, literis pauci intendunt, pome tridiana horas ludendo petandoq; deducentes. Injurias suas minores sacerdotes ad Episcopum deferunt, & aliquando ad Romanam curiam unde graui damno eos, qui nocuere aliquando afficiunt, & sibi securitatem parant.

*Recentia Ger
manorum insti
tuta.*

*Clericorum Ger
manorum studia*

*Secundus status
nobilium est.*

Secundus status nobilium est. Principes, sunt Comites, atque Barones, atq; inferioris gradus milites. Principes non solum dignitate & generis claritudine, sed & potentia cæteris antecedunt, teras habent & dominia latissima, Comites & Barones cæteriq; nobiles

per regionem dispersi florū ad instar interlūcent. Sed illud in nobilium ordinem irum videbitur posse, quod principes ipsi, atq; comites Cæsari, quoties Imperii necessitas exigit, obseq̄atā tanq; subiecti præstent: milites exemptos se dicant, & nisi ad stipendium nemini seruant, nec subditos suos seruire finant: & tamen Romanorum Imperatorem dominum suum ac principem esse dicāt & recognoscant. Prophanari & non parum nimini generis sui splendorem existimant, si mercaturam artem ue aliquam mechanicā exerceant, Si plebeiani aut sibi inferiorem uxorem ducant, Si aliena urbe ciuium more habitēt. Ipsi urbano, rum cōsortia, cōmercia omnia perosi, arces & robustiora splēdi dioraq; aedificia in montibus, syluis, & rure collocata cum familia sua libere habitat. Quidam principum aut regum curias frequātant, & bella sequuntur: alii de redditibus suis & patrimonio viuentes domi manent, communiter tamen venantur, q; solis ipsi licere longo vsu & concessa libertate contendunt: priuatis leperum præsertim, caprearum, hinnulorum, ceruorumq;

Venatio priuata venatio in aliquibus locis oculorum effusione, in tis interdicta. quibusdam truncatione capitis interdicta, noxias tamen feras captare cuiq; licet. Lautē insuper nobiles ipsi epulantur, vestiuntur splendide auro & argento diversicoloreq; serico tam viri q; mulieres domi & foris exornantur, multo familiarium coetu incedunt, & incessu adeo maturo & premeditato, vt à plebeis mox ut videantur internosci possint. Equis si longius eundum sit, & nō pedibus vadūt, dedecorosuz enim hoc valde ducunt, & meq; egestatis indicium. Sed prædari, ybi necessaria defint, nō verētur. Injurias illatas

Incessus nebulosum.

Paro iure, s^æpius congregato ex sociis equitatu, ferro, flammis & rapinis vlciscuntur: coguntq; p hoc eos, qui intulerunt ad satisfactionem. Gens superba inquieta, auara, ecclesiæ prælatis & eorum bonis insidians semper, subditos rusticos irremissa seruiture exercet, incredibile dictu, quantum miseris & infelices homines vexet, quatum exugat. Eset Germania nostra ter quaterq; felix Germania absq; si Centauri isti Dionysii & Phalarides aut eiiceretur, aut saltem ipsorum tyrannide refrænata, & potestate diminuta, priuatim quemadmodum in Heluetia, nobiles viuere cogerentur. Sequens 3. Germanorū status oppidanorum est, quotum quidam Cæsari tantum subiecti sunt, quidam principibus aut eccllesiæ prælatis. Qui Cæsari parent libertates multas habent, mores etiam & instituta quibus in communi fermo vtuntur, Singulis annis ex ciuibus magistratus suffragio creatur, apud quem summa potestas cum Imperio sit, in caput animaduertere cuiusque haber, hoc ordine: Si de criminibus agitur, assident in concilio hi, quos sibi ciuitas deleger, rei ipsi ligati adducuntur, accusatoribus & reorum defensoribus descendit copia datur, quibus auditis, eunt in sententiam, non ut leges censem, quas non nouerūt, sed prout ratio eis dictat atque iudiciorum consuetudo habet, quod & in ciuilibus causis obser uatur: excepto q; Cæsar in his appellari potest, in illis vero non. In omni ferè Imperiali ciuitate duplices ciues sunt, ingenui & plebei. Mercantiis & officiis plebei intendunt, ingenui (qui & patricii dicuntur) patrimonii tantum redditibusq; suis contenti equestrem ordinem imitantur. Si plebeiorum quispiam ditior factus, se illis cōmer-

Iudicio for ma.

Ciuid Germanorū cōditiō duplex.

cio aut consuetudine commiscere contiderit, repellitur. unde longo iam tempore uterq; statutus in suo ualore perdurat. Republicæ administratio tamen ferè communis est, & utrisq; permissa: nec eis plebs seruire aut subiecta esse uidet sua cuiq; substantia tuta est, & libertas, saluis le-

Illiteratis iudi, gibis, ut uiuere uelint: in communi iustitia per cant' uiri duos totam regiorem ab illiteratis administratur. In decim.

singulis oppidis & nonnullis pagis etiam uiri duodecim uitæ in regritate ac honestate precipui eliguntur in iudices, nullo habito respectu sciant ne literas uel non, illi iudicandi munus necessario subeunt: licet remuneratione seu mercedem inde nullam expectent, praeter honorem pro cōmuni tantummodo bono, suis negotiis post habitis, iudicis statuo tempore intendūt, iurātq; singuli se unicuiq; iudicaturos secundum quod eis uisum fuerit iustius atq; melius. Nec à sententiis eorum maiores nostri appellabant, indignū fore putantes, tantorum uirorum gratis iudicantium decretis contraire. Hodie uero passim ab eis appellari coepit, quod ferendum esset, si iudices, ad quos appellatum fuerit, in iudicado consuetudinem priorū iudicum seruarent. sed hoc à paucis attenditur, immo plerūq; priorū iudicū sententiæ, alioquin nullam iniquitatem continentes: ob id solum, quia contra leges scriptas protatæ inueniantur retractantur, in quo sine eorum demeritis & iudices primæ instantiæ imperitiæ sigillantur, & uictrix pars grauatur: hoc quā iustum sit uiderint ipsi. Ciues insuper honestissime inter se & amicissime uiuant, in locis publicis & dia et consuetu priuatis frequenter conuentientes mercantur, cōuiuantur, colludūt, colloquuntur, raro alterutrū

Ciuitum concordia et consuetudo

decipiunt, raro contendunt: quocunq; tempore,
quocunq; etiam loco, tam viri q; mulieres ubian
res iuicem honorant & salutant. Vixi vestituq;
privatis diebus fermè omnes Germani admodum

Vicas.

frugali & simplici utinntur, festiuis parum splen-
didiori. Opera ntes in die quater comedunt, ocio-
sibus. Habitus quo uiri induuntur cōmuniter la-
neus est: quo mulieres lineus, sed adeo utrorūq;
diuersus & colore & forma ut raro unus sicut
alius uestitus appareat. Aduenticiis & nouis uesti-
mentorū formis iam plurimum gaudent, Italicis
Gallicisq; præsertim, à quibus ante paucos annos
obtusa calceamenta uiri, cum fluxis & discissis ma-
nicis tunicas, & texta pilea, quæ pyretia uocant,
recepérunt, gestabantur mea adhuc memoria ro-
strati calcei, uestes currē atq; strictæ, caudata ca-
pitia. Sed ista antiqua uirorum frugalitas hodie
ad mulieres uenit, mulieribus commissa est, hæ-
depositis multiplicib: peplis, quibus grandia
olim capra faciebant, unico tantum hodie uelan-
tur, modestius incedunt. Aurum, argentum, &
uniores, exquisita item uestimentorum frimbria
ex uariis & præciosis animalium pelliculis aut se-
ricis, ferè omnino abiecerunt. Quid dicam de ue-
stiture Syrmatis, quæ nisi apud nobilitatem uix
magis conspicuntur. Satis honestus hodie fœ-
minarum uestitus est, satis decorus, nihil haberet
quod merito reprehendere quis posset, si à qui-
busdam superne nimium non excaueretur. In fu-
neribus & parentationibus nigris amiciuntur, de-
functos dies triginta lugent, ac ipsis interim ter-
iusta persoluunt, primo uidelicet die, septimo atq;
tricesimo. Ad dei cultum deditissimi sunt, nul-
lus artificum est, qui mane, antequam laborare

Habitus Germani
norū diuersusLuctus fune-
bris.
Germani ad
cultum dei pro-
peniti.

incipiat aedes sacras nō intret, & diuino officio int̄-
 terfit, serui atq; ancille ad hoc à dominis quasi
 cōpelluntur, turpe putant eiq; nō modicū expro-
 brandū, qui ex pigritia aliae inani causa sacra
 Pueri studiorā negligunt. Eleemosynas multas tribuūt. Nulla
Misericordes
 sunt Germani. **Pueri** ciuitatē negligunt. Eleemosynas multas tribuūt. Nulla
causa exulatē. Ferē ciuitas est in qua non fratrū mendicantium
 conuentus sunt, peregrinorum inopū publica ho-
 spitia. Aluntur etiam iuuenes ephoebi, q studioe
 causa paterna domo digressi uolūtarie hinc ide
 exulant, tam multi interdū in una ciuitate, ut mi-
 trari possis unde nutriantur, illi à ciuib. ex pietate
 hospitātur: uictū domesticatim cantāres mendicat
 eum tñ large accipiunt. ppter hoc q adib⁹ sa-
 cris & sacerdotib⁹, depurati diuina officia cātent,
 ad clericatūq; instituantur. Domus publica iuxta
 singulas parochias una est, in qua artiū & disci-
 plinarum studiotam hi quām ciuium filii quoti-
 die conueniunt, qui ipsiſ preſunt docentq; uiri
 non minus uirtute quām doctrina spectati sunt,
 delinquentes & literarum neglectores ferulis p-
 cutiunt aut uerbis diriusculis castigant. Priuatae
 aedes penē omnes contiguæ sunt, atq; prociuū
 facultate uicorumq; dispositione constrūcte. Di-
 uites lapidibus coementoq; superbe ædificant,
Vrbani or
 ædificiorū f or pauperes luto & ligno tantum humilius, tegulis
 ma.
 tamen latericeis aut scissili lapide ædifica sua
 utriq; tegunt, ob decorē ne aut a duersis incē-
Domorum res dium affirmare non possum. In Saxonīa & aliis
 etā in Saxonīa plerisq; locis dolatis asserculis operiūt, quare op-
 pida parum uenusta uisuntur, & igni magis ob-
 noxia sunt, plateæ ut plurimum filicibus strate-
 sunt. Portæ seu exitus urbiū celsis turribus insi-
 gniti, in quib⁹ diurni custodes aduentantes eq-
 tes tuba significare solent, ut hi q portas inferius

obseruant præmoneantur, & eas in maiori tutela
habeant. Vrbes communiter natura & arte muni-
tæ, aut iuxta uorticosa flumina uel in montes si-
tæ sunt, quæ in piano resident muris, fossatis, ual-
lis iusuperabilibus circumseptæ, turribus & pro-
pugnaculis innumeris, ueluti ex terra prominèt.
Est etiam multarum ciuitatum circuicacens ager
fossis adeo profundis & amplis conclusus, ut ab
externa populatione & is rutus sit. Eorum postre
mum, qui in rure pagatim uillatimq; habitant,
quiq; illud colunt, & propter hoc rustici uel ru-
stales appellantur, si credere uelint, satis misera & est.
Quartus Ger-
manus stat
tus agricolarum
dura cōditio est: seorsum ab aliis quisq; cum fa-
milia & pecore suo humiliter uiuit. Casæ luto li-
gnoq; à terra paululum eductæ, & stramine con-
rectæ, domus. Panis cibarius, puls auenacea, aut
decoctum legumen, cibus. Aquasermue potus.
Toga linea, perones duo & pileus fucatus, uesti-
tus. Gens omni tempore in quieta, laboriosa im-
munda. In vicinas ciuitates ad uendendum por-
tat, quicquid tam ex agro quam ex pecore fructus
percipit: sibiq; ibi ediuerso comparat, quorum
cunq; eget. Artifices enim secum habitantes nul-
los aut paucos habet. In sacra æde, quæ in singu-
lis uicis communiter una est, festo die ante meri-
diem omnes conueniunt & à sacerdote suo dei-
uerbum & sacra audiunt, post meridiē uero sub-
trilia aut alio publico loco, de suis rebus tractant,
Iuniores postea modulante tibicine chorea du-
cunt, senes petūt cauponā & uina bibūt. Absq; ar-
mis in aperitu uirorum nullus uadit, gladiis ad
omnem temporis fortunam præcincti. Viros sin-
guli pagi inter se eligūt duos aut quatuor, quos Rusticoru-
magistrorum appellant, contentionum gistr.

illi contractumq; se questres sunt, & reipublicæ dispensatores: administrare tamen non habent, sed domini, aut qui ab his eis præficiuntur baro nomine Sculteti, Dominis crebro per annū seruiunt, rus colunt, & semine conspargunt, fructus metunt, & horreis important, ligna secant, domos ædificant, fossas effodiunt. Nihil est quod seruilibs & misera gens ipsi debere non dicatur. Nihil etiam quod iussa facere absq; periculo recusare audeat, delinquens grauiter multatur. Sed nihil est genti durius, q; quod prædiorum quæ possidet, maior pars non sua sit, sed illorum, à qui bus certa frugum parte quotannis redimere debet. Et tales hodie in vniuersum Germanorum mores sunt, hi viuendi ritus.

De Saxonia, Saxonumq; & priscis & recentibus moribus. Cap. XIII.

Saxoniæ, Timi-
tes.

Saxones unde
in germaniâ p-
uenerunt,

SAxonie Germaniæ particularis regio, ab oceano Visero fluuio, aut ut alii volunt, Rheno terminata ad aglonem Dacos habet, & mare Balteum: Frácones ad meridiē, qbus Boioartii & Boemi obtéduint: ad ortum Pruteni: intra quos terminos q; multæ gentes diuersis noibus hodie includantur, ex supradicta Germaniæ descriptione intelligi potest, quas oēs Saxonici iuris esse volunt. Terra à Saxonibus populis nomen accepit, quos quidam reliquias Macedonici exercitus, q; secutus magnum Alexandrum immatura ipsius morte pertotum orbem sit dispersus, esse dixerunt. Quidā eos à Britannia quærendaq; sedium causa nauigiis digressos Germaniæ ad nauigasse & propulsatis Thuringis eorum terram occupasse. Erat enim Saxonica gens ab initio inquietaria nimis,

ta nitris, finitimorum sedibus infesta, domi tamē pacata & ciuium utilitatibus placida benignitate consulens. Generis quoq; ac nobilitatis suæ puidissimam curam habens, nec facile ullis aliarū gentium uel sibi inferiorum connubiis infecta, proprium syncerum, & tantum sui similem populum facere conata. Vnde habitus quoq; ac corporum magnitudo, comarum color tanquā in tanto numero hominum idem penè omnibus.

Quatuor in genere, differentias habuit, Nobiliū, Liberorum, Libertorum atq; Seruorum. Et id legibus cautum erat, ne nulla pars suę fortis oblita terminos in copulandis coniugiis trāsgrediatur: Sed nobilis nobilem ducat uxorem, & libet libertam, libertus cōiugatur libertæ, & seruus ancillæ quicunq; uero contra faciat, cum uitæ suæ id dā no luat. Legibus ad malefactorum vindictam optimis utebatur. Multa quoq; utilia & secundū naturę legem honesta in morum probitate habere studuit, quæ ei ad ueram beatitudinem prosperendam suffecissent, si aliqualem creatoris sui Dei optimi maximi noticiam habuisset. Frondos, frondes arboribus, fontibusq; uenerationem exhibuit

& trunko ligneo non paruæ magnitudinis sub diuo erecto, quem patria lingua Irminsaul, latine uniuersalem columnam dixit, quasi omnia sustinentem. Coluit etiam Mercurium, cui certis diebus humanis hostiis litabat. Deos suos neq; tē plis includere, neq; humanæ speciei assimilare, pro diuinatatis magnitudine & dignitate licitū arbitrata est. His lucos & nemora consecrauit, ab illorumq; nominibus dixit. Secreta nō nisi cū maxima reuerentia contemplabatur. Auspicia & sortes gens illa quā maxime obseruabat. Vir-

Differentiae
Saxonum qua-
tuor.

Leges quedam
Saxonum,

Idolatriæ Saxe-
nes dediti.

Mercurius à
Saxo. obseruat.

O

Auspicia & fortuna frugiferæ arbori decisam in surculos amputabat, eosq; notis quibusdam discretos super can-

didam uestem temere, ac fortuitu spargebat.

Mox si publica consultatio fuit, sacerdos populi

sipriuata ipse pater famili as præcatus deos, coe-

lumq; suspiciens ter singulos tulit, sublatishq; se-

cundum impressam ante a noram interpretatus

est: & si prohibuerunt, nulla de eadem re ipsa

die consultatio erat. Si permisum est, euentuum

adhuc fides exigebarur. Auium uoces uolatusq;

Equorum p̄r̄s interrogare proprium ḡtis erat. Equorū queq;

sagia et monitus experiri, publice alebantur

tus expetieban

tur Saxon.

iisdem in nemoribus ac lucis candidi & nullo

mortalí opere contacti, quos pressos sacro curru

sacerdos uel rex princeps ue ciuitatis comitabantur,

atq; hinnitus ac frenitus obseruabant, nec ul-

li auspicio maior fides adhibebatur, non solum

apud plebem, sed apud proceres etiam atq; sacer-

dotes eos enim ministros deorum esse, & diuino

rum consiliorum consciens credebant. Erat & alia

auspiciorum obseruatio genti in usu, qua grauium

bellorum euentus explorabat: eius uidelicet gen-

tis cum qua bellandum captiuum quenq; inter-

ceptum compellendo cum electo popularium

suorum decertare: uictoria huius uel illius pro

præiudicio accipiebatur. Carolus magnus diuti-

no bello ḡtem omni impetrare abiecta Christia-

nam fidem assumere coegit, quam & hodie cum

cæteris Germanis religiosissime obseruat. Regio

multis augustissimis & sumptuosissimis basilicis,

templis, & coenobiis clara, quod Alberstadio est

beatæ virginis sacrum, prophanis non patet, tan-

templum fit cum initiari subeunt. Inducitur tamē unus aliquis

Alberstad. è populo cinericio die hominū opinione negli-

nus: hunc uelato capite, pulla ueste sacris admo Mirandus fit
 uent, quibus rite peractis templo eicitur: electus
 toto ieunio & tempore nudis calcibus urbem p/
 errat, diuorum templa uisitabundus. Sacerdotes
 illi uitium suggestunt, mox in dominica coena ite
 ru templo inductus, post olei consecrationem ab
 universo clero expiatus dimittitur eleemosyna
 prius accepta, quam pie offert templo, hunc Adam
 vulgo uocat, quia ut proplastus ille omni uacet
 criminis, per eumq; ciuitas creditur expiata. Est
 ager Saxonius regum omnium præterquam ui
 ni ferax, argenti atq; æris fossiones multas habet.
 Ad Goslariam & plerisq; aliis locis salem ex fon
 tium quofundam a quis albissimum coquut, & ue
 digal ingens percipiunt. Hordeum & triticum
 serunt, ex quibus non solum candidissimum pa
 nem efficiunt, sed etiam ob uini caritatem potu
 Ceruissam, quæ adeo sitienter & immodeste ab Ceruissia. Saxe
 ipsis bibitur, ut ubi in symposiis conuiuisq; po
 cillatores nec hyalis nec cantharis sat infundere
 possint, repletum multrale apponant, & scutella
 injecta hortentur quemque pro libito porare, di Saxonum pota
 eti incredibile est, quantum huius liquoris in se di immodestia
 immodestissima ges capiat, quantu mutuo ad bi
 bendu cogant & hortentur, non sus, non taurus
 tantu ingurgitaret. Non ad ebrietatem atq; uo
 mitum potasse sufficit, sed rursus ad sobrieratem
 dies noctibus noctes diebus continuantes. Qui
 cunctes potando superat, is non solu laudem &
 gloriam deportat, uerum etiam, pro quo cotende
 runt, ex bene olentibus herbis aut rosis fertu aut
 quid aliud in præmiu. Serpit ab illis eheu per di
 tus mos ferè in tota Germaniam, ut eo modo etiā
 iam fortissima uina bibantur, cū ineffabili malo.

Hospites excisi, Hospiti uel alteri eum locum, in quo bibitur sub
pituntur potu. eunti potum quorquot habent, assurgunt, &
porrecto poculo ad combibendum officiosissi-
me horrantur. Inimicus arbitratur qui saepius
inuitatus, non pretenra causa compotare recu-
sat: cæde nonnunquam & multo sanguine hoc
deditus expiatur. Cibatu Saxones duro & in-
concinno utuntur, lardum, aridæ hilæ, cepæ
crude, buryrum salsum & nondum adhuc liqua-
tum peculiaris genti cibus. Dominiicis diebus in
plerisq; locis coquunt quo per hebdomadam
uescantur. Infantes non ut apud nos pulre, quæ
farina & lacte concinnatur, nutriuntur, uerum
solidiori cibo, qui bene masticatus à nutricibus
ad deglutendum tenello ori immittitur: unde
Saxones tali cibo in tenera ætate assueri, & tol-
erantiores redduntur & ualidiores. Linguam pe-
Lingua Saxonum cularem habent. Vestitum & cætera cum aliis
num. Germanici sanguinis indiscreta.

De Vestualia & iudicio Vestualis à Caro- lo commisso. Cap. XIII.

Vestualia Saxonæ limitibus inclusæ, Rhe-
nū ab occidente habet, Visurgū, qui etiā
Viscera dicit, ab oriente: à septentrione
Phrysiā & Holandiā, meridiē Hassiæ mótes ex-
cipiunt, quos Obnobios Ptolemæus appellare ui-
tes. **A**malis fluvius detur, ex qibus Amalis fluvius orit, qui Padubur-
nā & Monasteriū nō ignobiles ciuitates medium
Sala fluvius. fermè prouincia intersecat, & p Phrysiā defluens
fertur in mare, Sala quoq; Drusi, q Augusti priui-
gnus fuit, clade celebris. Hæc regio olim, ut Stra-
bo scribit, à Bructeris inhabitata est. Alii à Syca-
bris dicunt, Hos populos Carolus Francorū Rex,

qui magni cognomen tulit, bello uictos primum ad Christianam fidem compulit: cæterum quum sœpius rebellarent, reperitoq; idoloz cultu Christi religionē spernerent: nec iusurandum quovis modo aduerterent, ut meru poenç gentis temeritatē Carolus compeceret, occultos iudices instituit, quibus potestatem dedit, ut quam primū deierasse aliquem comperissent, aut fregisse fidē, aut aliquid aliud scelus perpetrasse, mox illum ubi primum comprehendendi posset proarbitrio ne carent. nulla citatione aut expurgatione præuia: uiros graues ac iustos elegit, qui plectere innocentes haud ab re possent. Terruit ea res Vetus sculos ac demum in fide continuit, quū sæpe in nemoribus & proceres & mediocres uiri laqueo suspensi inuenirentur, nulla accusatione prius audita: querentibus tamen causam, constabat fidē fregisse, aut magnum aliquid scelus commisisse.

Occulti iudicij
ces à Carolo im
stituti.

Id iudicium ad nostram usq; etatem perdurat, vocaturq; uetitum. Qui ei præsunt Scabini appellantur, quibus tantā præsumptio est, ut etiam per totam Germaniam iurisdictionem suam extendi uelint. Secretos ritus habent & arcana quædam instituta quibus malefactores iudicant, ea nondum quisquā repertus est qui uel pretio uel wetu reuelauerit. Ipsi rū quoq; Scabinorum maior pars occulta est, qui per prouincias discurrentes criminosos notant, & inferentes iudicio accusant, pbantq; ut eis mos est: dānatil libro inscribuntur, & junioribus Scabinis committitur executio. Rei ignari suę damnationis, ubicunq; repe riūtur supplicio afficiuntur. Degenerauit autem hodie iudicium: nā & uiles interdū personæ admittū tur, & ciuilia negocia tractare audent, gbus erat

Iudicium ueti
tum siue occuli
tum.

Regionis Ve folum de criminalibus permissa potestas. Regio stualia cōditio est admodū frigida, vini & frumenti inops: pane ue scuntur nigro. ceruisia potus est. Viuum quod Rheno aduehitur magno emitur pretio, eo tātū opulentī & raro tamen utuntur: bellicosī indigenæ atq; ingeniosi: un de linoleuir prouerbiū: Ve stualiam uitiosos & fallaces homines potius ignere, quam stultos. Presuli Colonensi parent.

De Franconia, & Francorum multis ritibus. Cap. XV.

Franconia ex tremitatem. **F**ranconia siue Francia oriētalis Germaniae pars, & ferè meditullium à Sicambris, qui

bus Valentiniani Cæsaris tempore ob Halanios deuictos Francorum nomen cōtigit appella ta. Sueuam & Baioariam à meridie habet, Rhe nus illi occiduus est, ab ortu Boemii accolunt, Haf si & Thuringi Saxonis populi à septentrione. Regio latis ac densissimis syluis, asperisq; montibus clausa, difficulter adiri potest: intus plana est innumeris turritis oppidis, castris & pagis

Hercynia syl exulta. Sylua quæ Hercynia dicitur æditissimis tua Franciam iugis per circuitum obfirmans eam ueluti nati claudit.

zuo muro ambit, Moganus nauigabile flumen, Sala, & Huberus, Neccharus etiam perlabuntur

Vinum Franci Valles in quibus decurrunt amplæ & profun dicum.

dæ sunt, earuq; ultraq; latera uitibus consita, uiñū producunt, quod ob sui præstantiam ad remotissimas gentes transportatur. Terra præterquam ea pars quæ Norica hodie uocatur, arq; ubi fluminibus uicinior est, arenosa nimium non est ut Ae neas sylvius scriptum reliquit, nec nimium etiam silicosa. Fertilis omnis est, hordeum, triticū, & om

Fertilitas Fragi ne frumentum legumēq; satum multe cū fenore coniz. reddit. Nulla Germaniae prouincia plures & ma

iores cepas gignit, nulla grandiora rapa & caulis capita. Adde glycerisam radicem melleam, quæ in Babenburgenſi agro tanra copia, effodiatur, ut ingentes currus ea onerari uideas. Est etiā undecunq; terra cultissimis pomariis & pratis amœna. Hominibus omnigenisq; pecoribus abū dans. Est pīscatio propter fluuiorē copiam multa. Maior tamen uenatio, feræ in nemoribus à principib⁹ ſouētur, aperta stabula hę plurima habēt in quibus hyemis tempore pabulum & interdū fal accipiunt, ſeq; à coeli inclemencia tutantur: eas captare aut faltem persequi priuatorū nemini cōceſſum. Principes quibus Frāconia ſubiecta eſt quinq; ſunt, Burggrauius Norubergensis,comes Palatinus Rheni duosculares: Babenbergēsis, Herbipolēsis, Maguntinēsis tres ecclesiasti: Episcopus Her bipolensis Frāc ci. Herbipolensis terræ ducatū haberet, quare dū ſacris operatur in altari denudatū gladiū habet atq; uexillum, is die quo Metropolim primum cathedramq; episcopalem poffidere intendit, p more ciuitatem ipsam ingenti ac exquifitissimo equitatu accedit, in quam admissus, intra portas de eque deſcedit, & paludamento omni abieſto griseam & uilem tunicā induit, funeq; præcingit atq; in ea palmis & capite nudus humiliter in basilicam ad patres cōcanonicos ascendit, qbus fidelitate promissa in cathedralm ſublimatur: ducitur tñ prius ad Episcopi cuiusdam ſtatuum, ibi q; ſerio admonetur, ut tale agere velit, qualis ille fuerit, qui ex humili & abieſto ſcholaſticulo per diſcordiam contemptumq; electus ecclesiæ ſtatutum optime administrauit. Huic cathedralē nullus ex Ducibus aut etiam Comitibus progenitus præſtitus, ſed qui ex iſeriori nobiliū ordine ſint. Nō

Liquiticia glycerisam

Frāconia pīcipes.

Episcopus Her bipolensis Frāc

Episcopatum Herbip. quis administrauit.

quod principem sustentare non possit, quū opulenta & potens satis existat, uerum ut Episcopa, tus apud eos permaneat ex quibus maior Canonicorum pars constet. Est etiam Herbipolensis

Præpositura
Herbipolensis. ecclesiæ præpositura insignis, quā quoties nō uus possessor intrat, debet ille in multis per re-

Franco. à ceteris germanis regionem pagis, ob decimam, quam in his habet, referta uino ingentia dolia in publicū statuere, & scutellas aliquot imponere, ex quibus quicunq; uelit bibere possit. Erancorū gens à ceteris Germanis & habitu & corpore nihil differt: laboris patientissima est: in uinetis colēdis tam uiri quā mulieres exercentur: nemini otium datur. Vinum

Ceruisia centur quod inde percipit ob domesticam egestatē vulgo uendit, ipsa aquam bibit. Ceruisiā contemnit, nec facile ad se deferri permittit. In Herbipo-

In Franconia lii seniorum tantummodo tempore, & extra ciuitatē in naualibus hæc uendit, ut hi, qui tum se à uino abstinent, eam aquæ loco habeant. Insolēs gens est, superbaq;, multum sibi arrogans, multū præsumēs, alias nationes contemnit: cauilliq; ad eo plerūq; prosequitur, ut qui cum ea morātur, nisi lingua prodat, patriam suam nō dicant. Eos qui hæc patienter ferunt facile secum commora ri patitur, & ueluti per hoc approbatos coniugii admittit, unde multi Suevi, multi Bauari, Hassiq; in Franconia habitant. Ad Dei insuper cultum propensa est, duo tamē nō mediocria uicia sunt, quibus plus satis hodie gens illa indulget, blasphemia uidelicet & latrocinium, illud decorum, hochonestum reputans, & sibi ex longo usu licetum. Multos mirandos ritus obseruat, quos ideo referre uolo, ne quæ de externis scribuntur in a-

Mos in quintis nes fabulæ aestimentur. In trium quintarum fe-

riarum noctibus, quæ proxime dicti nostri naferis ante Christum
talem prececedunt, ut riuisque sexus pueri domesticata sunt natale.
tim eunt ianuas pulsantes, cantantesque futurum
saluatoris exortum: annunciant & salubrem annum:
unde ab his qui in aedibus sunt pyra posita Mos in Christum
nuces & nummos etiam percipiunt. Quo Christi natali.
Iesu natalem gaudio in templis non cleris so-
lum sed omnis populus excipiat: ex hoc attendi
potest quod puerili statuca in altare collocata
quæ nuper aeditum representet, iuuenes cum
puellis per circuitum tripudiantes choreas agant
seniores cantent more haud multum ab eo qui-
dem diuerso, quo Corybantes olim in Iudee mon-
tis antro circa Iouem uagientem exultasse fabu-
lantur. Kalendis Ianuarii, quo tempore & annus
& omnis computatio nostra inchoatur, cognatus
cognatum, amicus amicum accedunt & consertis
manibus inuicem in nouum annum prosperitatem
imprecantur, diemque illum festiva congratulatio-
ne & conpotatione deducunt. Tunc etiam ex auita
consuetudine ultro citroque munera mittuntur,
quæ à Saturnalibus que eo tempore celebrabantur
à Romanis Saturnalitia, à Græcis Apophor-
reta dicta sunt. Huc moorem anno superiori ego
ita uersificau. Christe patri uerbum &c.
Natalemque tuum celebrantes octo diebus

Concinimus laudem, perpetuumque decus:
Atque tuo exemplo moniti munuscula notis

Aut cappum pingue mittimus, aut leporē,
Aut his liba damus signis & imagine preffa.
Mittimus aut Calathis aurea mala decem,
Aurea mala decem, buxo cristata uirenti,

Et uariis caris rebus aromaticis.

In Epiphania domini singulæ familiæ ex melle In Epiphania

Corybantes circa Iouem.

Domini domus farina addito zinzibere & pipere libū conficitur
Sticatum rex ehi & regem sibi legunt, hoc modo: Libum materfa-

gitur. **m**ilias facit, cui absq; consideratione inter subigē
 dum denariū unum immittit, postea amoto igne
 supra calidum focum illud torret, tostum in tot
 partes frangit, quod homines familia habet: de-

Quomodo rex **d**istribuit, cuiq; partē unam tribuens. Adsi-
 gnatūr etiā Christo, beatæq; uirgini & tribus Ma-

gis suæ partes, quæ loco eleemosynæ elargiūtur
In cuius autē portione denarius repertus fuerit
 hic rex ab omnibus salutatus, in sedem locatur, &
 ter in altū cum iubilo eleuatur. ipse in dextra cre-

Ades sub fumi
 gantur. **n**ii laquearis deliniat, quæ Cruces quod obstat
 plurimis malis credātur, in multa obseruatione

habentur. Duodecim illis noctibus quæ Christi
 natalē Epiphaniāq; intercurrunt, nulla ferè per
 Franconiam dēmūs est quæ saltēm inhabitetur,
 quæ thure aut aliqua alia redolēti materia aduer-
 sus dæmonum incantatricumq; infidias non sub-
 fumigetur. Quo item modo tres precedētes quæ
 dragesimale ieiuniū dies pagat, dicere opus non
 erit, si cognoscatur, qua populari, qua spontanea

Carnis privii-
 dies. **i**nsania cætera Germania a qua & Franconia mi-
 nime desciscit, tunc uiuat. Ccmedit enim & bibit
 seq; ludo iocoq; omnimodo adeo dedit, quasi
 usui nunquam ueniant, quasi cras moritura ho-
 die prius omnium rerum satietatem capere uelit.

Germāi annua. Noui aliquid spectaculi quisq; excogitat, quo
 tim insaniunt. **m**entes & oculos omnium deleēt admiratio-
 neq; detineat. Atq; ne pudor obster, q se ludicra
 illi cōmittunt facies lauris obducunt, sexū & era-
 tem mentientes, uiri mulierum uestimenta, mu-
 lierēs uiforum induunt. Quidam satyros aut ma-

Ios dæmones potius representare volentes, mino
se aut atramēto tingunt, habituq; nefando detur
pant: alii nudi discurrentes Lupercos agunt, à q;
bus ego annum istum delirandi morem ad nos
defluxisse existimo. Non enim multum diuersus
est à Lupercalibus sacris, quæ Lycaeō Panī in mē
se Februario olim à nobilissimis Romanis iuue
nibus celebrabantur, qui nudi, faciesq; sanguine
fœdati per urbem vagantes obuios loris cede
bant, quos nostri saccis cinere refertis percutiunt.
In die cinerum mirum est quod in plerisq; locis Mos in tinea
agitur, virginis quoquot per annum choream die,
frequentauerunt, à iuuenibus cōgregant, & ara
tro pro equis aduestæ cum tibicine, qui super il
lud modulans fedet, in fluuium aut lacum trahū
tur, id quare siat non plane video, nisi cogitem
eas per hoc expiare velle, quod festis diebus cō
tra ecclesiæ præceptum à leuitate sua non absti
nuerint. In medio quadragesimæ, quo quidē tē
pore ad lætitia nos ecclesia ad horratur, Iuuetus
in patria mea ex straminem imaginē cōtexit que
mortem ipsam (quemadmodū depingitur) imite
tur: inde hasta suspēsam in vicinos pagos vocife
rans portat. Ab aliquibus phumane suscipitur,
& lacte pisis siccatisq; pyris, quibus tum vulgo
vesci solemus refecta, domum remittitur: à cæte
ris qa malæ rei, vtputa mortis, prænuncia sit, hu
manitatis nihil percipit, sed armis & ignominia
etiā adfecta à finibus repellitur. Eodē tēpore &
talis mos obseruatur: intexit stramine vetus una
lignea rota, atq; à magno iuuenū coetu in æditio
rē montē hestata, post varios lusus, quos in illius
vertice illi toto die, nisi frigus impedit, celebrat,
circiter vesperā incēditur, & ita flāmans in sub-

Lupercalia.

Mos in medio
quadragesimæ.

*iectam vallem ab alto rotatur. suspendū certe spe
etaculum præbet, ut pleriq; q; prius non uiderint
Solem putent aut lunā coelo decidere. In paſcha
ritus.*

*In eccliarum
¶ dedicationib;
ritus.*

*Ritus in maior
ibus supplica
tionibus.*

inueniunt, aut suscitant, turmatim eunt, redeuntq;
capitibus ob id multories cruentantib. Tribus il
lis diebus, quibus apostolico instituto maiores le
taniæ passim per totum orbē peraguntur, in plu
rimis Franciæ locis multæ cruces (sic enim di
cuit parochianos coetus qbus tum sanctæ crucis
uxillū præferri solet) cōueniunt. In sacrisq; ædi
bus non simul & unā melodiā, sed singulē singu
lam p choros separatim canunt: & puellæ & ado
lescentes mūdiori quique habitu amicti frende
tibus fertis caput coronati omnes, & Scipioni
bus salignis instructi. Stant sacrarum ædium fa
cerdotes diligenter singularum cantus attenden
tes, & quācunq; suauius cantare cognoscunt, illi
ex ueteri more aliquot uini conchos dari audi
cant. Penthecostes tēpore ubiq; ferè hoc ait:ur:
cōueniunt quicunq; equos habent, aut mutuare

*Penthecostes tē
pore ritus.*

tum unisetiam equo insidens collo in burfa su
spensum deferr, totius agri sui limites obequitat
cantantes supplicantesq; ut segetes deus ab om

ni coeli iniuria & calamitate conseruare uelit. In die sancti Urbani uinitores in foro aut alio publi ritus in die sa-
co loco mensam locant, mappis, fronde, & plu- eti Vibani.
ritmis redolentibus herbis instruunt, desuper sta-
tunculam beati pontificis statuentes, quam si-
dies serena est, largo uino coronant, & omni ho-
nore prosequuntur, si uero pluialis id non se-
lum non faciunt, sed luto prouiciunt, & aqua im-
modica persundunt, persuasum enim habent, il-
lus diei tempestate auspicioq; uiuum tunc flo-
rescens & augmentari & diminui. In nocte sancti Ioannis baptistæ in omnibus ferè per germanos & Iohannis na-
mam uicis & oppidis publici ignes parantur, ad tuus uarii.
quem utriusq; iexus iuuenes & senes conuenien-
tes choreas cum cantu agunt, multas enī supersti-
tiones obseruant. Artemisia & uerbena coronati
in manibus flores, qui à similitudine calcaris mi-
litaria clacaria dicuntur, gestantes, ignem, nisi
per eos, non aspiciunt, oculos id per totum an-
num à languoribus conseruare credunt. Qui
abire intendit ille herbas, quibus ut dixi, præcin-
ctus fuit, igni iniicit, dicens, abeat & combura-
tur cum his omni infortium meū. Ante arcē
in monte, qui urbi Herbipoli supereminet ab
episcopi aulicis, etiam ignis fit cui orbiculi qui-
dam lignei perforati imponuntur, qui cum inflā-
niantur, flexilibus uirgis præfixi, arte & ui in aetē
supra Moganum amnem excutiuntur: Draconē
igneum uolare putant, qui prius non uiderunt.
Fiunt eodem tempore figulino opere, ollæ que-
dam, ita multis foraminibus discissæ perforatæq;
ut partes uix sibi cohærent, puellæ illas emunt, Olæ cum lumi-
& purpurearum roscarum foliis obductas imposi- nibus suspensi
to lumine ex domorum culminibus pro lucerna duntur.

Arbores frondē suspendunt. Tunc temporis adolescentes pagis
tes pagis invē totas pinus inferunt: quarum inferiorib[us] ramis
huntur.

abscētis, superiores speculis, vitris, sertis, bracteo-
lisq[ue]; splendicantibus exornant, arboreni terræ
infixam totam æstatem ita stare finunt. Autumni
tempore q[uo]d vuae iam maturæ sunt, non antea

Vindemiādi vīndemiarē cuiquam concessum, quām domini
ritus.

quibus decima debetur hoc permiserint: non
enim ille hodie, cras alter legit, sed quotquot in
vno colle vina habent, vno vel duobus diebus
omnes omnia abcerpunt, indicitur hodie in il-
lo, cras in altero legendum: decimæ in vallibus
sub vineris excipiuntur. qui tardius, quām ius-
sum est, vīndemiarē volunt, non solum cum li-
centia facere debent, sed etiam suis expensis de-
cimam in domini torcular inferre. Herbipoli
cuiq[ue] vīndemianti ob exhibitam credo in deci-
mādo infidelitatem iuuenis addicitur qui dili-
gēter notet, & iubeat etiam, ut quodq[ue] decimum
vas lectum absq[ue] fraude dño suo tribuatur. Fini-
ta vīndemia hi pueri oēs in campo cōuenientes
singuli se de stramine, quod ad hoc aduedunt

In festis sancto Martini et Nicolai ritus. est, vna aut duabus facibus armant, q[ui]bus sub no-
rum Martini et ceterū incēsis cantantes ciuitatē ingrediuntur. Hoc

more autumnū se expurgare atq[ue] exurere dicunt.
Martini & Nicolai sancto præsulum vtrorūq[ue]
dies miro gaudio, mira festiuitate Franconia
gens colit, diuersimode tamen, in sacris ædibus
& altari hæc, illa in mensa & popinis. Nemo per
totam regionem ranta paupertate premitur, ne-
mo tanta tenacitate tenetur; qui in festo sancti
Martini nō altili aliq[ue], vel saltē suillo vitulino u[er]e
viscere assato vescatur, qui vino nō remissius in-
dulgeat. Quilibet enim tūc noua vina sua, à quib[us]

In festo sancti Martini.

bus se adhuc usq; abstinuit, degustat & dat degustare, omnia. Erogantur in Hiperboli & plerisq; locis hac etiam die pauperibus ex pietate vina. Spectacula publica eduntur, duo aut plures fren dentes apri circo includuntur: ut mutuo se expertis dentibus visceratim dissecant, quorum carnes vbi vulnerati conciderint partim plebi partim porestatibus diuiduntur. In die vero sancti Nicolai adolescentes qui disciplinarum gratia gratias scholas frequentant, inter se tres eligunt, unum, qui episcopum: duos qui diaconos agant: is ipsa die in sacram ædem soleniter à scholastico coetu introductus diuinis officiis insulatus præsidet, quibus finitis, cum electis domesticatim cantando nummos colligit, eleemosynā esse negat, sed episcopi subsidiū. Vigiliam dici pueri à pa/ Pueri ieunant. rentib. ieunare eo modo inuitantur, q; persuasus habeat ea munuscula quae noctu ipsis in calceos sub mesam ad hoc locatos imponuntur, se à largissimo præsule Nicolao percipere, vnde tanto desiderio pleriq; ieunant, vt quia eorum sanitati timeant, ad cibū cōpellēdi sunt. Et tales hodie Frac̄onū famosi mores sunt, tales annui ritus.

De Suevia, Sueuorumq; moribus & pri-
scis & recentibus, Cap. XVI.

Suevia Germaniae præficia ætate nostra istis finibus describitur, ad oriente Baiuariis, ab occidente Alsatensibus & Rheno iungitur, Alpiū iuga à meridie haber, à septentrione Franconiam. A Sueuis populis dicta, qui ex eas cythiæ parte que hodie Liuonia & Prusia est digressi, ibi con federunt authore Antonio Sabellito, & confirmare istud Lucanus videtur inquiens,

Suevia fuisse.

Sueci vnde in Germaniam venierunt.

Fundit ab extremis flauos aquilone Suevios.

Suevia olim Alemannia. Alemania prius nominata fuit à lacu Leman no, qui & Lausanensis vocatur. Suprema portio totius Germaniae Suevia est: duobus clarissimis fluminibus Rheno & Danubio irrigatur: quorū alter modico fluxu in occidentem oceano miscetur. Hic è diterso in orientem per innumeratas gentes uolutatus pontum influit. Terra partim plana, partim montosa. Ager fertilis cuius nulla pars inculta iacet, præter quam aut lacus, aut montes uel sylvae occupant. Nemora in ea multa, & ob id genti ue natio frequens, aucupium pecuniae frumentorum abundatia, pecorum magna uis.

Sueviae cōditio Conualles plurimæ perennibus riuis clarissimæ undiq; amnes procurrunt, qui se universi in Rhenum & Danubium exonerant. Tota insuper prouincia salubritate gaudens, celebratissimis urbibus, uicis & castellis referta, Arces excelsæ natura & arte munitæ, & quod ad Christianam religionem pertinet pulcherrimis atq; ditissimis templis, collegiis, monasteriis uariorum ordinum sexus utriusq; basilicis, parochialibusq; ecclesiis est exornata. Circa montes, ferrum, argentum, & metalla procreat. Gens populosa, fortis, audax, & bellicosa, procera corpore, flauo crine uenusta facie, & decora, ingenio singulari prædita: præstantissima Germanorum à Plutarcho dicta. Cuius gloria eo usq; creuisse memoratur, ut uirtute & armis Imperium orbis meruerit, illudq; ultra unius seculi spaciū magnificentissime tenuit. Sed uiduata posteà suis principibus, nescio qua fortunæ iniuitate dicam aut ignavia, mox substituit, quasi non extet, qua famam suam excendere, aut quod minus est tueri possit.

Laudes Sueviæ Caius

Præstantiss. Germanorum Suevi.

Caius Iulius Cæsar in quarto cōmentariorum
de hac ita scribit. Sueorum gens longe maxima
ac bellicosissima Germanorum omnium cētum
pages habere dicuntur; ex quibus quotannis Antiqui Sueuo
singula milia armatorum bellādi causa ē finibus rum mores.
educuntur, reliqui, qui domi remanserint se arq̄ Centum Sueuo
illos alunt. H̄i rursus inuicem anno post in armis rum pagi.
sunt, illi domi remanēt: sic nec agricultura, neq; victus Sueuo
ratio, arq; vſus belli intermittitur, sed priuati ac separati agri apud eos nihil est: Neq; lōgius an ex Pecore.
no remanere vno in loco incolendi causa licet.
Non frumento solum, sed vulgo lacte & pecore
viuunt, multumq; sunt in venatione, quæ res &
cibi genere & quotidiana exercitacione & liber- Vestitus Sueuos
tate viræ (quod à pueris nullo officio aut disci- in pelles erant.
plina consuefacti nihil omnino contra voluntas
tem faciant) & vires alit & immani corpore ho-
mines efficit: arq; in eam se consuetudinem ad-
duxerunt, vt sub coelo frigidissimo habitantes
neq; vestem vllam præter pelles habeant, quare
propter exiguitatē maior corporis pars nuda &
aperta est. Lauātur in fluminibus. Mercatoribus
est ad eos adit' magis, eo q; quæ bello coeperūt
vendant, q; vt aliquam rem ad se deferri desy de-
rent: quietiam iumentis, quibus Galli maxi-
me delectant, quæq; impenso parant p̄tio, Ger-
mani non vtunq; sed quæ apud eos sunt & natu-
ra parua, & deformia, hæc quotidiana exercita-
tione summi vt sint laboris efficiunt. Equestribus
præliis sæpe de eis desiliunt, ac pedites prælia-
tur: & eos eodem vestigio remanere eductos, vbi
vſus est, celeriter repetunt. Neq; moribus suis q;
quā in honestius aut inertius putat, quām ephippiis Ephippiis non
pius vti, Itaq; ad quemvis ephippiatoꝝ equitum sunt vti Germanni

numerum (quamvis pauci) adire audent. Vintum

Vintum ad se importari cunctino non sinunt, quod ea reportari non possunt ad laborem ferendū remollescere homines atque tiebantur Sueos effoeminari arbitrentur. Publicae esse laudis putant.

re significari magnum ciuitatum numerum suum sustinere non posse: propter quod una parte à Sueois circiter mille sexcentorū passum agrī vacare dicuntur. Cornelius Tacitus, vbi de Cer-

maniae situ & gentis moribus scribit, de Sueois ita refert: Maiore, inquiens, Germani parte prius adhuc nationibus nominibusq; discreti Crimen nodo sunt, quanquam in communione Sueoi vocentur. Insigne (inquit) gentis est obliquare crimen nocturni.

Sacrificandi Sueiorū ritus.

Supersticio gentis admiranda. Isidi sacrificabant.

temnes eiusdem sanguinis populi legationibus coeunt, cæsoq; publice homine celebrant, barbari certe ritus horrendaq; primordia. Est & alia lucoreuerentia. Nemo nisi vinculo ligatus ingreditur, ut minor, & numinis potestatem prece ferens: si forte prolapsus attolli & insurgere haud licitum, per humum euoluuntur, eoque omnis supersticio respicit, tanquam inde initia gentium vbi regnator omnium deus, cætera, subiecta atque parentia. Pars quoque Sueorum, ut idem Cornelius habet, Isidi sacrificat, peculiaria cetera Germanis & ipsis sunt communia. Verū enim veteri non solum apud Sueos, sed & apud omnes gentes mutati sunt mores: & q; dolendum plu-

riuum est, fere in peius. Nam hodie potentiores Recentiores Sue
 Sueuorum ferè omnes mercaturae uacant, societate uorum mores,
 siue confoederationem unā multi ineunt, ac cer-
 tā pecuniæ summa quisq; ponit, qua nō solū aro-
 mata serica, atq; alias preciosas merces, quæ ad
 nos à trāsmarinis & remotissimis regionibus trās-
 uehuntur, emunt, sed vilia etiā, ut coclearia sunt,
 acus, specilla, pupæ, & huiusmodi: præemunt etiā
 vina & frumenta, quod ego tamen non laudo:
 quum id non minus opificibus & agricolis graue
 damnosumq; sit (qui sua ante tempus gryphoni-
 bus istis ne potius dicam uel mercatoribus ven-
 dunt quæ postmodum necessitate cogente du-
 plo ære redimere ab ipsis debent) quam toti pro-
 uinciae: quæ, quibuscunq; indiget, non apud vici
 nas gentes, à quibus minori precio habere possit
 accipere deber, (sic enim à corruptis munere
 principib. impetratum) sed ab illis in Stutgardia
 aut alias ubi emporia habent. Ipsi tamen p se non
 negouātur, sed cōmunitibus seruitis, q cotractam
 rursus pecuniā vna cum lucro cōgregatæ certo
 tēpore rationē ponut, singulisq; dominoꝝ luci
 partem fideliter præbent. Priuati Sueuorum nulla
 alia re nullo artificio magis occupantur, quā lini
 operatione, cui adeo incubunt, adeo deditisunt,
 ut in quibusdam Sueviæ locis nedum mulieres
 & puellæ, sed adolescentes & viri hyemis tēpore
 solo admouēt. Pani genus faciūt cuius tela linea
 est intextū bombycinū, Pargath illud uocantes:
 faciunt & totūlineū, quod Golsch appellat. Com-
 pertum habeo, apud Vlmenses solum quotannis
 vi triusq; generis pannos parari centum milia, ex
 quo quilibet conjecturare potest quā incoprehen-
 sibilis incredibilisq; summa in terra regiōe elabo-
Mercatores Sue
vorum Geima
nitæ reip. dan
nosi.
Omnia Suevia
in linea operas
tor.

retur. Ad remotissimas nationes isti panni trans-
uehuntur, & maxime bis in anno ad Emporium
Franconafordense: ubi q̄ ingens vestigia Suevi-
cæ nationi accedit. Præterea quoniam bonis ma-
Suebi in venerē
pronis
Proverbio quo Germanoz mo-
tes notantur.
tria commixta semper sunt, & nulla ex omni parte
erecta, sunt Suevi in venerem supra modū pro-
ni: fœmineus sexus virili ad malum facile coſen-
tiens, immature uterq; præuaricatur, sero resipi-
scit. Ego huic vitio maxime suffragari existimo,
q̄ quemadmodum in aliis Germaniæ pruinciis,
ecclesiastica censura, publici illi fornicarii, adul-
teri, raptores, minus insectentur. Proverbium or-
tum, vnam Sueviam laræ Germaniæ satis mē-
tricum transfundere: quemadmodum Franco-
niam copiam dare raptorum & mendicantium,
Boemiam hæreticorum, Baioariam furum, Hel-
uetiam carnificum, & lenonum, Saxoniam pota-
torum, Frisiā, atq; Yueſtualiam periutorum
Rhenum gulonum.

De Bauaria & Charinthia & earū pri-
scis legibus moribusq; quibus ho-
die viuunt. Cap. XVIII.

Nordum.

Bauaria limi-
tata.

Bauaria Germaniæ pruincia ab Auarib⁹ Hu-
norum reliquiis, q̄ Noricis expulsis, in ea
terra concedere, adiecta B litera appellat.
Baioaria et à Boiis Cisalpinæ Galliæ populis hoc
loci aliqui in moratis dicie. Noricum olim fuit. Hun-
gariam ab oriente habet, ab occidente Sueviam,
à meridie Italiam, à Septentrione Franconia atq;
Boemiam. Danubio insigni fluvio ex Suevia pro-
fluente irrigatur, Austria, Stiria & Charin-
thia in se comprehendit: quod iidem ferè ho-
mines, iisdē moribus & lingua videntur, Noricis:
præterea finibus quondam contenti erant. Beatus

Lucius Britanniae rex primum, deinde sanctus Rupertus, ultimo Bonifacius Moguntinus Archiepiscopus Christianam pietatem edocuit. In qua tuor Episcopatus Bauaria dividitur, Salzburgensem, Pataviensem, Prisingensem, Ratisponensem.

Nulla Germaniae Provincia pluribus cultioribus urbibus illustratur Salzburga, quae Iuuania fuisse creditur, metropolis est, Monachium ducalis sedes hodie, olim Schiren fuit. Hæc terra priusquam in provinciam redigeretur à proprio rege ad Arnolphi Imperatoris usq; tempora administrata est: eum ut Parthia suum Arsatem & Aegyptus Ptolemæum, ipsa Cacannum nomina nauit, deinde duces habere coepit, hodieq; tenet.

Qui ex una illustri Agilolfingorum familia diu eligebantur omnes, Gentis mores uiuendiq; instituta ex legibus, quas orthodoxa fide recens susceptra habuere, cognosci possunt: tales fuere, ut liberæ conditionis homo Chirographo & sex testibus, quorum nomina & manus suas imponeat confirmet, si uillas, terram, mancipia, pecuniam, aut quid aliud ecclesiæ donauerit, schedā præsente sacerdote altari super ponat. Nec ipsi nec posteris illius rei sit ulterius, nisi ecclesia permetat. Apud Episcopum defendatur quicquid ecclesiæ Dei datum fuerit. Dei iudicium & san-

ctæ ecclesiæ offensam incurrat, restituereq; cogatur aut à rege aut principe, quicunq; ecclesiæ aut eius rebus iniurius fuerit, uncias aut tres pro multa persoluat. Negans ante altare populo sacerdoteq; præsentibus secundum pecuniam summam iuret. Qui seruum ancillam ue ad fugiendum persuaserit, reuocet, & alium interea signoris loco sistat, solidis quidecim cōponat. Ser-

Bauariae Iaus
ab urbibus.

Cacannus Bas-
uarorum rex.

Ecclesiæ liberas
tas.

De incendiariis ño occul te ecclesiæ res concremanti manus amæ ecclesiarum.

puretur ac oculi eruantur, ne tale quid de cærebro perpetrare uideat: dominus uero eius restituat, quicquid incendio consumptum fuerit. Liber homo ex integro omnia restaureret, & ob temeritatem solidis. lx. componat: negans. xxiiii. sacra mentalibus nominatis ante altare coram ecclesiæ defensore digitis super Euangelii librū positis iuret. Reo ad ecclesiæ cōfugiēti securitas esto, nec domino phas seruum inde abstrahere, aut quis modo lædere: qui contra fecerit iudice cogēte cōponat ecclesiæ. xl. solidis. Qui in minoribus ordinibus constituto noxius fuerit dupliciter cōponat, quo parentes cōponuntur. In maioribus cōstitutor tripliciter. Presbyterum autē si quis occidetur, cōsiderit, ccc. auro appreciatis solidis. Diaconu. cc. ecclesiæ in qua ministrauerel exoluat: & pecunia habuerit nullā, se ipsum, uxorem, liberos seruitio eo usq; mancipabit, donec statura pecunia redimat. In Episcopum sœuiat nemo, etiā si cui molestus fuerit: sed coram rege, duce, aut plebe conueniatur super homicidio, fornicatione, consensuq; hostili. Si inimicos prouinciae introduixerit, si perdere, quos saluare debuerat, uoluerit, deponatur aut in exiliū relegetur. Qui sanctimoniale ex monasterio abducta contra ecclesiastica legē sibi matrimonio coniunxerit restituat. Episcopus ducis auxilio eam uelit nolit monasterio rursus intrudat. Ipsum uero aut se emendare compellat aut prouincia efficiat. Presbyteris & diaconi bus extraneam apud se in domo mulierem habere non liceat, ne cōsuetudine deceptus polluatur in digne Deo offerens, & populus ob id plaga suæ stineat. Sacerdotū ac aliorum clericorum causæ

Ad ecclesiam
qui confugerit.

De clericorum
percussoribus.

Episcopi causa

ab Episcopis solum secundum canones iudicen-
tur. Coloni & serui ecclesiæ secundū quod quisq;
habet, tributa decimasq; persoluant. de modiis dandæ.
Decimæ quo
decem unum, de particiis decem unam, de dece
fastibus unum, de decem apum uasis unum, pulli
quatuor oua quindecim tribuat, ligna, lapides,
calcem ad sacrarum ædium structuram aduehat.
ultra vires tamē degrauetur nemo. Qui regionis
duci insidias struer, aut hostes prouinciae inuita
uerit, aut ciuitatē aliquā prodiderit, tribus testib.
conuictus in ducis potestate sit, bona eius confi-
scentur. Verum per inuidiā ne quisquam pereat
cum uno de se testante duello configens, si uice
rit absolitus abscedat. Si ducem aliquis suum in
terfecerit, interficiatur & ipse, acres eius, confi-
scentur in publico in sempiternum. Seditionē ad
uersus ducem mouens, duci sexcentis, cæteri fa-
ctiosi, cc. solidis componant. In hostiū cum edu-
citur exercitus propter scorta aut casas non rixe-
tur, nec etiā ppter pabula uel ligna, tollat quisq;
quantis indigeat, tollentē nemo prohibeat, secus
faciens uel disciplinæ hostili subiaceat, uel corā
Comite suc uerbara quinquaginta sumar. Comiti
in Comitatu suo ne hostib. absq; ducis iussione
danna inferantur cura sit, ipse persoluat, si sua ne-
gligentia peccatum fuerit. Liber si damnum in-
tulerit quadraginta solidis mulctetur, æqualiaq;
omnia restituat. Seruus capite plectetur, domi-
nus illius ne talia perpetraret, quia non prohi-
buit pro ipso restituat. Aliquid in exercitu surri-
piens criminis conuictus seruus, manibus mutile-
tur, nihilo fecius dominus eius restituere compel-
latur. Liber ad rei restitutionem solidis, xl. com-
ponat. Si quisquam a rege aut duce iussus ali-

Deducet, et ei⁹
causis.

Seditiosorum
paena.

Leges castren-
ses.

- Dux causa.** quem interficerit, defendat eum & liberos eius.
rex siue dux cui obediuit. Et si is morietur, alius,
qui succederet tutelam ipsius assumat. Si dux con-
tumax & rebellis decreta regis contempserit, du-
catu priuetur, seq. æternæ salutis spe omni frustra-
tum sciat. Si ducis stultus & arrogans filius, pa-
trem adhuc iudicio praesidere, exercitum du-
clare, equum ascendere, arma gestare potentem:
qui necdum surdus, neq; cæcus est, qui regis na-
dam stramine exequia ualeat: malignorum consi-
lio principatu deturbare ntitur, exhæredetur,
aut, si liber, in exilium perperum ablegetur,
- Ducalis aula li** quia contra legem in patrem peccauerit. Quic-
meritate aut ebrietate in ducis aula scandalū fu-
scitauerit, quicquid malis sequetur, lege cōponat,
solidis. 40. plectetur, seruus manū perdat. In du-
cis aula qui temere aliquid iacere conspexerit,
surripiens, ubi nocte una celarit, furri alligetur,
in publico solidis quindecim cōponat, quod
domus dicit domus publica censeatur. Imperiū
ducis detrectans quindecim solidis mulctetur:
& quicquid facere iussus fuerat adhuc perficiat
ut placita omni quindecimo die in Comitati-
bus regionis omnibus peragatur. Liberi omnes
conueniant: qui neglexerit, solidis quindecim
mulctetur. Iudex ut iuste iudicet librum penes se
legis habeat, ex eo causa omnis cōponatur.
Neq; personam neque munera respectet iudex,
- Iudex qualis es** sed de compositione, dum recte iudicarit, partē
se, debeat. nonam accipiat. Sin perperam, duplo, quicquid
lata sententia abstulerit exoluat: insup solidis qua-
dragenira mulctetur. Ducis cedes parentibus aut
regi solidis Dcccclx. cōponatur. Parētes ducis
sexcētis, obseruato, ut ducis cōpositio parentū

suorum compositionē triplo excedat. Agilofini
gī de quorum progenie dux perpetuo eligitur,
compositionem quadruplicā habeant. Huosi, Troz-
zi, Sagani, Hahilingi, Aennoni. primi post Agi-
lolfinos, duplam. Liberum quisquis interficerit
parētibus aut duci bisoctoginta solidos exoluat,
Si oculum, manū, uel pedem amputauerit qua
draginta, si claudum fecerit duodecim, si man-
cum uiginti. Simplex uulnus tribus solidis, den-
tem moralem duodecim, alios omnes sex cōtempo-
nat. Peregrinos homines inquietare aut lædere
summe prohibemus: contrafaciens dupliciter
componat, & fisco clx. solidos exoluat. Si occide-
rit solidis auro appreciatis centum multetur.
Seruus liberum aut molestans aut uenūdans prē-
sentatus iudicii aut manū aut oculū amittat, absq;
insigni nota nequaquam dimittatur. Liberti di-
midio componantur mitius quām liberi. Nuptias
intestatas prohibemus, unde socrum, nurū, priui-
gnam, uouercat, fratrū aut sororis filiam, fratrī
uxorem, uxorū sororem uiro ducere liceat nulli,
fratrū aut sororū filii matrimonio nequaquā
se se coniungant: facultates eorum à iudice confi-
scantur, qui contra fecerint. Qui dominicā diem
seruili opere prosanauerit, nec semel & iterum
monitus cesseret, uerberibus dorsum illius fran-
gatur: si nec adhuc cessauerit, tertia ipsi honorū
pars auferatur: tertio si attentauerit, libertatē per-
dat, seruus sit, qui die sancto, noluit esse libet. Ser-
uus uapulet, & si non emendauerit, dexteram
perdat: Peregrinus monitus nisi cessauerit. xii. so-
lidis multetur. Qui liberum præter voluntatem
seruitute deuinixerit, aut illius hæreditatem bo-
na ue inuaserit xl. solidis cōponat, restituatq; que-

Liberi quōcōs
penatur.

Liberti.

De nuptiis.

De seruis et pte
na non cultos
dientium.

Mulierū causæ occupauerit omnia. Si quis cum alterius cōiunge libera cōcubuerit, marito. cxl. solidis cōponat: & si deprehensus interficeretur absq; vindicta suo in scelere iaceat. Cū libera consentiente fornici-
tus, si in coniugem ducere noluerit duodecim cō-
ponat solidis. Dominus seruum qui liberę uim fe-
cit parentibus illius ad poenam dedat, interficer-
ius esto, si liber. Si quis uirginem liberam præter
eius ac parētum voluntate rapuerit solidis xl. li-
bertam viii. ancillam. iiiij. cōponat. Liber liberā
uxorē absq; culpa dimittens parentibus solidis
xl. cōponat. Mulieri dotem & quicquid adpor-
tauerit secundum familiæ ex qua nata est stēma le-
gittime p̄soluat. Si liberam liber post desponsatio-
nē repudiauerit aliaq; superduxerit. 24. solidis
puellæ parentibus cōponat. Sacramentalibus
12. iuret, eam neq; ob crimen aliquod, neq; ob
parentum inuidiam dimittere, uerum ob solum
amorem, quo alteri teneatur. Qui alterius spon-
sam sibi rapuerit, restituat eam, & bis 80. solidis
marito cōponat. Mulier quæ alteri potionem,
ut aborsum faciat, commiscet, si ancilla est. cc. uer-
bera accipiat, Ingenua libertate uduata seruitio
deputetur. Si prægnans mulier ista aborsum
fecerit, ipsa si morietur, qui icterit tanquam ho-
mida, teneatur, si foetus tantum, non dū uiuens.
20. solidis uiuens. 50. uiueregeldū persoluat, soli-

Domus pri-
blicæ.
dosq; tres & tremissim. Si in ducis curia, in ædi-
bus, sacris, in fabrica, aut molendino, quæ domus
publicæ sunt, liber homo quid furatus fuerit, no-
nuplum cōponat, secundum rei ualorem iuret,
siue campionibus depugnet. fur nocturno in fur-
Furta quomodo deprehensus, si occidatur, non vindicetur.
Qui alterius seruum ad furtū vel aliud nefas in-

domini discriminé persuaserit, fraude detecta rāq̄ do cōponatur
 fur damnetur, non uplū exoluat. Seruus quod tu
 lit restituat, & insuper flagellorum ictus, cc. exten
 sis publice accipiat, dominus incommodi nihil
 patiatur. Fur quascunq; res substraxerit iudici
 præsentatus secundum legem uin dicit̄ subiaceat.
 Verum mortinon prius damnetur, quam nonnull
 la illi, qui damnum pertulit compositio de furis
 facultatibus fiat. Qui aliquid in prouincia emerit
 diligenter prius interroget, furtiuum sit, nec ne.
 Furtiuum si emerit restituere cogatur, atq; in si
 scum pro fredo solidos. 12. persoluat, qua lege in pto lege coes
 eum etiam animaduertitur qui furtiuum commē
 datum suscepit. Compositionem à fure, nisi co
 ram iudice suscipiat nemo. Latrocinii culpis sub
 iaceat qui iudicem suum rem celat. Quoties de
 agrorum finibus contenditur, constituta olim si
 gna ab inspectoriis quærātur, nec aduersus ea
 longe possessionis tempus patrocinetur, uēditor
 ostendat, si nulla apparuerint, & si cōtentio ranta
 sit ut sedari non possit, championibus depugne
 tur. Nemo nouum terminum aut signum sine al
 terius partis consensu, sine inspectore cōstituat.
 Liber si contra id fecerit lege solidis. 6. mulcte
 tur: seruus. cc. flagellorum ictus extensus publice
 sustineat. Si liber liberi parierem aut septem dissi
 pauerit uel irruperit, tribus solidis cōponat, & da
 num restituat. Columnas trabes spangas tribus
 solidis ad restitutionem componat. Afferes late
 res & aliud quicquid ædificio continetur singu
 lis solidis. Pignorare absq; ducis permitti liceat
 niemini, contrarium facens, pignus euestigio illæ
 sum red dat, duci. 40. solidos pro fredo exoluat
 Igitur ad arbitriū iudicis cōponat, Qui messem

Furtiu em
scum pro fredo solidos. 12. persoluat, qua lege in pto lege coes
eum etiam animaduertitur qui furtiuum commē
cita.

Agrariz leges

Pignorare doce
permittat.

iam maturam alterius demessuerit solidis sex cōponat. Negans sacramentalibus secundum legē suam sex iurer. Qui segetes alterius incantando uiciarit, coniuctus. xii. solidis componat, familiā illius anno toto alimentis prouidear, & quale reddat, si quid perdiderit. Negans sacramenta libus, xii. iuret aut campione se defenset. Si quis alieno seruo uel ancillæ ad fugam aue auxilio aut consilio adfuerit, xii. ipsum, eam sex solidis componat, reducatq; si negare uelit. xii. sacramentalibus iuret, aut capionum se pugna expurget, Nemo alienum animal etiam in damno deprehensum quoquis modo lædat occidat ue: sed penes se eosq; retineat, donec domino aut uicini daninum acceptum indicabit, qui locum læsum cū æquali illæso signent, in messis collectu.

Damnerum il-
tatorum com-
positio.

ne quod læsus non læso minus protulerit, is cuius animal damnum intulit rependat. Qui uero contra legem hanc, animal occiderit, cadauer sibi habeat, domino aliud æquale reddat. Si oculū excusserit, quanti animal æstimabitus tertia pretii parte componat. Si caudam uel aurem, uno solo. Si cornutum remisse: duplentur, si hoc in domi

De commenda ni cōtemptum odium ue perpetrari. Qui padatis et commercede equum aut bouem custodiendum suscep-

perit sua culpa periclitatum ab integro persoluat, & mercedem nullam requirat. uerum iuramento si se absoluerit corium reddat. Qui aurū, argentum uestes aut alias quascunq; res uendendas siue custodiendas in çedes suas receperit, si

Ex incendio fuerint, quod sibi non profuerint iuramento dato, nihil persoluere cogatur. Qui auxiliatoais
quid sufficiens specie ex incendio aliquid rapuerit, proditus, qua-

druplum exoluat, secundum legisq; statuta cōpo
nat. Rem in contentione locatā nec vlli donare Res in cōtētio
nec vendere liceat. Mulier in viduitate post ma
riti obitum permanens æqualem vt filiorū vnus
vñ fructuariam portionem possideat. Si vero ad
alias nuptias transierit, ex die cum dote & rebus
suis domo egrediatur: filii inter se portionē, quā
consequuta fuerat, ut reliquam diuidant. Parris
bona filii de diuersis etiā cōiugiis suscepit æqua
liter h̄ereditabunt, Matri vñusquisq; tantū suæ.

Ancillæ filius cum liberæ filio hæres non esto,
Si quis sine liberis morierur, nisi testamento ca
ueatur, vxor, quicad viduitatem obseruauerit, bo
norum medietatē oīum retineat, propin qui reli
quā accipient. Si vero & ipsa morietur, aut alteri
nupserit, cum bonis suis, & quæ lege debentur,
abeat, p̄pin quis & hæc pars cedat. viro aut mu
liere defunctis, si vñsq; ad septimum gradū p̄pin
qui nulli reperiantur, nisi testamento vel dona
tione caueatur, res eorum oēs fiscus indipiscat.
Qui rem aliquā vēdiderit, precio accepto, em
ptionē aut charta aut testibus ratam faciat, duo,
tres vel plures testes adhibeātur. Venditio nisi
voluntaria & libera, firma nō sit. Qui rem alienā
dño ignorante vendiderit, ipsam lege restituat,
& aliā æqualē addat. Si reperiiri nusquā poterit,
duas similes pro ea reddat. Qui arrā in quacūq;
re dederit, nisi placitū mutatū fuerit stare cōtra Arræ traditio
etui debet, aut hāc ipsam pdat, & precium q; de
buit exoluat. Si q; rem viciatā vendiderit infra dies tres recipiat, vel sacramētali vno viciū igno
rasse iuret, & stet emptio. Seruus suo non dñi pe
cuto redemptus, fraude cognita dñi restituat,
quia non precium, sed res serui ignorans acce

De hæreditate
leges.

De emptione
et venditione.

Arræ traditio
nis ius.

Mancipiorum
redemptio.

perit. Cōmutatio tantum roboris habeat, quantū
emprīo. Qui agrum aut pratum alterius suum di-

**Testes & eorum
causæ.** cens inuaſerit, sex solidis propter temeritatem
componat & exeat. Testem aure tractū nisi super

Iurādī modus mortuum testari uelit, repellī nec debet nec pōt.

In mortui causa hic duello probetur, si uicerit ul-
terius nō impugnetur sed credatur ei. Ex plurib.,
testibus unus tantū sorte eductus iuret, ita dices:

Testis sortitus sum, testē me exhibeo, sic me deus
iūuer & illū curis manū teneo, testis aure tractus
sum ueritatē p̄senti in causa dicere, datis dein de-

ad sacrādū armis solus altera manu uerbū ipsum

**Peritū aſaduer-
ſio.** cū uno sacramentali iuret. Mendaciter iurasse cō-
uictus causam restituat. 12. solidis cōponat, aī
innocētia suam cāpione defen dat. Si cāpionum

unus ab altero inter de cērādū interficiatur,
si ingenuus, ab eo, qui iniuste eum iūuitauit, 12.,
solidis nec amplius componatur. Qui liberū mot-

**De mortuis et
eorum causis.** tuū monumento refossum spoliauerit, parētib.
illius solidis. 40. componat, & ipsum etiā furtiuū
quod tulit. Si quis occulte liberum occiderit, ca-

dauer in profuē tem aut alio abiedium condi-
gna ſepultura & exequis priuer. 40. primum foli-
dis, deinde vueregeldo componat. Qui vero li-

beri hominis cadauer ad littus deuolutum aquis
iterum immiserit solidis. 20. cōponat. Seruus eo

modo occsus atq; abſcōsus nonuplo, id est, 180.
solidis componatur. Qui vēſtū à ſe imperfectum

spoliauerit duplicitē componat. Cadauer homi-
nis mutilans ſingula membra ſingulis. 12. solidis

cōponat. Si repertum ne à feris dilaceretur pieta-
te motus humauerit à parentibus aut domino il-

lius ſolidum accipiat. Qui alterius nauē loco ſub-

De nauigis. mouerit illæſam aut æquale redat. Extra aquā

vero protracta si celauerit, interrogatus negaverit, ut furtiuū cōponat. Qui canē venaticū abstulerit ipsum aut simile red dat, & sex solidis compōnat: pastoralē tribus. Illis legibus Bauari ante aliquot secula paruere, nō nullisq; ad huc, siquidē q; Christianæ pietatis obseruantissimi sunt ad extera augustinora templa turmatim peregrinantur. Aquilgranum præcipue, duo etiam prouinciae loca miraculis sanctiorum & peregrinorum frequentia clara. Virgo Maria Otingæ, & beatus Vuolfgangus. Regio uitibus præterquam ubi astralior est non seritur. Nemorosa multum est & montuosa. Sues glandibus sylvestribus ue posmis credo ranta copia nutrit, ut veluti Hungaria boues, ita hæc sues ceteris Europæ nationibus large suppeditet. Est gens adeo suillis & ipsa moribus famosa, ut ceteris Germanis comparata Ba
bari (Barbari dico) nomen ipsi optime cōuenire nemo nō videat. Duobus vitiis plus aliis insignes in hospitalitate videlicet & furto. Vestitu ut plurimum blauo colore amicitur, ocreis libentius quam caligis calceatur. Baioariæ siue Bauariæ ad Austriam contigua est partim Carinthia partim Styria. Est Carinthia montana regio Carnis ad ortum, Styriæ ad occasum ac mediodiem iuncta, Alpes Italas & forum Iulii continet: multæ in ea valles collesq; feraces tritici, multi lacus, multi amnes, quorum præcipuus Drauus qui per Styriam ac Pannoniam in Danubiu fertur haud inferior Sauo. Imperium Austriae principes obtinent, & archiducem appellant, cui ea regio parét, quoties nouus princeps reipub, gubernationem init solemnitate nusquam alibi auditâ obseruant. Non longe ab oppido S. Viti in valle

Duobus vitiis
obnoxii Bauar.

Carinthia lini
tes,

Drauus amnis.
Sauus amnis.

spaciosa dirutæ ciuitatis vestigia visuntur, nomine

Festivitas in loci vetustas perdidit: nec procul hinc in paten-
tibus ducis ac, tibus pratis erectus lapis marmoreus est, quem,
ceptione mira, cum dux creandus est, rusticus quidam cui per-
da.

stirpis suæ successionem hereditario id officium
debetur, ascendit, ad dexteram bouem habens
foetam, nigri coloris: ad leuam equa illi sicutur
strigo a macieq; insigni, frequens circa populus
agrestiumq; turba ingens: dux inde futurus ex

aduerso mouet purpuratorū multitudine septus:
præcedunt principatus signa, omnesq; in toto
comitatu egregie culti præter futurum ducem,
Is agresti habitu, pileo tectus, calceos & pastora-
lem baculum gerens, pastorem agit magis quam
principem. Hunc venientem intuitus qui lapide

Charinthiorum obtinet, Illirica voce (sunt enim Charinthij Illi-
rii hoc est Sclauoni) quis est hic exclamat, q tam

superbe incedit? Respondebat circunfusa multitu-
do principē regionis aduentare. Tum ille, iu-
stus ne iudex? salutem patriæ quærens? liberæ
conditionis ue honore est? Christianæ pietatis
cultor? ac defensor? clamatur: est qdē & erit.
Rursus idem, quero quo me iure hac à sede di-
mouebit? Respondebat ducalis aulæ magister, sexa-
ginta denarijs hic abs te locus emitur: iumenta
hæc tua erunt, ad bouem & equa manum inten-
dens. Vestimenta quæ dux exuet habebis, erisq;
tu cum domo tua tota liber à tributo. Quibus di-
ctis, Rusticus malā principis percurrit, alapa leni-
ter incussa, iubetq; æquum iudicē esse, præmiog;
abducto, loco cædit. Tum lapidem dux occupat,
nudum gladium vibrans ad oēm se partem ver-
tit, populum affatur, polliceturq; se æquum iudi-
cem futuq; ferunt & aqua agresti pileo oblaram
potare

potare in futuræ sobrieratis argumentum. Deinde ad Solemniensem ecclesiam: quæ in proximo Solemniensi eorumculo sanctæ Mariæ uocabulum & nomen habet, per ductus, sacrificiis interest. Quibus peractis humili ueste, qua adhuc induitus est deposita, paludamentum induit, splendideq; cū proceribus suis coniuatur. Postremo in pratum reuertitur pro tribunali sedens, ius dicit & funda confert. Honor principem investitum a rusticis datum
 Hic honos principis inuestimenti rusticis datus est quod illi primum in ea terra Christi fidem accipere, nobilibus & principibus in errore adusq; Caroli magni tempora permanentibus, quando & ipsi baptismati admoti sunt. Fuit Charinthia dux venator Imperii, unde ad eum lites & contentiones venatorum omnium deferebantur, ut catus in iudicio coram Imperatore querulantes non nisi Sclauonica lingua respondebat. Carinthia dux imperii venator. Est consuetudo sibi huius prouinciae consuetudo in oppido ribus gravis. Klage furibus durissima: si quis in furti suspicio nem venerit, euestigio suspenditur: post cistridie de suspicione iudicant, si sontem inueniunt pendere finū donec per partes ad terrā defluat cadauer. Insens repertus sepelitur, exequi atq; ex publico persoluuntur. Penulis natui uelleris haud fucati Charinthii teguntur uulgoq; capita pileo obmuniunt, sermone loquuntur Sclauonico. Styrii vero agrestes uulgo populi sunt & strumo si, adeo quidem ingenti struma, ut ipsis loquela impedit: strumosi, & mulier lactans illam post tergum perinde atq; saccum reuiciat (si fama vera est) ne infantū impenitentia sit. Strumæ causam arque aeriq;, quibus Sal Styrianum uescuntur incolæ tribuunt. Styriani ipsi cultu & sermone Germani sunt, præter Draui accolias, qui Illirica utuntur lingua. Sal ibi coquitur quod



tyria olim va ad finitimas gentes defertur. Regio ferri & argenti terax, sed principum incuria parcus foditur. Valeria olim dicta fuit, montana plurimum praeterquam ad ortum, qua Pannonicus finitima est, ea parte vasiam effundit planiciem.

Hesperia.

Oenotria.

Italia appellatio.

Latium.

Ausonia.

Italia forma.

De Italia, Italorumq; moribus, Item de Romulo & eius ciuilibus institutis. Cap. XIX.

ITALIA Europe regio, prius Hesperia ab Hespero Atlantis fratre pulsus, & Hispaniae, & Italiae dedit nomen: siue, vt Macrobius inquit, ab Hespero stella, quod illius occasui subiecta sit. Oenotria etiam dicitur vel à bonitate vini quod in Italia nascitur, nam Græci Oenotria non vinum dicunt: uel ab Oenotrio Sabinoru rege, postea Italia ab Italo Siculorum rege, qui agriculturam Italos docuit, & leges posuit: nam ad eam partem venit in qua postea Turnus regnauit, & à suo nomine appellauit, vt Virgilius probat.

Est locus Hesperiam Graii cognomine dicunt, Terra antiqua, potens armis, atq; ubere glebas: Oenotri coluere viri, nunc fama minores Italiam dixisse ducis de nomine gentem.

Timæus auré & Varro à bobus uocatā putat, quoniā Tauri Græca veteri lingua ita appellari sunt, à quorum multitudine pulchritudineq; Italiam dixerunt. Latium pars illa ubi hostia Tyberina sunt dicitur, quemadmodū Ausonia, ut Aristoteles inquis, pars ad Thyrrenū uersa, Crucis forma inter Adriaticum & Thuscum mare iacens, ab Alpium iugis & Apennini porrecta se paulatim tamē ad Khegynum usq; attollens verticem & littora Brutiorum. In ultimo sui in duo cornua

scinditur, quo & alterum Ioniū spectat mare, alterū Siculum: in extremitate Rhegium oppidum habēs Eius lōgitudo ab Augusta prætoria p Rō Italiae. Longitude
 mā Capuamq; oorrecta vsq; ad oppidū Rhegiū, Solino teste, decies centena & viginti milia pas Latitudo Italiz
 suum colligēt. Latitudo vero quadringēta decē, vbi latior: vbi breuior centum triginta sex: ha-
 berq; vmbilicū in agro Rheatino, qui dudum Italiz regiōes
 ex latere maris superi Rubiconē fluuium pro fi- Liguria.
 nibus habuit. Diuiditur Italia in multas regiōes, Hetruria.
 à Varo flumine ad Macram Liguria terminatur, Latium.
 vbi Genua illustris ciuitas. Inde ad Tyberinum Campania
 amnem Hetruria, ubi Pisæ, à Tyberi ad Lyrim Picentina
 Latium, vbi Roma, intus Antium in ora à Lyri ad Lucania.
 Sarnum Campania, vbi Neapolis. Inde ad Sila Brutium.
 rim Picentinorum regio, ubi Surrentum & Saler Mag. græ.
 num, à Silari ad Laium Lucania, vbi Pestum & Calabria.
 Apulia. Fren. reg.
 Buxentum. à Laio ad Leucopetrā Brutium in q- Marrucinorum
 bus Rhegium Iulium, à Leucopetra ad Iapigiu ora.
 promontorium, quod & Salentinum, magne Græ Picentinorum
 ciæ ora est, ubi Croton & Tarentum. ab Iapigio ora.
 ad Brundisium Calabria, vbi Hydruntum. à Senones.
 Brundusio ad Garganum Apulia, ubi Barium & Boii.
 Salapia. à Gargano ad Sari fluuii hosti Veneti.
 torum regio, ubi Isconium, à Saro ad Apernum
 amnem Marucinorū ora, vbi Orton. ab Aperno ad
 Aesium fluuium antiquissimum Italiae terminum
 Piceni, quorum Ancon. ab Aesio siue Asio, vt
 quidam scribunt, ad Rubiconem recentius Ita-
 liae confinium Sinones, quorum Phanum fortu-
 nae, Pisaurum & Ariminum. à Rubicone ad pa-
 di hostia Boii, quorum Rauenna, à padio ad Tilia
 uemptum Veneri, ubi nunc Venetiæ, à Tilia uem-
 pto ad Natisonem Carni siue Foroiulienses, ubi

Aquileia. à Natisone ad Arfani lapides & Istri,
Apenninus mōs quorum Tergestum & formio amnis, & ipse ali-
Italiā discer quando Italiae finis. Apenninus mons totam
nūs terram uelut in duas diuidit plagas, hanc ad ce-
casum & meridiem, illam ad septentrionem & or-
rum obuersam ab Alpibus primo in Liguriam
exurrentes, mox inde Cisalpinam Galliam & Pi-
cenū ab Hetruria & Sabina dirimit, Ancos
nemq; progredivit unde aduersus in Apuliam
& garganum montem extenditur, Marrucino-
rum Pelignorum Ferentinorum terram à Latio
Campania separans : Ulrimus eius conatus ex
Gargano est ad Leucopetram hinc Apuliam ha-
bens, Calabriam & magnæ Græciae oram, Picen-
tes inde Lucanos & brutios. Est Italia metallis
grauida, ubiq; uitalis & perennis salubritas, exi-
mia coeli temperies, campi fertiles, aprici colles,
innoxii saltus, opaca nemora, munifica syluarum
genera mira frugum uitium & olearum fertilitas,
nobilia pecori uellera, opima tauris colla, perspi-
cui & piscofi lacus, flumina fontesq; saluberrimi,
portus plurimi, ipsa aude ad mortales iuuandos
in Maria procurrens, & velut gremium omnium
gentium commercio pandens ut uere dicta sit à
quibusdam terræ omniū alumna, atq; eadem pa-
rens, coelestium prouidentia electa: quæ sparsa cō-
gregaret imperia, molliretq; effera tarum gentiū
ritus: discordes ad colloquialinguas munere li-
terarū latincq; sermone congregaret. Cæterū ut
gentes sileam (nam longū esset numerare) quas
Itali Romani lingua & armis vicere, tantum una
Quiritum ciuitas uirtutum omniū ualuit exéplis
quantum omnis Græcorū eloquentia præceptis,
qui quasi ita futurū diuinassent, ut hęc una terra

Laus
Italiae.

Italia terrarum
**omnium alum-
na & parens.**

**Quiritum ciui-
tas.**

Romelaus

omnibus esset gētibus imperatura, quotā ipsius
partē magnā Græciam dixerat: & ut breuiter di-
cā, non sine prouidentia accidit ut quū Deus opti-
mus terras inuisit, tunc ibi cunctarū gentiū arx es-
set & Imperium, ubi mox Christiani nōminis fu-
turū erat caput. Color Italis & statura penē diver-
sa est in Cisalpina Gallia Venetoq; recessu color
vulgo candidus, cultus & sermo accuratiō: con-

Hominum eos
lor, cultus, et sta-
tura.

tra in Hetruriæ tractu, Latio, Campania, Lucania
& Brutiiis aquilus, capillus niger, breuior statura
& macilenta, sermo & cultus simplex, omnia simi-
lia in piceno & his qui superi maris oram acco-
lunt in magnam Græciā usq; nisi quod in Apu-
lis, Calabris, & iis qui extremam tenent Italiam
victus & sermo cū Græcis promiscuus durat. To-
ta Italia ut omnis ferè Europa uno matrimonio
semper contenta fuit. Repudium ex urbe Roma
translaticum. Hic Spurius Carbillius sterilitatē
coniugis causatus, primus vxore repudiauit. Tri-
plex alīm in regionis ciuitatibus conditio fuit,
Seruīlis, Libertina, & Ingenua. Ingenuorum tri-
plex ordo, Plebeius, Equester & Patricius. Sacro-
rum ratio penes pontifices & flamines, & alia
quædam collegia esse, alia aliis dæmonib⁹ sacra
facere. Summus honos & potestas in dictatore,
à quo nulla fuit prouocatio. Ea dignitas semel
fritis fuit, & ad eam per gradus siebat à quæstu
ra accessus, per ædilitatem, præturam, Consulatū
& censuram: non quod semper per hos gradus
iretur, explendusq; esset numerus, sed in dignita-
te potestareq; hic ordo erat. utin re bellica certi-
militæ gradus: miles cœrurioni parebat, Cœrurio
Tribuno, Tribunus Legato, Legatus Consuli seu
alteri cuius essent auspicia, Magister equitū dicta

Clitum triplex
conditio.

Ingenuorum
triplex ordo.

Dictatoris di-
gnitas.

Dignitatum
ordo.

Militiae
gradus.

tori. Legitima milicia decennium habuit si non
 Legitima mili prius debellari cum hoste contigisset, aut missio
 tia decennalis. aliqua intercidisset. que nomine & re non una
 Causaria milis fuit. Præter legitimam illam, cuius nunc mentio
 nia ignominio facta est, fuit & Causaria, hec ut priore illa minus
 sa

Municipes.
Coloni.

Decuriones
Patricij.
Equestris.
Plebei.

Romanæ ciui-
tatis.
ordinatio.

Hocum multi
& uero diuisa.

pulchra. ita reliqua honestior quæ ab re ignomi-
 niosa dicta est. Militaris æras ex Seruii Tulli præ-
 scripto à septemdecimo anno in octauum & qua-
 dragesimum decurrebat. Pacati in toga agebant
 bellantes in fago, & paludamento: bella faciali iu-
 re inferebantur, illataq; soluebantur non nisi legi-
 time. Ciuitates aut sociæ aut coloniæ aut munici-
 pia dicebantur. Municipibus aliis ciuitas, cū suf-
 fragio data, aliis sine suffragio. Colonivt membre
 ciuitatis erant, & Romanis uiuebāt legibus muni-
 cipes suis. In his Decuriones erāt, quod Romæ se-
 natores. Purpura patriciū distinguebat ordinum
 ab equestri, aurum equestris à plebeio. Maiesstatis
 iudicia totius populi erant: rerum capitaliū, iudi-
 cum, qui ad id sorte lecti essent, & ex ea decuria,
 quæ eo anno iudicaret: ciuilium reg, prætoris cé-
 tumuiralis hastæ aliaq; aliorum. Et hi olim Italica-
 rum ciuitatum & genū in vniuersum mores erāt,
 institutionē hanc à Romulo trahentes. Romulus
 enim postquam ciuitatis Romanæ muros, fossas, mu-
 nitiones & necessarias extunctiones perfecisset
 omneis, ad ciuium statum se cōuertes ita ordina-
 uit. Diuisa imprimis trifariā omnis populi multi-
 tudine singulis partibus singulos præfecit duces
 clarissimos: deinde trium rursus earū partū unā
 quamq; diuidēs in denas partes, æquales, harum
 quoq; duces designauit uircs fortissimos, voca-
 uis partes maiores tribus, minores curias, hoies
 tribū ducatus habentes tribunos: q uero curis

præsiderent, curiœ dici poterant. Erat autem & in
 decurias diuisæ curiæ, ducesque eaque decuriœ apA grī' divisiō'
 pellari. Omnibus itaqe; in tribus & curias diuisis,
 Agrum in triginta partes diuides, uia cuique curiæ
 parvæ tribuit, tamen ipse agri accipiēs, quantū quidē
 ad sacrificium templaque satis esset: partem quoque
 agri publicā relinquentis, sicque una diuisio regio-
 nis & hominum cōmunem continens equabilita-
 tem fuit. Altera itenī hominum ipsorumque fuit
 commoda & honores pro dignitate cuiusque par-
 tiens. Illustres euini genere & spectatæ virtutis
 viros, tum diuites, & quibus erant filii ab ignobi-
 libus discreuit, humilibus & egenis, vocauitque te-
 nuioris fortunæ homines plebeios, & qui melior-
 res erant conditionis patres: his de causis proge-
 nitores eoque deinceps patricios uocabāt. Romulus
 ubi maiores à minoribus discreuerat, leges de
 hinc posuit, statuitque, quid utroque agere opus es-
 set. Sacra quidē patricios perficere, magistratus
 gerere, ius dicere ac secum quoque publica admini-
 strare, urbanis ipsos maxime negotiis intentos
 esse. Plebeios autem his muneribus solutos, cum in
 experti essent, & ob inopiam negotiosi, agricula-
 ri simul, & pascere pecora, questuariasque exercere
 artes. Ne vero dissiderent aut iniurias locupletū
 in humiles, aut leuium egenorumque hominum in
 excellentiores inuidia, comendauit ipse patricis
 plebeios, vnumquenque eorum permisit, quem
 uellet sibi patronum eligere, patronatum vo-
 cans suscepimus pauperum humiliumque pa-
 trocinium, & officia instituens utrisque commo-
 da, beneuolas ciuilesque eorum coniunctio-
 nes fecit: ut illi tuerentur clientes, tanquam
 patres filios: clientes è conuerso Patronis obse-

altera multitudi-
 dinis hominū
 segregatio

Patriciorum
 officia.

Plebeiorum
 officia.

Patronus.
 Patronatus

Cientes

qui oī essent: communiter autē vtrisq; neq; piū
neq; phas erat accusare se in uicem, nec aduersus
se testimonium dicere, nec cū inimicis numerari.
sicq; firmior erat Romanorū concordia. Consilia-

Cētum viri cōfiliarii delecti. rios post hēc instituit, cētum viros ex patriciis eli-
gens, fecitq; delectum eorum hoc modo. Ipse
vnum ex omnibus optimum designauit, cui com-
mittenda essent urbana negocia cum ipse exerci-
tum extra fines duceret, tribuum vnicuiq; edixit,
vt tres viros ex se deligeret, qui etate & generis
splendore censuq; excellerent, post hos autem no-
uem viros, etiam curiis singulis imperauit tres
maxime idoneos ex patriciis eligere, postea quam
nouem istos primis à tribubus electis addens no-
naginta, quos curiæ suffragiis prætulerant, eo
quoq; quem ipse elegerat duce ad dito, centum
consiliarioꝝ numerum expleuit & à Romanis Se-
Senatus. natus dici coep̄tus est, qui ob autoritatē Patres,
Patres. à statu Senatores dicti sunt. Deinde trecentos
Senatores. viros ex generosissimis familiis eligens robustis-
simis corporibus, quos Curiæ renunciarunt, eo
dem modo quo antea Senatores, singulæ denos
iuuenes, eos semper circum se Romulus habuit.
Celeres. Nōmē cōmune omnes habebāt, Celeres vocati,
Regis officia. ab exequendi ministerii celeritate, custodes re-
gis erant. Regis autem hēc officia, primum qui
dē temploꝝ sacrificiorumq; principatum tenere,
agereq; eum omnia in honore cultumq; deorum
pia. Deinde legum morisq; patrii custodem ip-
sum fieri, iurisq; simul omnis, Senatum cogere,
populum conuocare, potestatemq; sibi in bello
Imperatoriam esse: Senatoria ordini honorem &
Dignitas Sena potestatem talem attribuit, omni de re, de quare
tui concessā. ferret regno, cognoscere atq; suffragium fere, &

quod visum maiori parti esset id vincere. Plebi plebi conceffit
 deinde tria hęc dedit, magistratus creare, leges Romulus.
 sciscere, & de bello decernere. cū rex ueller. neq;
 tamen potestatem horum absolutam nisi & sena^{tus} suffragandi si-
 tus approbasset. Ferebat populus suffragium non
 viritum sed per curias conuocatus & quod pluri-
 bus visum esset curiis, ad senatum referebatur.
 Nunc autem mos iste suffragiorum in pleriq; lo-
 tis conuersus est, heq; enim de plebiscitis sena-
 tus iudicat, sed eorum quae senatus cognouit po-
 pulus est dominus. Ex hac autem diuisione Ro-
 muli non ciuilia modo negotia, sed bellica quoq;
 Celeres isti exequabantur. Quandocunq; enim
 ei uisum esset exercitum educere, nec tribunos
 tunc per tribus, nec per curias centuriones, neq;
 praefectos equitum creari oportebat, sed rex tri-
 bunis mandare, illiq; curionibus, è quibus dein
 de decuriones edicti statutos sibi quisq; milites
 educebat. Vna enim decenter instructi aderant.
 Mille etiam pugnatores elegit, vt quidam scri-
 bunt, quos ob numerum milites nominauit. Tum
 ipse se Imperii insignibus, & cætero habitu &
 duodecim lictoribus cum fascibus præcedenti-
 bus augustiorem populo reddidit: in quo fasciū
 numero duodecim vultures, qui ei auguriū fe-
 cerunt, uideri potest Romulus secutus, nisi ab
 Hetruscis morem ipsum aliquis potius sumptum
 dixerit, quibus cum duodecim populi essent, ma-
 gistratumq; vnum communi nomine crearent,
 singuli suum illi apparitorem dare consueuerūt.
 Sella curulis Trabea & aliorum Romanorum re-
 gum insignia cimnia inde haud dubie fuerunt.
 Romulus etiam ciuitatis vires augere volēs, cau-
 sam honestam commentus, & rem in honore Dei

*Celerū officia.**Mille pugnato-
res delecti.**Lictores cum
fascibus**Apparitores.*

referens, templum loco in umbrōso erigit, confūtū
gentibusq; ad illud sponsor factus est p speciem
regionis erga deos, nihil eos maliab inimicis ac
cepturos, ac si permanere apud se uellent, ciuitatis
etiam participes faciebat, tradebatq; agri por-

**Lex in bello
obseruanda.** titionem, quam bello quāsierat. Fuit item & aliud
institutum, ut vt ne capras bello urbes funditus
euerterent, aut in seruitutem redigerent: uerum
missis in eas coloniis pro portioē aliqua regionis
colonias Romanas facerent urbes uictas & rei
publicę participes Cæterum post Titi Tacu cæ-
dem cum quo & Sabinū & Romanum populum
in vnū confluxum quinq; annis gubernarat, Ro-
mulus ad sacra conuersus publica & priuata mul-
ta instituit. Legem de matronis tulit, & mulier

**Leges à Romu
lo latet.** viro sōcia esset pecuniarum, & cæterarum rerum
factorum etiam, & ut viueret ad mariti sui more,
de muniq; ut ille dominus, ita & hęc domina. Mo-
rienti viro sine liberis succederet, sui cum prole
manis prohibi æqua sit illi pars sua. Adulterii coniunctam vir-
tum,

Jus parentibus si potest apud Rom, more inualuisse, ut quoties
in liberos cons uiri domū se reciperen, filias & vxorem excip-
cessum.

domi ut adulteram punirent, quo instituto vide
temetum: vt enim corruptionē insaniae principiū
arbitrati sunt, ita corruptionis ebrietatem. Paren-
tum in liberos ut omne ius sit statuit, siue uellent
coercere, siue verberare, siue uinculum rusticoupe-
ri detinere, vendere quoq; permisit & occidere.
Si quis à patre uēditus se in libertatē vindicari
vtiterum ac tertio patri ius uendendi sit. Fuit id
legis caput. ccc. deinceps anno in duodecim ta-
bulis relatum, Mitigauit tamen non nihil austerrū

carmen Numa Pompilius, q̄ tulit nullū patri am̄ plius ius in filium oportere esse; vbi illius iussu duxerit vxorem. Sequuta & alia instituta. Ne quis liberæ fortunæ sedentariam exerceceret artem. Militaris disciplina & agricultura ciuib⁹ permissa vnde laudationis mos ille manauit ad posteros; bonus miles, bonusq; colonus. Imperfectum putabat rex utrāq; uitam alteram ab altera separari, necesse esse & humum exerceti, & belli obici munera, vt lex Lacedæmoniorum habet. Operi omnes pacis tempore uacare rusticō præcepit permisit tamen mercari etiam quando pes aliqua defuiderabatur. Nec religionis immemor, templa, aras, deorumq; simulacra constituit, Adiecit & dies fastos, sacrificia, ferias, nundinas, & alia plæraq; ad deorū cultum pertinentia: peregrina fas grina sacra & ea imprimis, quæ grecanico fierēt ritu urbe exclusit, præter Herculea iam inde ab Euādri tāporibus instituta. Alicarnaseus Dionysius Varronē secutus lx, ait sacerdotes, qui publica sacra facerent tributum curiatimq; ab eo institutos, additos & his aruspices diuinationū interpres. Curiarum singulis geniis suis cū sacroꝝ ministris datus, communisq; omnibus Vesta, & annus in decem mensē digestus: quibus nemo nō potest intelligere fuisse Romulum diuinorum humanarūq; rerum nō imperitum, nec ante Numæ regnū populum Romanum sine moribus & religione, ut pleriq; autumant mansisse. Has civiles disciplinas Romul. dedit, Numa Pompilius qui post eum regnum accepit, plures alias adiecit: annū ad cursum lunæ in duodecim digestas, quum Romulus ex decem antea constituisset annos in mensis ordinis, Martius, qui primus

Peregrina fas
tra urbe exclu
sa.

Vesta'dea ltri
butim uenera
ta.

Annos in men
ses, quum Romulus ex decem antea constituisset ses duodecimas
mutatoq; mensium ordine, Martius, qui primus

tum fuit, ac in eundem inchoabat annū, duobus Ianuariis & Februariis prælatis tertius in ordine est factus Fastos quoque dies fecit & nefastos, quibus nihil cum populo agi poterat. Flaminē unum Ioui creauit, qui Dialis est dictus, cum insigni ueste curuliq; sella excoluit. Adiecit & alios duos, Marti unum, Quirino alterum, ab insigni quod capite gestabat, quasi Filamines dictos. Vestae virgines legit. Haec decem primos annos sacrorum ritum perdiscebant: totidem deinde operabatur sacris, tertio decennio rudes, & nuper capitales instituebant: postea vero, si quae nubere vellet, fas erat alterum mallet sequi Salarium his ex publico constituit: perpetua virginitate interim aliisq; cætimoniis venerabiles fecit. Si qua incoesti conuicta esset, ante ora circulum moesto silentio efferebatur, viuaq; circa Collinam portam in subterraneum specum demissa, tellureq; superingesta necari. Gradiuo Marti duodecim sacrauit Salios: hi mensa, qui ab eo nomen traxit, plures dies celeribus locis urbis solenne ducebant, tripudium: tunica versicolori tegmine puniceo distincto amicti, gneo baltheo, & gladiis succincti: dextralanceam virginamq; gestabant, leua thraceam ex ære peltæ altioribus pileis, & in eorum exeuntibus capita insigniebant. Nihil ab his diuersos fuisse, Dionysius opinatus est, quos Graeci Curetas dixerre, Romanis à solenni saltatione Salios. Pontifex est deinceps ab eo creatus, cuius potestati omnia sacrorum iura subiecit, quibus hostiis, quibus diebus, ad quæ templas sacra heri oporteret formula edocuit. Intericcti, etiam sunt tot sacris ordinib; Feiales, his ea cura tradita, ut Romani nullum iniuste bellum inferrent cuiquam. Hi si quaper iniuriam

**Fasti et fasti
dies.**

**Virgines vestae
lex.**

**Duodecim
Salii.**

**Pontifex crea-
tur.**

riā Romanis adempta essent, res ablatas ab hoste
repetebāt: quae si nō redditæ essent, bellū cōposi
to ad id carmine indicebant. Pari potestate son
tes, res iuste repetenribus ad supplicium dabāt, se
gatorū iniurias vindicabant: hi quae pia in fœde
ribus essent tueri. sancire pacē, eandem si minus
legitime pacta esset irritā habere, si quid Impera
tor, aut exercitus cōtra publicum iusiurandū deli
quisset, scelus expiare. Puerum trimo minore lu
geri vetuit, neq; natu grandiorē plures mēses Populi in colle
lendum cēsūt quā vixisset annos. Tempus lō Lugendi ratio.
gissimū luctus in decem menses extendit. Populū Populi in clas
ses distributio.
in diuersa distribuit collegia Tibicinū, artificum
architectorum, infectorum, sutorum, coriariorū
fabrorum figulorū, & ex variarum artium opifici
bus contractis vnum omnium nouissimum, sua
singulis sacra venerationesq; diis reddendas di
stribuit. Seruius Tullius in classes & centurias om
nem ciuium multitudinē diuisit. Quorū ordinū Prima classis.
ratio hæc fuit, vt hi, quorum res cērum millibus
censerentur, in prima classe essent, que centurias
habuit octoginta. Pari numero iuniorum senio
rumq;, vt hi ad vrbis custodiam præsto essent, Iu
uenes foris bella gererent: arma vtrisq; imperata
galea, clypeus, lorica ocreæ, & hæc quæ corpus
tegerent, in hostes hasta & gladius. Additę huic
classi duę fabrorum centuriæ, qui in bellū machi
nas ferrent, & ob id inermes Altera classis ex vi
ginti facta est centuriis, quarū census ab quinq;
& septuaginta millib, ad centum millia extende
batur: arma illis scutum, galea, ocreæ, lorica dum
taxat adempta: tela in hostes eadem: idem ætatis
discrimi. Tertiæ classis census in qui quaginta mi
lia descēdit, totidem centuriæ, nec in armis quicq;Secunda classis.

Tertia classis.

præter ocreas variatū, par centuriæ numerus:

Quarta classis. Quartæ classis cœsus adhuc minor, quippe qui à

Quinta classis. quinquaginta millibus in summam dimidic minor rem cotraheretur, nihil his datum præter ueritū. Quintā classim triginta centuriæ expleuere, fundā his & lapides missiles ferre in pugnā cōmissum. Cornicines, tibicines, cū ipsis cœsi, in tris cēturiæ distributi, quadraginta millibus æstima ta est hæc classis. Minor deinceps cœsus reliquā habuit multitudinē, cui ob inopia militiæ munus

Ciuitatis cœsus. tributūq; Tullus remisit. Ciues iuramento adegit, ut singuli bona sua estimare, quibus parétab? orti essent, quos filios haberent, cuius ipsi ætatis, cuius uxores, liberiq; quæ illorū nomina, quo urbis loco, aut quo regionis pago domiciliū habe rent, proposita his, qui fallerent poena, ut adem ptis bonis, ipsi uerberib. cœsi, uenderentur. Ped-

Equitum ordo. tu numero distributo, ex primoribus ciuitatis nō uos scripsit equitū ordines, ut cum us quæ fuerat sub R. mulo inauguratæ, quæq; illis postea à Tarquinio ad ditæ duo deuiginti essent cēturiæ, de na millia eris singulis ad emendos equos data ex publico, & ad eos alendos duo milia in annū constituta: viduæ equitibus attributæ, quæ annuam pecuniam penderent: fuerunt equitum pe ditumq; cēturiæ centum nonaginta tres, quibus in ferendis suffragiis, sua omnibus ordinibus ser uabatur dignitas, ut q plurimi cœsi essent maiora bello & onera sustineret (nā ita cōparatū à Seruio erat, ut nō uiritim ut antea, sed p cœsus æstimatio

Tributi pensio. ne singuli tributa penderent) hi primo, loco suf fragia iniurēt. Ceterū habuit prima classis octogin ratio. Suffragandi ta peditum centuriæ, inibantq; cū his equites suf fragia, quod Diony, demonstrat, ut octo & nona

ginta cēturiæ primo loco in suffragium vocarēt.
 Excedebat hic numerus dimidiū suffragiorū, quo
 factū, ut quod his suffragati bus cōuenisset, p de-
 creto haberetur, quicquid id esset, qua ppter mis-
 sus esset populus in suffragia. Si hic quoq; quod
 raro accidere solebat, variatū esset, secundæ clas-
 sis cēturiæ uocabātur, arq; aliq; deinceps aliq; or-
 dine, ita, ut fere nunq; sit ad extremā classem per-
 uentū. Tulli regis prudētia cōparatū, ut ordines
 in eo paria facerēt utiis q maiora sustinerēt one-
 ra, id cōmodi suffragiis reponeret, qbus licet ne-
 mo exclusus uideref, uis tñ omnis penes eges &
 primæ classis cēturiæ esset cōstituta: in quoq; po-
 testate fuit creare quos uellēt magistratus, sancire E quād dignas
tit.
 leges, bella indicere: quoq; trium potesta ab ini-
 cio fuit a Romulo populo data: deinde Tarqui-
 nio ex urbe electo iterum mutata regiminiis for-
 ma est, pro regibus Consules habere coeptum, Consules Indus-
 quibus omnia insignia permissa quæ fuerant & eti.
 regum, præter coronæ stogæq; palmaræ usum,
 cum Brutus cum Collatinoliberitatis uindex hāc
 dignitatem centuriatis comiciis consequutus Ci-
 ues sacramento adegit, ne mortalium quenq; am-
 plius Romæ regnare paterentur. Senatorum nu-
 merū in trecentorū summam expleuit, Regem sa-
 crificulum creauit, qui ea sacra perpetrauit, quæ Senatores tec-
 reges facere cōsuissent, Leges Valerius tertius centi.
 lus.
 consui tulit, quibus prouocatio a consulibus ad
 populum est permissa, ut capitale esset huic qui
 iniussu populim agistrati caperet. Ciuiū uectiga-
 lia tollerentur quo contigit, ut vulgo promptio-
 res ad questus & opificia sint homines facti. Ad-
 didit & alio capite, ut qui tyrannidem affecta-
 ret impune occideretur Aerariū in quod publi- Aerarium

constitutum

ca pecunia reponeretur Saturni templum consti-
tuit populo, ut duos quoq; quæstores crearet, p-
misit. Creatus tamen non longe post magistratus,

**Quæstores crea-
ti.**

ab cuius Imperio nulla esset provocatio. Dictato-
ris ei nomen in dictum, à dictandi quævellet pot-
estate siue à dicendo potius, quia nō populi suffra-
gio creari contigisset, sed ab uno esset dictus, qui
cum summum in urbe Imperium haberet. Hunc
creandi dictatoris morem uideri possunt Roma-
ni à Græcis accepisse; quibus, ut Theophrast. tra-
dedit in libris quos de regno scripsit, in certum
tempus tyrannos quos Esymnetas dixerunt, lege
re moris fuit. Semestris illius dignitas apud Ro-
manos fuit, nec alio pacto creari solebat, quā cū
vis aliqua maior repente exorta ingentem urbi
cladem minitari videretur: huic ceteros magistra-
tus eligere licebat, ut magistrum equitum, qui se

**Magister equi-
tum.**

cundam post eum dignitatem gerebat, præse-
tim in equites & accensos: iungebatur dictato-
ri, sicuti regibus tribunus, Spurio Cassio & Po-
sthumio Cominio consulibus plebiadatum est ve-
& suū haberet magistratum, qui sacrosanctus es-
set, q; inuiolabilis, cui auxilii latio aduersus consu-
les esset: diserte expressum, ne patrum cuiquam

**Magistratus sa-
crosanctus,**

eum magistratum capere liceret, hic tribuni ple-
bis nomine dicebatur. tanta fuit ipso forum postea
insolertia, ut, nisi eis placerent, decreta consulum
& senatorum cassarent, comitiis creabantur, siue
auspiciis, siue religione primum duo numero,
deinde tres additi, ad ultimum adhuc quinque

**Tria comitiora
genera.**

Tria Comitiorum genera Romæ olim usurpatæ
sunt: Curiata, cū ex generibus hominū suffragiū
ferretur, nomenq; ideo rei datum, quod curiam
per lictorē calarentur. Centuriata, quū ex censu;
& ætate

& ætate fieret, quorum ratio abude relata est, cæ
terū, ut illa per lictorē ita hęc per cornicinē cala
ris solita. Tributa reliquum genus appellatū ex re
gionibus & locis cōfīata. Ex patribus centuriatis
Comitiis decemviri sine prouocatione creati. Et
in eos publicae administrationis ratio omnis à cō
sulibus translata est, vt olim à regibus ad consu
les: hi condere leges iussi, decimo die ius singu
li in orbem dicebant, quo in decem tabulas com
plexo, quod faustum felixq; esset, leges decem ta
bularum populo promulgauere: duodecim fa
sces præcedebant eum, cuius erat iurisdictio, cæ
teris singuli accensi. Sed diu non durauit magi
stratus ille, quippe qui ut Tribuniva potestas
ab eo ex urbe in perpetuum tolleretur à patribus
excogitatus fuerat, re cognita, ab ipsis tribunis
ipse sublatus est. Tum lege cautū ut quod plebs
veller, totus populus teneret. Et alia: ut q; Tribu
nis plebis Aedilibus iudicibus noceret, eius ca
put Ioui esset sacrum, familia ad ædem Cereris, li
beri liberæq; uéderentur. Itē ut alter ex plebe cō
sul deinceps crearetur: atq; ut inter patritios &
plebeios cōnubia promiscua essent. Censores præ
tereat cōsiderati.

Decemviri.
creati.

leges x.tabula
rum promulga
tæ.

Censores due
cificati.

R.

notare infamia, quinto quoq; anno creabantur. Magistratus & alius superadditus, q ius diceret. Prætorē hūc vocare placuit, huic omnis publici priuatiq; iuris potestate pmissa, nouū ius condere, & vetera abrogare facultas erat vñus ab initio, qui urbanus dicebatur, quo nō sufficiēte, quod mul-

**Frætores duo
urbanus et pes
regrinus.**

Ius honorarium

ti peregrini in ciuitate venirent, alius creatus est, peregrinusq; uocatus, q plerumq; inter peregrinos ius diceret: honorarium ius illud appellabat à magistratus honore, regia illis insignia, & apparatus cōsulib. penè equalis. Permanit hic ciuitatis status ad Iulii Cæsaris usq; tēpora, q monar-

**Ludus Circensis
sive plebeius.**

chiam, quæ loga postea Imperatoꝝ serie refeta est, iterū induxit. Ludus Rcmæ celebrabatur, q Magnus Circensis etiā & plebeius dicebatur, eius pōpa ex capitolio p foro in circum maximū mittebarur rati apparatu: Equtum filii, qbus ætas apta esser pōpæ, eqs sedētes, qq; pedibus stipendia facturi erat, suis aliis cēturiisq; discreti pcedebant, vt exteris gētibus ostenderetur qualis quantaq; iuuentutis indeoles, in spem ciuitatis interim subolesceret: hos aurigæ sequebantur, quadrigæ bigæq; & equi desultorii. Mox athletæ leuiorū grauiumq; certaminum, pudenda tamē velati, cæteræ corpus nudi, cursu, palæstra, cæstibus certaturi,

Athletæ.

Saltatores

Tibicines.

Saltatoꝝ deinceps chori viroꝝ primus, alter pūbescere incipiētū, postremus pueros. Ordine inde tibicines subseq utres & Tibolas infantes citharœdiq; lyras septichordes eburneas, & que barbita nūcupata sunt habētes. Saltatoꝝ cultus tunicae puniceæ cingulis æreis strictæ, enses late ribus pendentes, tela breuiora uiris, galeæ æræ chriūtis insignes, pénisq; excultæ. Præibat choris viri singuli saltatiois & tripudii modū pmonstrâ

res bellicos motus, atq; ueheméter pceleumaticis
& rhythmis imitantes. Enopia saltatio in his usur/
para quæ & Pyrrhica nūcupata est, à Pallade, vt Pyrrhica saltas
creditur, reperta. alii Curetes eius saltatiōis auto tio Satyrisci.
res arbitrati sunt. Enoplios choros Satyriscorum
coetus euestigio sequebatur: erāt hi in Syllenos
& Satyros figurati, cauillabūdo motu ridicula in
magnis imitantes. Atq; hunc demum ordinem ti
bicinae alijs, & citharœdi vario sequebantur con
cētu. Ibant inde q; passim thura & aromata Thu
ribulis adolebant, multaq; odoꝝ fragrantia deo
rum simulachra auro argentoq; cælata uirorum
humoris ferebantur. Tum demum Thēsam sum
mi vrbis magistratus magna omniū ordinum'ca
terua religiose sequebantur. Circi area in qua
hic & alii ludi agebātur tria & dimidium in lon
gitudine, stadia habuit, latitudo quaternum fuit
iugerum, id soli spaciū inter Palatinum & Au
tinum iacēs, tribus lateribus porticus paululum
repandæ claudebant cl. millium spectatoꝝ capa
ces, sedilia circa aream cemento extructa erant,
in quo sedentes spectarēt. Scænici ludi in eo etiā
agebantur, tali primum ratione. Ludiones ex He
truscia accersebantur, hi ad tibicinis modulos fal
cantes, haud indecoros more tusco reddebane
motus. Imitari hos primo Rcmana iuuentus, in
combris inter se carminib. iocuralia fundentes,
nec motus interim absoni à voce, mox diligenti
vsurpatiōe eo processit usus, ut vernaculi eius rei
artifices, quia nihil iam à Tuscis ludicribus dista
rent, Histriones appellati sint, quia Herrusca voce
Hister ludio vocaretur. Hi deinceps non incōdi
tum & rude carmen, alternisq; vt à principio ia
ctatum usurparunt, quod Fescennio fuit, simile,

Enopia sue
Pyrrhica saltas
Satyrisci.

Circi magnitu
do.

Ludi Scenici.

Histriones.

sed modulatas satyras, descripto ad tibicinem cātu, decoroq; motu peragebant. L. Andronichus ab Satyris digressus fabulam argumento fecit, factaq; cum sēpius egisset, obtusa demū frequenti usū voce, puerum qui caneret ante tibicinē stait, inde ut ad tibicinis latus histrione canerent receptū, vbi igitur res à risu & soluto loco auocari coepit, ludōq; in artem paulatim uertēte, iuentus fabulaq; actu histrionibus relictis, veteri instituto ridicula uersibus intexta inter se iactabant: unde exordia fabulis potissimum Attellani cīs cōserta extiterunt. Id Ludionum genus ab Oscis acceptum, iuuentus tenuit, nec Histrioni-

Consecrandi bus attin gere permīssum. Hic quaratione Senatus populusq; Romanus suos vita defunctos imperatores consecrare, cōeloq; inferre solebat, refendū duco. Ipsi namq; vt Herodianus scribit, locabant in regiē uestibulo super eburneū lectū auro stratum imaginē, defuncto principi perq; simile: recumbebatq; pallida effigies in modum ægrotatis: circa lectū magnā diei partē assidebat fenatus omnis, ad leuā pullis uestibus amictus: ad dexterā lectæ ex omni nobilitate matronæ, in aliis vestibus. Is enim color lugubris fuit in mulieribus in foere olim: omni altoqui ornatu detracto, id septemminis, niger in diebus defuncto dat. Medicis velut adhuc spirare interuisentibus, denūciātibusq; in dies morbus ingrauescere. Ad postremum, quasi tum demum uita defunctū, equestris senatoriūq; ordinis iuuenes per viam sacram in forum deferunt: lecto in rostris deposito, pueri puellæq; patricii generis cōpositio ab utraq; parte cōetu hymnos in defunctū canuit, flebili carmine modulatos. Dein eburneo lecto cum effigie ex foro in cāpum Martium

translato, ingens ibi suggestus quadrata formâ
gnea tantum materia cōtexitur, multis gradibus
in phari speciem fastigio assurgentibus. Singuli
auro & purpura instrati, signis ex ebore factis,
variisq; picturis insigniter excoluntur: ac quo al-
tiores illi minusq; patentes, eo minores his imagi-
nes prominebant. interius erat moles aridis re-
ferta somitibus. Effigie secundo gradu collocata
omnibusq; odoramentorum generibus omnifac-
riam admotis, quæ certatim à tota ciuitate eo con-
gerebatur: nobilissimi iuvenes equestris ordinis
trabeati tabernaculo obequitabant motu quodā
Pyrrhichio solenniūq; decursu. Circumagebanē
& currus quibus insidebant rectores personas il-
lustrium principum gerētes: ac cum demū ab im-
perii successore face admota circumfusa multitu-
do ab imis partibus molē incendit ac simul ignis
cōspicuitualescere, ex ædificiis fastigio aquila emi-
titur, quæ principis animā in cœlum ferre putā-
batur. Qui per hæc Romanorum princeps conse-
cratus esset, vana superstitione inter deos coleba-
tur, & hæc de urbis Romanæ statu. Hodie Italia
omnis Christianā pietatē religiosissime obseruat
sacrorum cæremoniæ ex Romanæ ecclesiæ insti-
tuto: nisi forte in ultima eius terrę pte pauci græ-
cum seruent ritum, & ipsi quidē græcigenesis,
vnūm cōubium ut Irali olim, sed citra repudiū:
neq; id permittitur nisi magna de causa, Roma-
niq; pōtificis permitti. Regum nobilium princi-
pum primogeniti veteri instituto regnū obtinent
in priuata fortuna virilis stirpis liberi ex æq; fiunt
hæredes, sed legitimo thoro nati. Triplici iure
vititur Italia pōtificio, Césareo, & Municipal, cō-
stat hoc ex legibus quas aliæ ciuitates alia sibi de-

Recentes Italia
mores.

causa cōdunt, ad bonum æquumq; spectat. Iudicia regæ ciuiliumq; negotiorum, hic iudicū or-
dines exercent illic magistratus: nā nō una ubiq;
est regiminis forma. Prima nobilitas militiæ, si fe-
lix sit, Sequeins rei literarïæ, Sacerdotium magis
venerabile facit, quam nobile. In claritudine lite-
rarum Theologi primas sibi partes uendicant, se-
cundas ab his iuris scientiæ periti: sunt & Medi-
ci, admiratione, sed maiore quæstu: Mathemati-
ci, Dialectici, Astronomi, & Poete magis inter se
clari quā vulgo conspicui. Grammatici extremi
omnium: ut qui inter pueros consenescant. Est &
sacris oratoribus grande nomen, sed maior uene-
ratio, ob pieratis studium frequentiore agut thea-
tro, quam forenses. His maior quæstus, quam no-
men. Est & Mercatura in magna celebritate, nam
premium hodie vt semper in precio est. Pictores,
Statuarii, Fusores in maiori admiratione, q; agri-
colæ: & si, vt auditū est, prima laus apud maiores
his debebatur. Romani p̄p̄medū soli Italorū pe-

Vestitus Italos cuaria exercēt, sed mercenaria externoꝝ hoīuꝝ
rom diversiss. opera. Vestitus alius alii, sed Venetis laxitate in
signi ac prolixitate: & in his urbicus municipali
sumptuosior. Secundum Venetos ciuilis & nitidus Florentiæ, & ceteræ Hetruriæ. Mediolanen-
sibus ac toti Aemiliæ Liguriæq; floridior, sed pau-
lo contractior. Romæ Aulicus prolixitate varie-
tateq; coloꝝ oēs alios antecellit. Romanus multo
frugalior, sed cui suus nō desit nitor, p̄fertim in
scœminis. Neapolis magis nitido uritur quā sum-
ptuoso, & externus gratior Italico. Cætera Italia
simplicius uestitur, nec vñus habitus omnibus: q; p̄
pe quem nostra memoria s̄epius variari cōgit.
Ecce in Aemilia & tota Gallia Cisalpina gaudet

Romanorum
vestitus

principes fœminæ in Hispanico habitu videri, ui principum fog
ri in Gallico malunt, iam & Romæ muliebris se- minarum uestis.
xus Tuscum nuper affectabat: Venetiarum ma- tus.
tronæ his paucis annis ulnas, pectus, & hume-
ros nudabant: nunc omnia contegunt, ac laxio-
ribus utitur manicis, & Hispánicum degenerat. Tegendi capi-
tis apud Italos.
olim nullous
Veteres Romanorum statuæ & numismata arguunt nullum apud maiores fuisse tegēdī capitis usum nec caliga fuit nisi militaris: est hodie utrumque vulgatum, sed regere caput translaticium in Italia, ut credere est: quod nomē etiam declarat: nec lanei aut linei thoracis adeo frequens usus olim: quod ex veteri statuarum figuratiōe potest intelligi: nunc omnis iuuenum cultus in his sese propemodum effert. Italicus sermo neq; ille est, qui olim fuit, nec omnino ab eo diuersus, sed bar- baris uocibus plus minus ue adulteratus, ut hæc aut illa regio fuit externis gentibus magis obno- xia. Littoralis Histriæ ora ueneta plurimum uti- tur lingua, quæ comp̄ta est, & grauis, plurimumq; linguarum flore conflata: quod facile contigit in frequentissimo Italicarum gentium commercio: olim multo simplicior fuit, ac mitius auribus gra- ta. Carnicus sermo plures sonat linguas, ac ne- scio quid ab Italico diuersum, dulcior auditu, quo Tarusium, Patauium, Verona, Vicentia, Ma- tua, Ferraria utuntur, sed in his urbicis gravior agresti. Cisalpina Gallia externum quendam & à nostro alienum sonat. Nulla alioquin gens cul- tior aut urbium apparatu, aut victus frugalita- te. Rauennæ, Ariminio, Pisauro, Fauentiæ, Bono- niæ, & vniuersæ Aemiliæ, Flaminiaæ uenustus ser- mo, Tuscis breuis, & uelut Laconicus, in alieno q; suo ore, gravior, quod Romæ nup offendebat.

Veneta lingua

Carnicus ser-
mo.Cisalpina Gal-
sermo et laus.Tuscanus sermo
laconi

eis breuis Ro, commercio gentium in dies magis extolitur. Pi-
mannus sermo. tenis & Sabinis & Marpis crassior castigatorum,
Vmbris, Apulis, Lucanis, Brutiis, Samnitibus &
cæteræ Italæ rudior lingua ac minus peregrini
nis imbuta, præter Neapolim, ubi plerique Hi-
spanicum affectant, quod si quis altius spectet, at
que in vniuersum iudicet, nulla est ciuitas, nullus
populus, qui non aliquid à finitimis differat: au-
tor Antonius Sabellicus Enneade, lib. 14.

**D e Liguria Ligurumq; prisco viuendi
more.** Cap. XX.

Liguria Italæ regio pro maiori parte mon-
tuosa, inter amnes Varum & Macram, ab al-
tero latere Apenninum habens, ab altero
Padum Tusciam attingens: cuius caput nunc est
Genua. A Ligysto Phætontis filio dicta, conuer-
sione y in u, ut pictor Fabius prodidit: horum

Ligurie fines. gens Siculi fuere, ut Thucidides arbitratur. Ma-
gna pars Italæ est ab his olim possessa. Siculi ab
in Siciliam con- Oenotris Italia electi Siciliam tenuerunt. Ligur-
pulsi.

Ligurū studia. res labore plurimo continuo uitam duram agunt:
nam multis arboribus opplerata regione materia
est ad naualem fabricam præcipua: arbores tan-
ta crassitudine, ut diametri octonos pateant pe-
des. Vnde, quidam cædendæ materiei, quidam
subigendo agro à lapidum asperitate cultu diffi-
cili uacant: ita enim terra lapidosa est, ut gleba
absq; saxo nequeat effodi, ob quod uitæ grumno
sæ natura assueti, licet multo in labore versentur
parum tamen percipiunt emolumenti: conti-
nuum vero exercitium, & uictus parcas corpo-

Mulieres In fa- ra eorum macilenta efficit ac robusta. Mulieres
bore uiros adiu quoq; virorum labores perferunt, assuetæ una
uant. cum viris opus facere, Venationibus continuo

vacant, captisq; feris fructuum inopiam sustentat
 Niubus insuper montanisq; asperitatibus assueti
 agiles corpore ac ualidi redduntur. Nonnulli
 messis raritate carnes partim domesticas edunt,
 partim ferinas aqua in potum sumpta. Oleribus
 vtuntur, prout fert regio eorum, ad quos neq; Ce-
 res venit, neq; Dionyius pre ceteris diis homi-
 nibus utiles. In terra cubat ut plurimum, rari sub
 tecto aut in tuguriis iacent. Plures ad concava
 saxa speluncasq; ab natura factas, ubi tegatur cor-
 poraa diuertunt. Hoc pacto prisco more absq; ap-
 paratu aliquo viuunt. Deniq; mulieres virorum,
 viri ferarum robur & vires habent. Afferunt in
 bello saepius vegetum Gallum ab gracili macile
 toq; Ligure ex prouocatione singulari certamine
 vinci. Arma habent leuiora, quam Romani. Ope-
 riuntur corporascuto longo ad formam galatico-
 rum facto, tunicaq; succincta. Armatur etiā ferare
 pellibus, ac ense mediocri. Quidā Romanorū con-
 suetudine, quos in ea re imitari sunt, arma immu-
 tarunt. Feroce sunt, & acuto ingenio, nō in bello
 solum, sed in communi uita. Mercaturā exercent
 nauigantes per Sardonum Libycumq; pelagus,
 sponte se grauibus maris periculis obiectantes.
 scaphis enim haud satis ceterarum nauium mo-
 re præparatis nauigant: quo sit ut imminentetē
 pestare grauia subeant vitæ discrimina. Gens
 hæc ut Ant. Sabellicus primo lib. 7. Enneadis
 habet adhuc ferox est, & ad rebellandum nata,
 quæ diu Romana exercuit arma, plurimum pe-
 core uitrat, lacte, hordeaceaq; potionē.

T De Tuscia, & gentis eius antiquis.

morib. Cap. XXI.

Vscia Italæ regio celebris, à sacrificiis, vt

Victus Ligurū
Habitacula.

Robur corpora-
rum.

Arma.

Ferocitas.

Nauigantes
mercaturam
Exercent.
Receures mo-
res.

quidam arbitrantur, dicta, nam Græci & ad sacrificare dicunt, uel à thure, quo maxime in sacrificiis utimur, à Tusculo Herculis filio, quod veteres probant. Olim Tyrrenia dicta fuit. Du-

Tyrrhenia tuis de Tuscia apud Tuscum à Tyrrheno Atys, an Herculis & Omphale Tuscum etiam Hesiles, an (ut alii scribunt) Telephi filio, qui in trucis appellata eam terram duxerit colonos. Dionysius à Tyrsi tur.

bus edificiorum genere, quibus Tuscum uerentur id nomen factum suspicatur. Romani eius terræ populos nunc Tuscos, nunc Hetruscos dixerunt.

Græci vero Tyrrhenos. Veterem illogum opulentiam, tum pelagi nomen demonstrat magna ex parte Italæ prætentum, tum fines terræ ab infero ad superum mare, & ad alpes propemodum promoti

Satis constat quod quicquid terræ intra alpes iacet & Apennini Vmbrogum olim fuisse, quod inde à Tyrrhenis sunt electi, Tyrrheni à Callis, Galli à Romanis, Romani à Longobardis, quod postremo nomine ipsi terræ indiderunt. & quod ad celebritatē nominis attinet, Latini, Vmbri, & Ausones à Græcis

Tyrrheni sunt olim unde nomine appellati, quida etiam Romanum ipsam Tyrrhenam urbem opinari sunt. Fuit Tyrrrena gressus fortitudine egregia magni potita imperio, ciuitates condidit plures atque opulentas. Classe quoque potens, cui diutius mari imperitasset, Italum pelagus ab se Tyrrhenum denominauit. Pedestri quoque exercitu præualida tuba primo adiuuenit, & bello admodum utilem, & ab illis Tyrrhenum appellatam. Duces exerci-

Tuba à Tyrrhenis inuenta. tuba plures insignibus decorauit. Lictores, curule sella, prætextam vestem, fasces, sepitrum eburneum Inuenta Tyrrhenorum plus alia multa dedit, domibus porticus addidit, in quo seruorum concurrentium turba diuerteret, quam similitati postmodum Romanum, inquit, melius aucta ad

suam reūpublicā transtulere. literis quoq; & re/
rum naturalium investigationi ac theologiae plu/
rimo tempore impenso. Præcæteris in fulgurum
interpretatiōe & arte augurādi uersata est, adeo
ut nostra etiam ætate vniuersus ferme orbis, tum
ad miretur viros, tum haruspicibus utatur. In
scientia faciendorum sacrorum ita etiam floruit,
vt Romani qui non seruandæ tantum, sed & am/
plificandæ religionis cupiditate incendebantur
decem principum filios senatus cōsulto singulis
Tuscię populis percipiendæ sacrorum discipli/
næ gratia trāderent: hic ludirium illud natio/
rum dæmonum ad Romans defluxit. Hinc Bacchalia
chanalia, quæ vt foeda & perniciosa magno sunt
bonorum consensu, autorum suorum suppicio
vindicata, ex totaq; Italia sublata. Patriā Tyrre/
ni uberē incolunt, quam studio curaq; efficiunt
fertiliorē. Mensa bis in die sumptuose prepara/
ta, omnia que ad epularum delicias pertinent
abundē subministrant. Stragulas insuper uestes
floribus distinctas poculaq; aurea varii generis,
ac ministrorum seruorumq; numerū permagnū
in vsu habent: multiplices vbi nō solum serui fa/
mulantur, sed etiam liberi plures. Gēs in uniuersum
magis adhuc superstitionis est, quā pugnax.

In augurandi
arte uerbabis.
tur Hetrōsci.

Bacchalia

ex Tuscia ad
Romanos.

De Galatia Europea & Galatarum priscis moribus. Cap. XXII.

Galatia magna Europæ regio fuit, ultra Cel/
ticā ad notū oceanūq; versus pertinētesq; Galatia finēs:
oras, & Herciniū montem (scribit Diodo/
rus Siculus) & à terminis istis ad Scythiam usq;
protensa. Sic appellara à Galate Herculis & Celti/
ca cuiusdam mulieris filio. Hæc à pluribus na-

tionibus incolebatur regioq; vt plurimum ad ar-
dum sita, frigidaq; adeo, vt quæ hyemis tempo-
Galatia hye-re pro aqua niuibus oppleta existat: glacies
mis tempore quoq; immensa adeo patriam occupet, vt flu-
glacie occupa mina congelata sint per uia transiuntibus, non
ta.

solum paucis, sed exercitibus quoq; cum cur-
ribus atque impedimentis. Complures magni
fluui vario fluxu per Galatiam fluunt, quorum
hi ex profundis stagnis, hi ex montibus, partim
in Oceanum ut Rhenus, partim in Pontum ut
Danubius, alii in Hadriaticum mare decurrunt
ut Eridanus, qui & Padus. Sed hi omnes fege hye-
mis tempore congelati securum transitum inie-
ctis desuper (ne labantur) paleis, euntribus præ-
bent. Vinum & oleum propter eam frigiditatem
regio non producit, quare coacti homines po-
tum sibi ex ordeo comparant quem zitum appel-
lant: aqua etiā, in qua lauant fauum mellis, ut un-

Zitum ex hor-tur. Vinc præter modum adeo delectantur, ut à
deo potus. mercatoribus importatum purum bibant, mini-
moq; potu ebri aut somnum inducant, aut insa-
niam: quo sit ut mercatores Italici plures quæstu-

Vini appeten- ducti uinum, tum nauibus, tum per terram curri-
tissimi. bus deferentes pincernam puerum mercantur

Auro abundat pro vini amphora. Vniuersa Galatia argento ca-
Galatia. ret, auro abundat, illud natura ipsa præbente. Nā
cum fluminum decursus, difficiles flexus habeat,
superans ripas à montibus fluens aqua, arenam
auream passim per campos eiicit, qua conflata,
auroq; puro educto ad ornatum corporis mulies-

Corpus auto- res viriq; utuntur: etenim & manū articulos, &
exornat Galat. brachia armillis aureis exornant. Circa collum
grandes torques gestantes ex solidō auro, & in di-
gitis anulos. Thoraces etiam auro exornant. Pri-

uati quid ac mirabile in deorum templis poterit. Autem in tem
tiores obseruantur plurimum auri ipsi diis oblati plures sparsum.
per pavimentum largentes, neque id quisquam corporum Galatæ latatum dispo
incolarum, quamvis gens auri sit auida, propter religionem contingere audet. Sunt Galatae mol
les atque albi, corpore oblongo: comas quamvis habeant natura rufas studio tamen augent natu
ræ colorem. Calamistro capillos inflectunt, fronde illos ad cervicem restringentes ut Satyris asper
et puerisque; appareant perfimiles: capillos arte efficiunt crassiores, ut nihil differant ab equo
rum iubis. Barbam quidam radunt, nonnulli nu
triunt. Parce nobiles quidam genas radunt: bar
bam adeo fouchent ut corpora operiantur. Quo acci
dit, ut cum edant repleatur cibo: cum bibant uelu
ti per cannale porus videatur inferri. Coenant sedente in so
sedendo omnes, non tamen in sedibus, sed in so
lo super luporum aut canum instratis pellibus. coenant Galatæ latæ.
Ministrant eis pueri iuniores ætate tenera: iuxta eos signes sunt, in quibus olla sunt & nerua ple
na carnibus. viros bonos melioribus carnibus honorant, quemadmodum Poeta Aiaci scribit.
Impensum ab optimatibus honorem, quando si
gulari Hectorem certamine viciisset. Hospites ad epulas, qui sunt, qua causa uenerint rogantes. Cō
sueuerunt quoque sumptu cibo ad verborum, pro ut casus tulit, concertationem surgentes ex pro
uocatione certare inuicem, nulla habita vita cu
ra: increbuit enim apud eos Pythagoræ senten
cia, qua dixit, animas hominum esse immortales,
rursumque eas defunctis corporibus post certum
tempus in alia corpora reuersuras, ob hanc cau
sam in defunctorum Pyram epistolas scriptas Att. morem.
quidam coniiciunt, tanquam eas mortui sint le

fluri. In itinere ac pugna bigis utuntur, quas rhe
 darius ac assessor ducunt. In bellis obvium hoste
 iaculo ex curru primum appetunt, tū relicto cur-
 ru pedites enibus certant: quidam adeo mortem
 contemnunt, ut pugnant nudi. Custodes corpo-
 ris ex liberis hominibus pauperes eligunt, qui &
 pro aurigis in pugna seruant, & ferant scutū, in
 structam aciem præire cōsueuerunt. & ad singu-
 lare certamē fortissimos hostium puocare, arma
 Hostium spolia vt hostem terreant quatientes. Quū quis strenue
 de morum feri- in aciæ pugnauit, tum, maiorum, tum suas laudes
 bus astiguntur. ac uirtutes decantant: res hostium deprimitur,
 Vestitus Galas tanq; vituperatione dignas, deniq; omnes in bel-
 tarum, lo audaces extollunt verbis. Capita hostium in
 acie cadentium abscisa equoru alligant collis. Ho-
 stiū spolia sanguine perfusa famulis tradunt in fo-
 ribus domoꝝ cū cantu atq; hymnis affigēda, quē
 admodum feras solent venatu captas'. Hostiū
 nobiliorum capita aromatibus uncta in tecis con-
 dunt summa diligentia, ea hospitibus ostenden-
 tes, nulloꝝ pro precio ea vel parentibus vellibe-
 ris vendunt. Veste ad terrorē intonsas ac varii
 coloris ferunt, quas illi vocant bracas. Sagula fer-
 runt virgata, hyeme quidē crassiora, æstate subtilia.
 Fictilia in vsu habent densa ac floribus distin-
 cta. Arma ferunt, scutum ad statu ram hominis lo-
 gum, proq; libito cuiusq; ornatū. Quidam inscu-
 tis animalium formas æreas paulum eminentes
 gestant, & ad ornatum, & ad corporis tutelam fa-
 bricatas. Aerea galea caput muniūt paulū eminē-
 tiore, in qua aut cornua impressa sunt, aut aiunt
 uel quadrupedum effigies sculpta. Tubas habet
 suo more barbaras, vt quæ asperū sonum & tur-
 bulentum reddat, Thorace ferreo utuntur qui

dam, alii armis à natura dans nudi pugnant, pro
ensibus ferreas spatas gerunt oblongas, ærea cas-
thena a dextero latere pendentes. Nonnulli tu-
nicae aureis aut argenteis zonis cinguntur, iacu-
lis insuper bellantur, quæ illi lanceas vocant, fer-
ro cubiti aut amplius longitudinis paulominus Euses maximi.
duobus palmis lato, enses haud minores sunt, q
apud ceteros uenabula, habentq; tum rectos tum
curuos nō solum ad corpora cedēdum, sed etiā
ad perforandum aptos. Asperci sunt terribiles,
voce graui atque aspera. Sermone utunetur bre-
ui ac subobscuro, multaq; ex animo dubia loquū-
tur: plurima ad iactantiam in eorum laudē dicunt,
& ad cæterorum contēptum. Minaces sunt ac de-
tractores, opinioneq; inflati, acuti ingenio, & à do-
ctrina minime alieni. Sunt & apud eos melodiæ
poetæ, quos ipsi Bardos dicunt, hi cum organis Bardi melodia
rum poetæ.
veluti cum lyra cantant, hos laudantes alios virtu-
perates. Philosophi quoq; ac Theologi, quos vo- Saronidas philo-
sophi et theolo-
gi.
cant Saronidas, præcipue ab illis coluntur. Utun-
tur insuper diuinatoribus, qui apud eos cum au-
guriis & sacrificiis futura prædicent: maximi exi-
stimentur omni eis obtemperante plebe, de rebus
magnis consulturi mirabilem incredibilemq; ob-
seruant ritum, ense hominem iugulant, quo labē-
te, tum ex casu, tum ex membrorum laceratione,
tum etiam ex sanguinis effluxu futura dijudicat.
Est apud eos moris nullum absque Philosopho
sacrificium facere, existimantes per diuinæ natu-
ræ consciens sacra fieri oportere, tanquam deis
propinquiores. Horum intercessione bona à diis
censent perenda, quorum consilio, & pace, &
bello fruantur. Poetæ vero apud eos tanti ha- Poete i maxi-
ma,
bentur, vt cum extructa acie exercitus educatis

generatione.

ensibus iactisq; iaculis propinquant, non solum amici sed hostes eorum quoq; interuentu à pugna abstineant, ita apud agrestiores barbaros ira cedit sapientia & Mars reueretur manus. Galatæ rum fœminæ non tantum corporis magnitudo ne sunt viris similes, sed robore etiam. Pueri ut plurimum cani sunt, ætate proiecti colore m paternum assumunt. Eorum qui subitus ardor ha-
Forminæ Galatæ tarum virissimis bitant Galatæ, quiq; Scythiae sunt propinqui, velles.
 poter cæteris agrestiores nonnullos aiunt huma nis carnibus uesci, quemadmodum & hi qui ea Britanniae partem, quæ Iris dicitur habitant, horum fortitudine feritateq; diuulgata tradunt eos, qui priscis temporibus omnem ferme Asia discurrentes Cimerii dicebantur, ipsos esse, qui paulopost corrupto nomine pro Cimeris Cim bri sunt appellati: iam prisco more dant latro ciis operam rapientes aliena suis omnibus temptis. Hi sunt qui Roma capta, cum Delphi ci Apollinis templum spoliassent, magnam Europæ partem, non paruam Asiæ tributariam fe cere agris eorum quos subegerant possessis. Na qui in Græciam peruenierunt. Galatæ, de se partem occupatam Gallogræciam dixerunt, & Galatiam minoris Asiæ regionem, quæ ab oriente Cappadociam & Halym fluum habet, ab occidente Bythyniam & Asiam à meridie Pamphiliam, à septentrione pontum Euxinum. Cæteram Cimbræ de quibus iam nobis sermo est, Gens dñæ supra modum feriratis, impietasq; in deorū sacrificiis inauditæ, sequebantur exercitum munierunt. Sacerdotes forlieres Sacerdotes diuinationis peritæ, quarum manus capillus erat, alba vestis, lutea è carbaso subter tunica fibulis annexa ahenis incinctæ zonis, pedes

pedes nudæ, capti usq; castra strictis occurrebat crudelis usus
 ensibus, quos sternentes humi ad æreum protrahebant
 hanc ritus, craterem uiginti capacem amphorarum.
 Habebant & pulpitum quo agiliter ascenso, tollentes in sublime captiuum super lebete iugulabant.
 tum profuso in craterem sanguine inde cum stilaret vaticinium edebant: alii vero scisso uentre intestina speculabantur suis victoriæ clamantes. Noxios quoq; quinquennio seruatos affixos sudibus sacrificabant, & animantia ex hostibus capta una cum hominibus interfecit, aut supra ingentem Pyram posita comburebant, aut aliis adfiebant poenis. Et quamuis Cimbri mulieres habeant speciosas, ad mares tamen præter modum sunt cupidiores. In ferarum pellibus humi dormientes, ex utroq; latere excubitores habent. In ipsis certaminibus extentas ad carorum velamina pelles tantis pulsant ictibus, ut ingenti cum horrore fragor efficiatur. Sed illa admiranda eorum impudentia, quod speciem corporis facile alii offerunt in propatulo, neq; hoc turpe ducunt, quin potius ignavum abnuere gratiam oblatam. Fertur à Valerio maximo Cimbros & Celtibros in acie gaudio exultare consueisse, tanquam gloriose & feliciter vita essent excessuri, lamentari vero in morbo quasi turpiter perituri.

Noxios sacrificabant Cimbri

Cimbri ad matres cupidores

Impudentia Cimbrorum ad miranda.

De Gallia, Gallorumq; veteribus & recentibus moribus. Cap. XXXIII.

Galla lata Europæ regio inter Gallicum in ternum mare, oceanumq; Britanicum, Rhenum, Alpes, & moles Pyrenæos iacens: Pyrenæis iugis ad occasum includitur, ad septentrionem & Boream Gallicc, Brytanicoq; oceano: ad orientem.

Gallia & termini

S

te solē Rhēnus illi parib⁹ penē spaciis ex alpib⁹ in oceanū, qbus Pyreneū iugū ex interno mari ad externū p̄currit, qua meridiē spectat Narbo-nense illi prætē ditur pelagus. Gallia appellata à cādore populi, Cala enim lac dicitur. Triplex est

Gallia nude ap Tōsa siue togata, q & Cisalpina dicitur, sed Italīc pellata.

Divisio Galliæ. finibus includitur, Comata cognominatur omnis

Trālalpina Gallia, eam in tres puincias à tribus populoꝝ generibus hystorici diuiserunt, Belgicā videlicet: Celticā, & Aquitanicā: terminos illarū ita statuentes, vt à Scalde ad Sequanā Belgica sit dicta, mox Celtica ab eo ad Garumna quæ eadē est & Lugdunensis, inde ad Pyrenæi excusum Aquanica, plim Aremonica vocata. Augustus qua drifariā diuisit addita Lugdunēsi puincia, Amianus in multiugas puincias diuidit, vrpoteq; primā & secundā Lugdunensem, & primā & secundā Aquitanicā faciat. Bracara, quæ & Narbone-

Braccata siue sis dicit, à Braccis uestiū genere sic uocirata, Bel-Narbonensis.

Gallia regiōes

Teutonica utiſ, prouincias habet, Helvetiā, Alla-ciā, Lotharingia, Lucelburgā, Burgundiā, Brabātiā, Gelreā, Hollandiā, Selandiā quæ omnes, nisi Rhēnus antiquus terrarū limes abscederet Germaniæ nostræ posius annumerandæ essent ex quo hodie & consequenter etiā non montes,

Galli à grecis non flumina pro regionū terminis habentur, sed olim Celtæ, ho singulæ linguæ & imperia. Eo usq; vnamquamq; dic Franci ap, regionem extendi dicant, quo usq; gētis illius ser-

pellantur. Galliæ populis Græci communi appellatione olim ab eorum Regis nomine Celtas dixerunt, & ab illius matris nomine Galatas, Fraci hodie vocantur & Gallia Francia, à Francis Germaniæ populis, à qbus olim ferè tota subacta est

ut Baptista Mantuanus in Dionysio suo: et M. Antonius Sabellicus libro 3.x. enneadishabent. Cæsar dictator Gallicas gentes lingua, legibus & in bant Galli. Factiones amar
 stutatis inter se differre dixit, multa tamen multis
 communia esse, ut factiones exercere, quæ nō so-
 lum in ciuitatibus & pagis, sed in singulis pene
 familiis vulgo reperiantur, ut qui ingenio & opib-
 us polleant, inter se de principatu contendant,
 ut cuncta suo potius quam alterius arbitrio fiant
 quod ut gentile ita vetus esse nec temere institu-
 tum videri, ut tuta plebs esset à potentiorum iniu-
 ria, nusquam gentium plebs alioqui contéptior: Despectissimi
 quippe quæ olim seruitii penè loco haberetur, omnium gen-
 omnis publici consilii expers, plæriq; tributorū, tium Galli fue-
 aut alieni æris magnitudine grauati, vulgo soliti runt.
 se nobilioribus addicere, ut à cæterorum iniuria
 tutiores essent, omnia in eos iura, ut in seruos, ha-
 bituris. Duo hominum genera in præcipuo ho-
 nore esse, Equites & Druides, alii Bardos & Va-
 cies Druidibus adiiciunt, quorum hi naturalium
 rerum causis dediti essent inuestigandis, illi lau-
 dationibus & Poeticis rebus. Cæsar uno nomine
 omnes Druidas vocat, hi sacrificia curare publi-
 ca & priuata, religiones interpretari, Adolescen-
 tes disciplinis instituere, quorum coetibus præ-
 cipue venerari: iidem de cædibus, de finibus
 cæterisq; controversis cognoscere, poenas consti-
 tuere, si quis siue publica, siue priuatam personā
 gerens decreto non stetisset, sacrificiis interdice-
 re, quæ præcipua fuit in gente animaduersio.
 Druides omnē hominū congressum & sermonē
 declinare, ne contagione polluerentur, his pete-
 ribus neq; ius dici cuiquā potuit, neque honos
 ullus publicus cōmunicari, vñus omnibus pesse,

Druidum offi-
cia et dignitas
tes.

cui in yniuersum ordinem summa erat potestas; In huius defuncti velut antistitis locum aliis sive fragio surrogabatur, cogebatur horum consiliū certo anni tempore in Carnutum finibus. Est is locus Galliarum ferè medius, controversiasq; ex yniuersa gente eo delatas suo componebant decreto, vulgo postea receptum, id institutum, sed ex Britannia translaticum, Parliamentumq; vocatum, de quo postea. Druides à bellicis rebus aberant, neq; ad tributum cogebantur. Multa millia versuum ediscere necesse erat, qui tali se disciplinæ tradidisset: ut pleriq; uiginti annos in ea comparanda morarentur: neq; fas erat quipiam ad eam cognitionem pertinens literis commendare, quod ad memoriaz cultum, & scientiaz autoritatem, putaretur pertinere. Cæteris Gallis tempestate ea Græce literæ iū usū fuere. Credere Druides animas non interire, sed in alia transire corpora, atq; metu mortis ita sublato audaciores in periculis fieri. Multa de syderibus disputabat, de mundi & terrarum magnitudine, de rerum natura, & Deorum potestate. Mundum ipsum æternum, ignem & aquam uicissim præualere. Alterum genus terum genus equites, hi cæterorum ordinum reges. ligiosissimi, verum graui morbo affecti aut in periculis constituti, pro salute humanam hostiam magabant, Druidum ministerio adiuti: Alii simulachra habebant immani magnitudine, viminiis contexta, eaq; viuis corporibus plena circuiefacto absumebantur. supplicia eorum qui latronatione Gal, cini alterius ue noxae conuicti essent diis gravissima arbitrari. Mercurius in præcipua ueneratione esse, quem omnium artium inuentorem prædicabant. Viarum & itinerum ducem, & ad-

**Cœnsium au-
tum in carnu-
tum finibus.**

**Opinio[n]es dru-
dum variz.**

**mercurius in ue-
teratione Gal,
lis erat.**

quæstum faciendum plurimum prodesse Marti
in pugnam ituri quicquid cepissent pro uictoria
uouebant, visabanturq; ob eam in plerisq; urbi-
bus ingentes tumuli, bellis spoliis constructi. Si
quis ex præda aliquid fraudasset graui suppli-
cio id scelus uindicabant. Se ex Dite procreatōs
persuasum habuere, ob idq; initium festorum die
rum ab ea nocte capere, quæ festam lucem preces-
sister, rati noctem illi sacram esse. Liberos ad con-
spectum suum non prius venire patiebatur, quā
per ætatem adoleuissent, ut militaria iam obire
munia possent. Turpissimum arbitrantes filium
adhuc puerum patri assistere. Viri quantas ab
vxore pecunias dotis nomine accepissent, tantum
dem domesticarum fortunarum æqua æstimatio
ne cum dote conferre: quicquid inde fructuum
perciperetur id diligenter asseruari, eiusq; esse, q
superstes alteri fuisset. Viri in vxores, sicut in li-
beros, viræ & necis potestate habuere. Si qua
veneficii conuicta esset, à propinquis mariti igne res et liberos.
sequisq; cruciatibus necari. In funere, omnia, quæ
viuis charissima fuissent cremare cum defunctis
animalia etiam ipsa, nec multum antequam C. Cę
sar eam terram debellasset, clientes & seruitia fu-
nebri rogo inferebantur. In ciuitatibus quæ opti-
mæ institutæ erant primores multi gubernabant Ciuitatum ad-
Ducem vnum primis temporibus ad annum eli- ministratio.
gentes, sicut & in bello vnum à multitudine desi- Aristocratis
gnabatur Imperator. Si quis de republica aliqd
à finitimi fama compertum haberet, id ad Magi-
stratus deferebat, quædam suo arbitrio occulta-
re, cætera pro concione palam facere. De repu-
blica nisi in publicis loqui nemini licebat. Qui tu-
& si i

Galli se ex Di-
te natos dixerat

In concilio tu*m* multuabatur, ad eum minister stricto occurrebat
multuans.

Vestitus Gallo-
rūm.

Arma bellica
Gallorum.
Alimenta.

Oviūm et pors
corum diuities
galli.

Domicilia
Gallorum

ense, & minitabundus silentium imperabat, qui si non desistebat, secundo ac tertio id idem factibat, deniq*t* illi abscindebat è sagulo, ut quod residuum esset, redderetur inutile. Magistratib*a*, aurea sunt gestamina, collo torques, manib*a*, & laccertis armillæ. Vulgus sagis uestitur, scissq*e*; prounica amictu qui vix nates integeret dimidias, lana quidē aspera, cæteræ oblongis villis, vnde & sagula hirsuta texunt, q*u*lenq*e* vocant. Comas stadio nutriebant corpora genti proceriora, & uulgo cädida, & secundum ea armatura æqualis, gladius lögus à dextero latere dependens, clipeus etiā longus, hastæ ad proportionē: & Meritis petræ genus est: arcubus plæriq*ue* utuntur, cum telo certiore infligunt ictui, quo in aucupiis potissimum vtunq*e*, paucissimi bellū fundis & fuste ineunt. Humicubant, coenirantes in stramentis assident, plurima cum lacte illis esca: carnibusq*e*; multifariam præsertim suillis & recentibus & salitis. Sues in in agris nutriuntur, & proceritate robore & celeritate præstantes adeo, vt insueto cuipiā accedenti nō minus quam à lupis periculum immineat. Tā copiosi illis & ouium & porco*rum* greges sunt, vt hinc saginarum & salsamentorum abundātia, non solum Romæ, sed & pluribus Ital*iae* partibus suppeditetur. Domicilia ex pluteis, & craribus in testudinis speciem faciebant, & quidem permagna multis impositis lacunaribus. Ferox omnibus ingenium, ingenita simplicitas, plus virium quam consili*rum* in bella afferunt. Maius bellorum quam agrorum studium, Mira fœminarum fœcūditas ut ter centū & amplius armato*rum* millia ges vna Belgica ad bellum olim mitteret: uictoria su

pra^q dici possit, uincen^{tibus} l^aeta, uictis stupor.
 E p^rælio decedentes ceruicibus equo^{rum} hostium
 capita susp^{end}dunt, eaq; domum delata, ut sint spe Hostium capi-
 tacula postibus affigunt. Illustrum uitorum ca- ta postibus affi-
 pita cedrinis condientes odoribus peregrinis guntur.
 ostentant, nec tantidem auri redimi dignabantur
 Gentile & vetus aureos torques ex collo suspen-
 dere, manibus & lacerris armillas inducere, ues-
 tes auro pictas gestare. Hominem diuinationi de-
 stinatum in tergo ferientes ex ipso impatientiæ
 afflictandiq; modo uaticinium capiebant. Tra-
 duntur & alia humanorum sacrificiorum genera
 quosdam sagittis cōfigebant, & intra sacras fides
 patibulo suffigebant, magnâq; è fœnochorto sta-
 tuā apparantes, eiq; lignum injectâtes pecoraq;
 & uarias immittentes beluas atq; homines holo-
 caustum faciebant. Erant Galli ex assiduo labo- Galli olim om-
 re & exercitio ferè omnes olim macilenti corpo- nes macilenti.
 re, uentresq; minime propendebant, nam saginā
 adeo deuitabant, vt adolescentes, qui zonæ men-
 suram ventre excederent publice multarentur.
 Cæterum, Romanoru^m cōmercio multa mutari Recentes Gallo
 contigit, tempus inde omnia in melias uertit. Ob rum mores.
 seruantissimi itaq; hodie veræ pietatis sunt, regis Artibus libera-
 imperium latè omnia tenet. Matrimonia Italico libus Francistu-
 ritu celebrat, liberales artes multis curæ existunt, & dent.
 imprimis diuinæ artiū studia. Gymnasiū, quod
 Parisiis est, id demonstrat, omnium q; hodie sunt
 in terris celeberrimum. Sunt & Romanae litera-
 rum appetentissimi, ac latinarum c^muli, in eo stu-
 diorum genere, nec Græca aspernantur. Penes
 magistratus iudicia sunt, regum est hos legere. In
 bellis cataphratoe equite utuntur, pediteq; leuiter
 armato: utuntur & sagittariis, qui longiores in-

DE E V R O P A

Bellica Gallos
tendunt arcus: nec corneos, ut Scythæ & totus
ferè oriens, sed ex Taxo, alia ue duriore materia
comitantur bellica tormenta exercitum, curribus
uehuntur, magis ordine quā agminibus dimicat,
maiore ferocia quam arte, quanquā hanc quoq;
in administrando bello haud negligant. Atal-
los uocant caduceatores, hi belli pacisq; nuncii
colunt regem in credibili affectu. Multa religio

Francorum re-
ligio.

Musicæ studiū
Gallis peculia-
re.

Vestitus Fran-
corum.

me puero (inquit Sabellicus) gallicæ gentis auli
ci omnes citra clerum amiciebantur manicato sa-
gulo, vix dimidias nates tegente in multas scu-
las ab imo ad summum complicato puluimatq;
circa humeros. Calcei anteriore parre in tenue
cornu protenti semipedalis longitudinis, qualis
nunc species uiscitur in gentilibus auleis, regmē
capitis, id Biretum dicunt, oblongum, ac ueluti
in conum exiens. At nunc omnia mutata, Calcei
à fronte uehementer expansi in modum vrsini
pedis, retro castigatior forma, ac vix calcanei ca-
pax. laxior uestitus ac multo demissior quā antea
ad mediafere crura descendens, laxis manicis ab
vna parte defectis, teniis versicoloribus tectis &
ex obliquo cancellatim sago assutis. Laxus pileus
ac plurimum punicei coloris, sed Biretum multo
laxius male capiti cohærens, ut nihil sit alioqui
ipsa gēte cultius. Cepit his paucis annis nostroge
hominū animos incredibile studium eius cultus
imitādi, arque adeo nos inualuit, vt tota ferè Ita-
lia Gallico spectaretur habuit, manifesto p̄slagio

Italia in Gallis,

teorum quæ postea secura sunt. Mulieris habitus cohabitu de se
 nihil fere mutatus Et Gallia Baptista Māruanus etata.
 in Dionys suo libro secundo metrico sic describit.
Gallia terreni pars est non infima mundi,
 Sed longe lateq; patens, Hispanica tangit
 Oppida ab occasu, sese coniungit ab ortu
 Italię: nostro hinc pelago qua respicit austrum,
 Clauditur Oceano geminas qua respicit ursas,
 Vnde venit Boreas hybernaq; frigora surgunt,
 Et uada Theutonici tangit uastissima Rheni.
Terra hominū, frugūq; ferax, armenta, gregesq;
 Vberibus pascens glebis, non languida cœlo
 Tabifico: non mortiferis infesta venenis,
 Ut Libye: non perpetuis adoperta pruinis,
 Sicut hyperborei montes: non torrida ab æstu,
 Qui faciat steriles, ut decolor India, campos.
 Non etiam noctis pallens semestribus umbris,
 Quale sub arcturo positū mare, & ultima Thile:
 Sed nec ut Aegyptus, qua fusā palustrib⁹ undis,
 Sed cœlo & teneræ foecunda uligine terre.

Er paulo post,

Ignea mens Gallis & lactea corpora: nomen
 A candore datum populis: muliebria pingit.
 Ora color tyrius: Paphium meditata decorem
 Ex geminis fecit natura coloribus vnum:
 Læti: alacres, lusu, choreis & carmine gaudent:
 In uenerem proni, proni in conuicia, proni
 Ante dapes ad sacra Deum: seruire iugumq;
 Ferre negant: fugiunt signa & hypocrisia, ore
 Liberi, ut ingenuis mos est, terricosq; perosi,
 Venatu, aucupio campos montana, lacusq;,
 Sollicitant, bellandi vsu lætantur, equorum
 Terga fatigante: loricae hastilia & arcus
 Deliciae genti: sub dio ad sydera somnum

Carpere,fuscarisole & ferrugine pulchrum est,
 Puluere conspergi,grauiibus sudare sub armis,
 Pro patria pro cognatis,pro regibus ire
 In pugnā & gladios,& morti occubere dulce est.
 Aegoceros genti dominans:si credimus astris,
 Si damus hoc coelo arbitriū: cito mobile pectus
 Cordaq, largitus,rerum sitibunda nouarum.

*aegoceros. f.ca
 pricornus Fran
 cis dominatur*

*Parlementi ini
 tiuum.*

*Druidum con
 cilium.*

*Curia Parlam
 ti Parisius des
 creta.*

*Curiae Parla
 menti. 4.*

Non inconueniens alienumq; ab instituto ui
 detur huc præcipuum regiæ francorum orna
 mentum Parliamentum ponere,quis illud à prin
 cípio instituerit , aut vnde originem habeat, à
 scriptoribus aliud non traditur,quam ut supra si
 gnificauit à Druidibus receptum, aut longo tem
 pore ad nostram usq; æratem obseruatum crede
 re est.Nam & illud , quemadmodum Druidum
 concilium,Carnuto quotannis tempore & loco,
 quem Rex designasset,habet atur,hoc modo,cō
 ueniebant ex cunctis prouinciæ cinitatibus viri
 consuetudinum & iudiciorum periti,ad idq; an
 tea munus delecti, qui ius cuiq; per prouocatio
 nem disceptanti dicerent.Sed qd uaga esset in
 certaq; institutio,decretra Parisius curia & sedes
 est:suntq; ad eā iudices designati,qui ibi cōsistē
 tes perpetui prouocationum definitores essent,il
 lorū octoginta numero sunt,annua stipēdia ex fi
 score regio p̄cipiunt,In curias quatuor diuisi sunt,
 seorsumq; singuli sedēt,& suos p̄fidentes habēt,
 In prima,quam ipsi Camerā uocant,p̄fidentes
 quatuor sedent,Consiliarii triginta:hi cōtentio
 nes & causas audiunt,dilatationes & quæ ad iuris
 cognitionem attinent constituunt,leuiora quæ
 dam & temporanea definientes,In secunda vero
 & tertia cameris æquari sedent tam in hac quam
 in illa xviii,Hi Enquestrarum, id est,inquisitio-

num consiliarii dicuntur, & in quisionibus præsent ex clero & laicis constituti: præsidentes utriusque quatuor habent sententias dicunt, quas constitutis diebus præsidentium unus primæ curiæ pronunciat: idq; Arrestum, id est, ratus & fixum vocant: quod ab eo prouocari nemini liceat: qui ibi reus iudicatus fuerit lx. librarum thuronensis premium per soluere curiis debet, & quā doq; magis: nam si causam suam non satis intellectam aut discussam existimaret, & ob hoc sibi iniuriam factam, reuoluendæ in iudicium causę suæ ipse potestatem habet: veruni non prius auditur, quam duplicatam dictæ pecunia summatam deposuerit. Quarta curia eorum est, quos Reuestarum, id est, supplicationum & palati magistratos appellant: ab illis eorum causa tantum agitur qui regiis obsequiis deputati sunt, aut privilegio donati: ne ab aliis curiis infestetur: huius curiæ iudices sex tantum sunt & ab eis prouocare ad Parliamentum licet. In decidendis causis cū nodus aliquis, hoc est magna difficultas offeratur, hæc omnium curiarum consiliariis congregatis discutitur, quod etiam fit in his quæ Rex de republica statuit. huius enim senatus decreto omnia æduntur. Habet & parliamentum coniudes, dum ad sunt Franciæ pares, & alii supplicationum magistri familiares regis comites, qui posto primæ curiæ præfides primi sedent. Illis enim cū Franciæ paribus regalium & parium causę definiendæ committuntur. Sunt autē Franciæ pares ex omni nobilitate duodecim selecti Remensis, Laudunensis, Lingonensis Episcopi Duces: Bellouacē Franciæ pares xii. numero. Nouionensis, Catalaunensis, Episcopi Comites uocati: ex secularibus etiam sex, Burgundus, Nor-

mādus, Agtanicus, principes Duces: Flādrensis,
Tholosanus, & Cāpanus principes Comites, Illos
duodecim ut refert Rhobertus, Carolus magnus
Parium frācie dignitas. primū insti cuīt, & secum in militiā ductos Pares
appellauit, qā æquali inter se dignitate regi asta-
rent, nec cuiusquam quam senatus Parlamenti iu-
dicio obtemperarēt, coronandoq; regi adessent.
Et hi fuerunt & sunt hodie Gallorum siue Fran-
corum mores, talesq; eorum decantati ritus.

**De Hispania, & moribus Hispano-
rum. Cap. XXIIII.**

Hispanie Iaus des. **H**ispania maxima Europæ regio, inter A-
phricam & Galliam iacens, oceani frēto &

Pyrenæis montibus clauditur, terris opti-
mis comparanda: nullis posthabenda frugum
copia, siue soli libertatem, siue vinearum prouen-
tus respicere, siue arborarios uelis: omni mate-
ria affluit, quæcunque aut pretiocara esse possit,
aut vñ necessaria, adeo, ut non ipsis incolis ta-
men, uerum etiam Italæ urbiq; Romæ cunctaq;
rerum abundantia sufficiat. Argentum, gemmas,

**Divitiae Hispa-
niae.** & aurum, si requiras, habet: ferrariis nūquam de-

Cœli salubri fecit, nec cedit uitibus, uincit oleis: nihil ociosum
in ea, nihil sterile, non coquunt ibi fales, sed effo-
diunt. Non uiolento sole torretur, vt Aphrica,
neq; assiduis uentis, vt Gallia fatigatur salubritas
cœli per omnem regionem æqualis, nulla palu-
dum graui nebula inficitur, sed marina aura per-
flatur: lini spartiq; in ea uis ingens: minii certe
nulla feracior terra. Cursus amnium non torren-
tes, rapidi, ut noceant, sed lenes & vineis cam-
pisq; irrigui, æstuariisq; oceani affatim piscofi. In

Ammis cursus. nulla tamere magis olim commendata est, quam
Ab equorum equorum pernicitate, quos ibi à vento cōcipi me-

moriæ proditum est. A montibus Pyrenæis incipit, & per columnas Herculis circumiens usq; in Ispania committit Borealem oceanum protenditur: ita ut omnia in datur.
 eo circuitu ad Hispaniam spectent, decem milibus stadiis, ut Apianus scribit, eius latitudo com mensuratur: longitudo prorsus eadem esse videt, ab una tantu^{re} parte scilicet Pyrenæi montis dorso Galliæ adhæret, à reliquis omnibus mari cungitur. Tribus distincta nominibus est: nam pars ^{Divisio Hispaniae.}
 Tarracensis dicitur, pars Bethica, & pars Lu^{Tarracensis} sitania. Tarracensis in qua ciuitates clarissime et eius finis.
 Pallantia, Numantia, quæ hodie Scoria dicitur, fuere, altero capite Gallias, altero Bæthicā Lusitaniamq; contingens, mari larera obiicit, mediterraneo qua meridiem, qua septentrionē spectat oceano. Alias vero duas fluius Anas separat, Itaq; Bæthica in qua vrbes clarae Ispalis & Corduba fuere, maria utraq; prospiciat, ad occidentem Atlanticum, ad meridiem Mediterraneum Lusitania oceano tantummodo obiecta est, latere ad septentriones, fronte ad occasum uersa, in ea ciuitas Emerita quodam clarissima fuit. Hęc regio primo Iberia ab Ibero fluo, postea ab Hespero Atlantis fratre Hesperia dicta est, ultimo ab Hispali quæ hodie Sibilia uocatur Hispania. Corpus hominum ad inediām laboremque, animi ad mortem parati, dura omnibus & stricta parsimonia, bellum q; ocium malunt: si extraneus deest, domi hostem querunt. Sæpe tormentis pro silentio rerum creditarū immortui, adeo illis fortior taciturnitatis cura, quam uitæ, velocitas gesti per nix, inquietus animus plurimis, militares equi & arma sanguine ipsorum chariora. Nullus nisi festis diebus epularum apparatus, aqua calida lauari:

Lusitania.

Iberia.

Hesperia.

Hispania unde appellata.

Gentis cōditie

post secundū Punicum bellū à Romanis didicere. In tanta seculorum serie nullus illis dux magnus præter Viriatū, q̄ annos decē Romanos uaria uictoria fatigauit. Fœminæ res domesticas agrorumq; culturas administrant, ipsi armis & rapinis inseruiunt: breui vtuntur veste ac nigra, laetitia habente similem caprarum pilis. Peltes innotum.

bello paruas ex neruis confectas, quibus tegatur corpus, habent: his in bello ea agilitate utuntur ut & ictus & sagittas euitent: iaculis ferreis hamatisq; utuntur, galeas ferunt æreas cristatis palpis, gladios ex ferro puro ad palmi mensuram, quibus in conferta utuntur pugna. Ferrum suo more ad conficienda arma præparant. Nam ferreas laminas in terram abscondentes, ibi tam diu esse sinunt quo ab debiliori parte ferrugine absumpta ualidior superstet: ex eo tum enses fortissimos, tum cætera ad belli usum arma necessaria componunt, hoc pacto fabricata, adeo cedunt omnia, ut neq; scutum, neq; galea, neq; aliud qd eis obstat. duobus gladiis fulti cū equestri certamine superiores euaserint, ex equis desiliunt & pedestrem adiuuant pugnam. Iaculis luge iaciunt summa arte: in acie diutius perseverant: mobili corpore leuiq;, ut facile fugiant hostem & insequantur. Bella ad numerum aggrediuntur, hosti obuiant cantando. In pace choreas leui saltu exercent, cum quadā crurum agilitate. Erga nepharios homines atq; hostes crudeles sunt, cum aduenis humani atq; hospitalis. Aduenientes enim externos hospitio benigne recipiunt: adeo ut culatione quadam inuicē pro illorū honore certent.

Quos aduenient sequunt, hos laudat, amicosq; deo rū putat, Mulieres ferreamonilia collo gestat su-

Ferrum gladiis
conficiendis uti
lissimum.

Hispanorum
bellica virtus.
Cantantes pu-
gnā ingredin-
tur Hispani.
Hospitalis sunt
Hispani.

pra verticē coruos incuruos habētia, & ante frō
rem longius incumbētes ad quos, cum velint ue-
lum attrahunt, ut extentū faciei umbraculū præ-
beat, idq; ipsæ pro maximo ducunt ornamento.
Quadam itē in parte tympanulū circumducitur,
ad posterioresq; in occipite neruos capiti v̄sq; ad
auriculas adstrictum in altum latumq; paulatim su-
pinatur. Aliæ synciput expilatum enudant, adeo Nota more
admitandum
Vetus.
ut amplius quam frons ipsa pareat. Aliquæ im-
positum ad pedis mensuram in sublime stylum
erigunt, cui cæsariem circumtexunt, dein deq; pi-
leo nigranti exornant. Carnibus uariis affluēter
uescuntur. Potum ex melle conficiunt, eius copiā
præbente affatim patria. Vinum emptum bibune
mercatorum opera aduectum. Mirabilis apud
eos hēc obseruatur consuetudo, quod licet in vi-
ctus munditia eligantes existant, una in retamen
ista immundi uidentur, & spurcitie pleni: nam
vniuersum corpus lauant urina dentesq; fricant
hanc optimam corporis curam existimantes. Fuit
olim tota Hispaniæ terra (ut nihil obmittatur
quod ad regionis cognitionem attinere cognoscit
scitur) diuisa in ulteriorem & citeriorem Hispa- Hispania bifas.
nias. Citerior eadem quæ Tarragonensis ad Py- ram diuisa.
renæa usq; iuga protenditur Ulterior in duas Regna Hispaniæ
per longitudinem prouincias diuiditur, in Bethi- næ quinq;
cam & Lusitaniam. Superioribus annis Hispania
in regna quinq; diuisa est, in Castellæ Regnum,
Aragonum, Portugallense, Nauarræ & Granatæ.

De Lusitania & vetustis Lusitanorum

motibus. Cap. XXV.

Lusitania Pœst
gallia.
Lusitania ulterioris Hispaniæ pars, q; hodie
Portugallia appellatur, Bethicā à meridie,

Tarragonensem ab ortu, ab occasu & septentrione oceanum habens: dicta, vt Plinius scribit, à Luso Liberi patris ac Lyfa cum eo bacchate. Sunt Lusitani Hispanorum fortissimi, scrutatores insidiiosi, velocias, agiles atq; versatiles. Scutis dum pedum latitudine vtuntur curuis ad anteriora pro spectantibus, quibus neq; fibula neq; ansa villa est, his in bello ea agilitate vtuntur, vt & ictus & sagittas euntent. Gladiolus aut pugio lateri adhæret. Plurimi lineos Thoraces habent, per pauci loricis vtuntur, aut cristatis cassidibus, non nulli neruatis galeis. Iaculum longè iaciunt, & summa arte: in acie diutius perseverant, mobilis corpore leuiq;, vt facile & fugiant hostem, & insequantur. Peditibus ocreas adsunt. unusquisque plura fert iacula, quidam vtuntur & hastis.

Spartano ritu libus, cuspides sunt æreæ. Aliquos Durio am. Lusitani viuunt. ni vicinos Spartano ritu degere tradūt duobus vtuntur vnguentis, ad calefacientium dumq; ignitis vtuntur lapidibus, & frigida lauatur. Vnicus il-

Vaticinandi lis est cibus mundus quidē & simplex. Sacrificiis uarii ritus. dediti extra prospiciunt, nihilq; concidunt insper- etant & lateris fibras & contrectantes vētura cōiectant. Ex intestinis quoq; hominum maxime captiuorum diuinationes captant, sagis velantes. Inde ubi plaga infigitur ab intestinis sub aruspi- ce primum ad hominis casum vaticinantur, abscessas captiuos & dextras diis offerunt. Oés mon- tium habitatores victu simplici, veuntur, aquarū potores, humi cubitores. Longas vt foeminæ inferius diffundunt comas, mitratis frōtibus pugnas inueniunt. Hirco maxime vescuntur, quem & Mar- tri immolant, sicut & captiuos & equos. Faciunt etiam Hecatombas, id est, centenario numero sacrificia

ro sacrificia quolibet ex genere, ritu Græcanico: Omnia centes
& utinque Pindarus, omnia cetera immolat. Gymna immolat Lu
nica etiam cōficiunt certamina. Armis exercent sitani
ludos & equis, & cæstibus, & cursibus & tumul- Glande uescun
tuaria pugna, & instructio per cohortes plio. Mo tur montani Lu
tani homines duabus annis partibus querunt uescu sitani.
tur glaude, quam cum siccauerint frangunt, mo-
lunt, panes confringunt, & ad tempus repomunt.
Hordeaceo vtuntur vino nam vitis inopia summa laborant. idq; ita confessum euestigio absu-
munt. Coniuia inter consanguineos celebran-
tes, pro oleo butyrum usurpant, sedentes coen-
tant, ædificatos in pariete hemicilo habentes.
Primus sedendi locus coenantibus in orbem era-
ti præstatur & honori. Inter potandum ducunt
tibiam vel rubam choro saltant inflexis exultan-
tes poplitibus. In Basteranis mulieres inuicem
manibus proscue innectuntur. Omnes ferè pul-
lis amicti uestibus, & sagis. In quibus inuoluti per
stramenta cubant. Terrea illis ut Gallis in usu
sunt vasa. Mulieres in roseis degunt ornamentis.
Numitorum loco graui admodum sarcinarum
permutatione utuntur: vel extensi argenti lami-
nae frustum abscissum exhibent. Destinatos neci
lapidibus obruunt. Parricidas extramontium cō-
finia vel ultra flumina ejectos saxis opprimunt.
Coniugia de more Græcorum cōtra hūc. Aegro-
tos verius ritu Aegyptiorum in plateis deponunt
ut qui eo morbi genere tentati sunt con- monēfa
cere eos ualeant. Hic est montanis iujuendi ritus
quem cōmemorauit, eis inquam, qui boreale Hi-
spaniae latus terminant. Memoriae proditum est,
Catabros, qui extrema Lusitanie seruant, cum in
hostiū potestate pueniunt & deinde cruci affixi,

Inter potandum
chorœas ducunt
Lusitani.

Parricidarum
panæ.

Curandi agros
toimes Aegy-
ptiacus.

Cantabronian
mores.

Iætitiae pœana canere. Viros uxoribus dores trædere & filias hæredes designari, à qbus frarres earū vxoribus exhibentur, tantaq; feritate esse, vt matres filios ne in hostium manus perueniat, trucidare, & illud etiam filios parentibus facere.

Cantabrorum ferocitas. Cuidam deo sacra faciunt, cuius nomen non extat. Rotunda Luna tempore nocturno ante fores per omnes domos pernoctant choreas agitantes virorum & mulierum communis est virilitas. Ré

Religio. Toxi ipsæ rusticam exercent, Puerperæq; viris ministre cum semper in rictum exhibent, Hispanum & illud est, vt de mo-

promptu. re toxicum apponatur, ex olere apio consimili conficiunt, nullum afferens dolorem, vt si quid offeratur inuiti, in promptu illud habeant. Eorum dem & illud est ut se pro iis, quibus conciliunt immolent, & pro eis morti se deuouent.

De Anglia, Scotia, Hybernia, aliisq; multis insulis & Insulanorum moribus. Cap. XXVI.

Anglia quousdam Britania.

Anglia quæ & Britannia ab eruditis diciatur, insignis in Oceano Insula trianguli formæ Siciliæ similis. Hæc vndiq; à circumfuso mari complexa est nusquam iuncta continenti, sed ab omni orbe nostro diuisa, quæ & quondam ab albis rupibus, qui ad eam nauigantibus primo apparent Albion dicebatur. Troes eam quandoq; incoluerunt: qui Troia à græcis vastata Palladis oraculo digressi clausæ in hanc Insulam uenerunt, atq; Gigantes tunc eam incoleentes multis pœnaliis viatos expulerunt. Hos verum & ipsos post multos annos Saxones illiusq; Germaniæ populus Anglæ reginæ auspicio expulerunt, & agros opesq; Insulanorum inter se partientes, vt linguae pariter & gètis memo-

Albion.

Troes in Anglia.

Saxones in Anglia.

ria in deuicta Insula sempiterna foret ab Anglia Anglia vide
ductrice sua terrâ illâ Angliâ dixerunt, quâuis appellata.
plæriq; sic appellatam putent, quasi nostri orbis
angulû. Gallæ & Hispaniæ septentrionem versus Ambitus An-
opponitur, Ambitus quadragesies octies & se-
ptuaginta quinq; millibus passuum constat: dies g'ie.
lôgissimus, 17. horæ deprehêditur, & æstate lu-
cidæ sunt noctes. Sunt Angli cœruleis oculis, fa- Noctes æstatis
cie adeo uenusta & statura procera, ut beatissimus lucidæ in Au-
Gregorius cū forte Anglo pueros Romæ vide glia.

ret, Bene inquit bene Angli dicuntur, quia uultu Venusti sunt
nitêt ut angeli, oportet illis ministrari iter salutis Angli corpore.

æternæ. In bello sunt intrepidi, optimi q; sagit- Hospitalitas
tarii. Fœminæ candore & forma insigni. Vulgus Anglo.

ignobile ferum & inhospitale: mitior nobilitas ac magis obuia ad omne humanitatis officium:

aperto capite, alteroq; genu flexo hospites salu- Hospitalitas
tant: osculantur etiam si mulier sit atq; in caupo Anglo.

nam ducunt, potantq; vna, quod facere minime probro est, modo omnis lascivia absit. In bello

non agri violentur, non urbes sed ad internitio- Lupos non gi-
nem alterius partis dimicatur. Omnia uictorë se- gnit Anglia.

quuntur. Provinciarum omnium prima Christia- Diuitiae An-
nam pietatem complexa est, pecoris & lanificii glæ.

abundans, lupos non gignit, nec illatos nutrit, idcirco uagum pecus & sine custode fecurum. Est

Anglia etiam metallis diues, Aurum habet, Ar- Exotica statu-
gentum, plumbum, & cuprum. Insunt & Marga- de adiecta.

ritæ, & Gagates lapis, qui ardet in aqua, & oleo ex-

Antiqui Anglo sum mores. bris, & tales infra paucos annos Anglorum mores erant. Cæsaris vero tempore alios tuebantur. Nefas tunc erat leporem, gallinam aut anserem gustare, alere tamèn uoluptatis gratia. Mediterranei plæriq; latde & carnibus sine frumenti usù, vicitabant, amiciebanturq; pellibus. Glasto ora

Comitibia uno tempore multa ridores essent, capillo promisso, præter caput cæ

terum corpus rasitare. Mulieres uno tempore de nis & amplius uiris matrimonio locari, habereq; eas fratres cum fratribus communes, & parentes cum liberis, ac si qui ex his natu essent liberi habebantur. Strabo autor est, Anglos proceros homines supra Gallorum staturam esse, capillo breuiore, in quo ramen cum Cæsare dissentit, nemora undiq; obsepta urbes illis fuisse, & in his tuguria, sub quibns & dominis & armenta stabulabuntur, pluuum ibi cœlum esse magis quam niuale,

Mansiones.

Cœlum in Anglia, cum differeraret, laxe nebulam obtinere terram, ut quatuor circiter horas meridianum solem non aspiciat. Scotia suprema Anglia pars est ad septentrionem tenui freto siue fluuio ab insula direpta: nec procul inde Hybernia, Hyrlandiam vulgus vocat. Indiscreti insulanorum habitus, indiscreta ferè omnia, eadem lingua, idem mores, subita ingenia, & in ultiōne prona, ferociaque in bello insignis, sobrii & inediae patientissimi, eleganti forma, sed cultu negligētiore. Scotti à pictura corporis nuncupati ut quidam arbitrantur, vetus

Scoti unde appellati.

Quare corpora sylvestribus, veteres scriptores Britannorum fuisse aiunt, quum in pugnam ituri essent, corpora sibi tingere, ad terrorē ut credere par est. Inuidi

natura, ac cæterorum mortalium contemporæ.
 Ostentant plus nimis nobilitatē suam, ut in summa etiā egestate suum genus referat ad regiā stirpet. Gaudent mēdacio, nec pacem colunt ut cæteri Angli. Scribit Pius pontifex dies ibi brumales trium fermè horarum esse, cæterum & illud mirabile in ea gente obseruasse, Mendicantes circa diuorum templo lapides in eleemosynam à prætereuntibus cōgerere, quibus ad usum ignis vterentur. Caret lignis ea regio, lapis qui datur sulphurea est materia aut certe pinguis. Refert quoq; Aeneas inuestigatam à se ibi arborem esse sed non repartam, cuius caduca folia in subiectum amnem prolapsa in volucres verti dicentur, adiicit audiuisse postea à locorum peritis id miraculi in Orchadum una spectari. Hybernia Insula inter septentrionem & occidentem solem dimidio minor quam Britannia cui propinquata est, ab hyberno tempore, ut quidam putant, ap. pellata, adeo pabulosa est ut ibi pecuaria (nisi æsta te à pastibus arceantur) in periculum agat facies. Nullum noxiū animal in Hybernia.

Dies Brumales
trium horarum
in Scotia.

Insulae quædā
mirabilia.

De Hybernia
et gētis morib.
Insulae ubertas.
Nullum noxiū
animal in Hys
bernia.

Hyberniæ
barbari mores.

rum insignium ensium capulos exornat, cādīcāt enim ad eburneām claritatē. Viris p̄cipua gloria in armis est, Montiū incolæ carne lacte & posmis uictitant, magis venationi & ludis, quā agrestibus operibus dediti. Mare quod inter Hyberniā & Angliam interluit vndosum inquietum toto anno, non nisi æstiuis pauculis diebus est nauigabile, nauigant autem uitmineis alueis, quos

circundant ambitione tergorum bubalorum, quantocunq; tempore cursus tenebit, nauigantes escis abstinent: freti latitudinem in centum viginti millia passuum diffundi qui fidem ad

Syllura insula. verum ratiocinati sunt æstimarunt. Qui Syllurā insulam tenent homines etiam nunc vetustum morem custodiunt, Nundinas ac nummum refusant, dant res & accipiunt, mutationibus necessaria potius quam preciis parant, Deos percolunt, sc̄ientiam futurorū pariter viri & fœminæ ostē

Eubudes insulae. tant, Eubudum insularum quarum quinque sunt incolæ, fruges nesciunt pisibus tantum & lacte viuunt. Rex unus est uniuersis, nam quotquot

Omnia uniuersi. sunt, omnes angusta interluuie diuiduntur. Rex sorū apud Ebus nihil suum habet, omnia uniuersorum: ad cōquitatem certis legibus stringitur: ac ne auaritia à uero diuertatur, discit paupertate iusticiam, utpote, cui nihil sit rei familiaris, è publico alicur. Nulla illi datur fœmina propria, sed per uicissitudines in quācunq; cōmotus sit usuariā sumit, vnde ei

Thyle Insularū nec votū nec spes conceditur liberorum. Thyle insularum ultima, quæ circum Britaniā iacent, est, in qua æstiuo solsticio sole in Cancri sydus faciente transitum, nox fere nulla Brumali solsticio perinde nullus dies. Pemorum cōpia est: qui illic habitant principio ueris inter pes

Nox nulla.
Dies nullus.

tudēs pabulis viuunt, deinde lacte, in hyeme cō
 spergunt arborum fructus. Ut tuntur foemini suū Cōmūnū mā
 go, certum matrimonium nullis. Aliæ quoq; exī trīmonia.
 fūnt insulæ in Mediterraneo occidentē versus,
 quæ à Græcis Gymnesiæ ab incolarum nuditate Gymnesiæ ius
 qui estatis tempore absq; vestibus incedunt : ab fulæ.
 accolis vero ac Romanis Baleares, à fundæ iactu Baleares insulæ
 quod rectius quam reliqui lapides iacant, ap Iberia Hisgas
 pellari. Harum media reliquis maior est, demptis nia.
 septem, Sicilia, Sardinia, Creta, Euboea, Cypro,
 Cyrno, Lesbo. Ab est ab Iberia, quæ Hispania
 est, diei vnius nauigatione. Minor ad orientem
 spectat, nutriendis plurima omnīs generis armen-
 ta, sed mulos præcipue, qui & magni sunt & so-
 nora voce. Vtraq; insula fertilis ac fructifera
 est, referta habitatoribus, ut qui triginta homi-
 num milia excedant. Ad uini potum, quod raro
 apud eos est, sunt promptiores. Oleo omnino ca-
 rent: ideo ex Lentisco & Porci adipe mixtis uni-
 gunt corpora. Mulieres adeo præceteris appetit
 ut mulierem à prædonibus captam tribus aue
 quatuor redimant viris. Habitant in saxis conca-
 uis, iuxtaq; præcipites petras. Effossis cuniculis Durus habitat
 ad corporum tegumenta vtuntur, & vitæ securi di ritus.
 ratem. Aureo nummō aut argenteo non vtuntur
 quæ afferri ad insulā prohibent: existimat enim Pecunia nullus
 eo pacto, cum auro atq; argento careant se faci-
 le omnes uitæ insidias euasuros. Hanc ob ré cam
 olim cū Carthaginensibus militassent, ex stipen-
 dio impenso mulieres ac vinum emptū secū tule-
 re. Mirandū vero q; in nuptiis de more seruant: Nuptiam cōtul
 in epulis enim quæ cum domesticis amicisq; in ux per ordine
 nuptiis fūnt, primus secū dusq; & deinceps se cognoscunt.
 cūdū etatē reliqui nuptā cognoscunt: vltimus

sponso locus ad vxore datur: priuatum quid etia
& à cæterorum moribus alienum in defunctionū
sepulchris obseruant. Lignis enim membra cor
poris incisa in uas conticiunt supraq; faxa accu
mulant. Arma eis sunt fundæ tres, vna caput cin
gunt, altera uentrem, tertia in manibus gestatur.
In prælio lapides multo maiores quam reliqui
ita robuste iactant, vt ab aliquo tormento lapis
missus uideatur. In urbium expugnatione lapi
dum iactu eos quidem qui supra ex propugnacu
lis moenia tuentur uulnerant. In pugna vero scu
ta, galeas, omneq; armorum genus confringunt.
ita autē recte lapides propellunt, ut raro effugiat
ictum appetitus locus, quod eis continuus à pueri
tia usus præbet, à marribus ad id certamen coa
ctis. Imponunt enim supra erectum lignum panē
signum quod iactu petant, neq; ante cibū capiant
quam panem lapide electum pro cibo sumunt p
missu matris. Nunc de insula in oceano versus
meridiem reperta, & quæ in ea præter fidem nar
rantur, deq; inuentionis causa paucis sunt expli
canda. Iambolus à pueritia eruditus post patris,
qui mercator fuit, obitum, & ipse mercaturæ ope
ram dedit, per Arabiā transiens ad aromata emē
da, cum sociis itineris à latronibus captus primo
cum uno ex conservis, pastor deputatus est, dein
de vna cum eo à quibusdam Aethiopibus com
prehēsus, ultraq; maritimam Aethiopiā ductus.
Hi cum essent externi in expiationem eius regio
nis capti sunt. Mos erat his qui ea loca incolebāt
Aethiopibus à prisca temporibus ex deorū respon
so traditus, perq; progenie, uiginti annos vero sex
cētos (progenies enim triginta perficitur annis) ob
seruatus duobus hominib, expiationē facere. Ha

Sepulchra

Arma insulano
rum.Fundatum usus
lactus, pueritia.De in insula à
Iambolii repe
rta.Iamboli fortu
na.

bebāt p̄paratū nauigiolū ad ferendas maris tē
pestates aptū, & q̄ duo uiri facile regere possent
In id sex mēsium uictu, quod satis esset, ambobus
imposito, uiros inducētes mandabant, ut secundū
oraculi responsa nauiculam versus meridiē diri-
gerent, venturos eos ad insulam esse felicē & hu-
manos homines, qui beate uiuerent. Eodē modo
& eorum patriam, si ipsi in insulam salui peruenis-
sent, sexcentis annis in pace felicitateq; futuram.
Sin vero longitudine maris territi cursu, m̄ retro
verteret, tanq; impios ac scelestos omni eorū gen-
ti magnarū calamitatum causam præbituros. Ae-
thiopes vero aiunt dies agere iuxta mare festos,
sacraq; facere optantes, quo solita fieri expiatio, p̄
sperum nauigantium cusum. Hi post quatuor mē-
sium nauigationem multis acti tempestatibus, ad
insulam deferuntur figura rotundam stadiorum
ambitu quinq; millium: insulæ appropinquanti-
bus, accolæ quidam obuii scaphā deducunt, alii
accurrentes mirantur alienigenarum aduentum,
eos humaniter benigneq; suscipiunt, quæ apud
se erant illis communicantes. Sunt eius insulæ
homines corpore ac moribus haud nostris simi-
les, eadem rāmen corporis forma, sed quæ ma-
gnitudine quatuor cubitos excedat, horum ossa
veluti nerui quo velis reflectuntur reflectunturq;.
Corpora sunt plusquam nos, agili ac robusto. Nā
si quid manibus ceperint, nemo eripere ex digi-
tis potest: pilis corpora adeo perpolita, vt ne
patua quidem lanudo appareat. Pulchri sunt
decori, & corpore composito. Aurum foramina
multo nostris patentiora, quemadmodum & lin-
gua à nobis differunt. Habet enim ecrum lin-
gua priuatum quod, tum à natura, tum ab inge-

A ethiopum
maritimorum
expiatio.

Insulæ descrip-
tio.

Hominum m̄
rabilium desi-
ptio.

Lingua duplex nō datum, diuisam enim lingua natura dedit, à
natura homi qua scinditur in inferiori parte, vt ab radice du-
nibus.

plex esse videatur. Ita varia vtuntur loquela, vt
non solum voce hominum loquantur, sed auiū
diuersarum imitantur catus. Et quod admirabilius videtur vna cum duobus hominibus per
feste simul respondendo, tum disputando loquuntur: vna enim linguæ parte vni loquitur, reliqua
alteri. Purum ibi esse integro anno aerem con-
stat, quemadmodum Poeta scribit, Pyrum supra
pyrum, malum supra malum, vuam supra vitem
senescere: esse insuper tradunt continuo diem
parem nocti. Circa meridiem nullam fieri rei ali-
cuius umbram cum supra verticem sol existat,
vivunt autem secundum cognationes ac coetus
qui tamen quadringentos non excedant. Ha-
bitant in pratis ferente absque cultura sponte sua
uberes fructus terra. Nam insulæ virtus aerisq;
temperies terram sua sponte frugiferam, ultra
quam satis est reddit. Nascuntur apud eos arun-
dines plurimè ferentes ubere fructum albo etuo
persimilem: hos collectos spargunt aqua calida
quoad auctus quis colubè magnitudinē æquat,
ex his postmodum contritis panem conficiunt

Terra absq; cul-
tura frugifera.

Fôtes salubres.

Doctrinarum
cura.

Literæ.

dulcedine præstantem. Sunt etiam in ea aquarū
fontes permagni, ex quibus partim aquæ calidæ
ad usum balneorum, ad curadosq; morbos ma-
nent. partim summa dulcedine frigide, quæ ad
valetudinē conferunt. Est quoq; omnium doctri-
narum maximeq; astrologiæ apud eos cura. Utu-
tur literis quas habent viginti & octo secundū
virtutem significandi, characteres vero septem,
quarum quælibet quatuor interpretat modis.
Longissimæ sunt ætatis, ut qui annis centū quin-

quaginta vitam agant, & absque aliquo (vt plu^r Aeger mori le
rimū) morbe. Si quis febicitat, aut corpore eger ge compellitur.
fuerit, mori statuta lege compellunt. Non scri-
bunt per latus, vt nos, sed a superiori parte re-
cta linea ad infericrem. Mos est eis ad terram
vsc; etatem vivere qua perfecta, variam sibi mor-
tem sponte constituant. Gemina est apud eos her-
ba, sopra quam si quis facet in suauem deductus
semnum moritur. Mulieres minime nubunt, sed
omnibus sunt cōmunes. Simili modo & filii edu-
cantur communis; amore sunt omnibus. Abdu-
cunt saepius à nutrientibus infantes ne matres
filium recognoscant. Quo fit, vt cum nulla sit
apud eos ambitio, aut p̄cipua affectio, cōcordes
absque seditione vivant. Esse insuper ea in insula
animalia magnitudine quidem parua, sed natu-
ra & sanguinis virtute admirabilia, corpore sunt
rotundo ac testudinib, simili, duabus lineis inui-
tem per medium transuersis, in quarum cuiuslibet
extremo sit auris ex oculus, ut quatuor oculis
videant, totidemq; audiant auribus. Vnicis
ventre atq; intestinis, in quic comesta confluunt.
Pedes circum habent plures, quibus in uranq;
parrem ambulant. Huius belus sanguis mirabili
asseritur virtute. Omne enim corpus concisum
dum spirat hoc tinctū sanguine coheret. Quisq;
coetus nutrit magnas diversæ naturæ aues, qui-
bus experiuntur quales filii sint futuri. Imposi-
tis enim supra aues infantibus si volates p̄ aera
immoti non expauecant, educant. Si vero timo-
re ignaviaq; deficiunt, proiciuntur, vt neq; diu-
nius victuri & animi exercitio inutiles. Cuiusli-
bet coetus senior aliis tanquam rex cui parent
omnes, imperat. Annis centū quinquaginta actis

Herbæ morte
inducentes.Matrimonia
cōmunita-Animalia ad
mirabilia.Sanguis medi-
cina utilissimo

Aliæ insulae se, ptem.

seipsum uita ex lege priuat. post eum senior accipit principatum. Mare quo insula circundatur fluctuosum, & quod motus ingentes facit, dulcis est aquæ gustus. Arctus & plæræq; stellæ que non bis apparent minime ab illis conspiciuntur. Sunt & aliæ septem insulae parim magnitudine paribusq; ferè interuallis distantes, quæ eiusdem gentis legisq; existunt. Omnes eas incolentes, quamuis terra sua sponte abunde uictum ferat, his tamen modeste utuntur. Simplices enim cibos appetunt nutrimentum quod satis est quaerentes. Carnibus tum assis tum elixis uescuntur. Coquorum artem uariisq; saporibus condita ut inutilia rei ciunt. Deos & eum, qui omnia continet, solempniter reliqua coelestia colunt. Pisces auesq; variis generis capiunt. Nascuntur ibi sua sponte arbores fructifere, Oleæ & vites, ex quibus olei & vini copiam educunt. Serpentes magnosed innocuos insula producit, quorum carnes minæ dulcedinis edunt. Vesteres parant ex lanugine molliac splendida ex medio arundinum sumpta, quamam ritimis tintæ ostreis vestimenta purpurea conficiuntur. Varia existunt animatia, ut quia propter opinionem haud facile credita. Certum viuendi ordinem seruant, unico cibo dietim contenti. Nam certo die pisces, alio aues, quædoq; terrestria animalia edunt, oleo aliquando simpliciæ mensa utuntur. Diversis sunt exercitiis de diti, quidam inuicem ministrant, alii piscantur, alii exercent artes, nonnulli circa alias res usui commodas occupantur, quidam exceptis senibus partis inuicem operis seruitio vacant. In sacris ac diebus festis hymnos in deorum, & maxime Solis, laudes canunt, cui se & insulas dicunt. Mortuos in

*Victus insulae
norum.
Religio.*

*Serpentes inno-
cui et esti apti.*

*Exercitia et
studia.*

Sepulchra

littore sepeliunt, cadauer cū mare fuit arena ob
ruentes, vt aquæ fluxu inundationeque; exaggeret
locus. Calamos ex quibus fructū decerpūt auge-
ri aiunt minuique; ad lunæ modum. Fontium aqua
dulcis ac sana caliditatē seruat, nisi frigida aqua
aut vinum immisceatur. Iambolus & q cum eo ac
cesserat cum septē annis in insula maliſſet, tandem
inviti electi sunt, tanquam mali, malisque; moribus
assueti. Igitur præparata rursus scapha, cibisque; im-
positis abſcendere coactimēſibus quatuor ad Re-
gem Indiæ peruenere, à quo postea faluo condu-
ctu per Persidem in Græciam dimiſſi sunt.

De Taprobana insula & gentis eius mo-
ribus, Cap. XXVII.

Taprobanen insulam antequam cemeritas
humana exquisito penitus mari fidem pā-
deret, diu orbem alterum putauerunt, &
quidem eum quem habitare Antipodes crederē-
tur, verum Alexandri magni uirtus ignorantia
publici erroris non tulit ulterius permanere, sed
in hęc usq; secreta propagauit nominis sui glo-
riam. Missus igitur Onesicritus præfectus classis
Macedoniae, terram istam quanta esset, quid gi-
gneret, quomodo haberetur exploratam notitiae
nostrae dedit, patet in longitudine stadiorum se-
ptem milia, in latitudine quinq; milia, scinditur
amne interfluo. Nam pars eius bestiis & elephan-
tis repleta est maioribus multo, quam quos India
partem homines tenent. Margaritis scatet, & gē-
mis omnibus, sita est inter ortum & occasum, ab
eo mari incipit quod prætum Indiæ est. A Praſia
Indorum gente diez vigintiquinq; primo in ea
fuit cursus, sed cū Papyraceis & Nili nauibus illo

Aqua mirabilis
in natura.

Alexandri ma-
gni uirtus.
Inſalz ab One-
scrito reporta
Taprobane
ambitus.

pergeretur, mox cursu nauium nostrarum sepre*z*

Mare vado*s*, dierum iter factus est. Mare vadōsum interiacet sum. altitudinis non amplius senum passuum. Certis autē canalibus adeo altum, adeoq; depresso*z*; ut nul^l & unquam anchorae ad profundi illius ima potuerint peruenire. Nulla in nauigando sy*derum* obseruatio, ut potè ubi Septentriones nequaquam aspiciuntur. Vergiliæ nunq; apparent, Lunam ab octaua in sextidecimā rantum supra

Canopos syd⁹. terram uident. Lucet ibi Canopos sydus clarum & amplissimum. Solē orientem à dextra habent, occidentē à sinistra habent. Sub Claudi adhuc principatu æ signatū ignorabant. Pecunia maxime stupuisse traduntur, quod signata disparibus foret vultibus, parē tū haberet modū pondēris. Excedunt hoies corporum magnitudine

alijs oēs. Crines fuscō imbuunt. Cæruleis oculis, atroci visu, terriflico sono vocis, quibus immatura mors est. In annos centum æuum trahunt. Aliis omnib. annosa ætas. & penè vltra humanā extenta fragilitatem. Nulli aut per diem aut ante diem somnus. Noctis partem quieti destinant, his ortum vigilia anteuerunt. Aedificia modice ab humo tollunt. Annona semper eodem tenore est, vites nesciunt, Pomis abundant. Colunt Herculem. In regis electione non nobilitas prævallet, sed suffragium vniuersog: populus enim eligit spectatum moribus & inueteratæ clementiæ, & iam annis grauem. Sed hoc in eo quæritur cui liberi nulli sint. Nam qui pater fuerit, etiā si vita

**Rex suffragio
creatur.** spectatus est, non admittitur ad regendum, at si forte dum regnat pignus sustulit, exiuit potesta*r*e. Idq; eo maxime custoditur ne regnū hæreditariū hat, d. inde etiā si rex, maximam præferat

**Rex liberis cas
tore debet,**

æquitarem, nolunt ei totum licere. Quadraginta iudiciorū puls
rectores accipit, ne in causis capitum solus iudi- chia institutio.
cer, & sic quoq; si displicuerit iudicatum ad po
pulū prouocatur. A quo datis iudicibus septua
ginta fertur sententia cui necessario adquiesci
tur. Cultu rex dissimili à cæteris vestitur. Quod Rex peccans
si etiam ipse in aliquo peccato argutus sit, ac con morte mulctetur,
victus morte mulctatur. Non tamen ut cuiusq; at
tre stetutur manu, sed consensu publicorum om
nium inter dicta ei facultate etiā colloqui potes
tas punito denegatur. Culturæ studēt vniuersi,
venatibus indulget, nec plebeias agunt prædas,
cuī Tygrides & Elephati rātum requirātur. Ma
ria quoq; punctionibus inquierant, marinasq; re
studines capere gaudent, quarum tāta est magni
tudo ut superficies earum domum faciat & nume
rosam familiā non arcte receptet. Maior pars In
sulae huius calore ambusta est, & in vastas deficit
solitudines, latus eius mare alluit per uiridi colo
re, fructicōsum adeo, ut iubæ arborum plerūq;
gubernaculis atterantur. Mirantur aurum, & ad
gratiam poculorum omnium genitumarum adhi
bēt apparatus. Secant marmora testudinea va
rietate, Margaritas legunt plurimas maximasq;.
Et hæ sunt gentes, hæ nationes, quarum mores
ritus & instituta ab historiographis ipsis passim
celebrata sunt, & potissimum quæ potuerunt ali
qua sui excellētia & dignitare, ad cognitionem
nostram peruenire. Per multas adhuc esse fateor,
quæ à me aut prætergressæ sunt, aut parcus atre Exculatio Au
titatæ, cū de illis scribere non plura potui quām toris.
inueni, ut qui apud eas nō fui, nec cognoui, neq;
qui oīum conscius esset (præter immortalem de
um) dicere satis posse existimau. Ipse enī solus

Conclusiō libri.

Deus solus omnia est, qui nouit omnia, & solus qui potest, ipse est, q
nouit, et potest. prima ipsius orbis fundamenta in orbem coiecit
& immensi maris aditum & semitam mortalibus
parefecit, quicq; vitæ huius commoditates omnes.
A deoq; sors diuitias, dignitates, honores præstit: q ue syde,
sua concessa. ea discernens unicuiq; quam uoluit, sortem tradi
dit, quibusdam enim ut terram coleret, atq; inde
sibi diuitias & opes compararent, aliis autem ut
pelago acti, aut plicarentur sibi victimum, aur
cerimonia commutarent, Aliis ut scientiæ & phi
losophiæ studiisse dederent, atq; inde honores
aucuparentur & laudes. Multis etiā ut ceteris p
erfessent, iuberent & imperarent. Ideo nō mirandū,
si homines uariam inter se, non solū fortunā, sed
etiam naturam, mores, & uiuendi ritus sint conse
cuti, quum videmus regiones & loca eam quicq;
uarietatem adepta, postquam vna quidē lacteos
homines pareat, alia subalbidos, alia fuscos, alia
prorsus adustos, aut similes multis floribus, qua
les Assyria generat. Sic enim statuit deus, ut ho
mines uarii quoq; ingenii, & multiiformis animi
ac industriæ, quemadmodum & cætera, na
scerentur, atque ut unusquisque sua
contentaretur sorte,

F I N I S.

DE REGIONIBVS

SEPTENTRIONALIBVS,
earumq; gentium ritibus, veterum
scriptorū sāculo fere incognitis.

DE SCHONDIA

Chondiā, tabulæ aliquæ Germaniæ particulares Schōdenmarchiā, siue Schōdaniā, i. amoenā Daniā, vocarūt. Plinius aliquo loco Scandiā, alio rursus Scandinaniā (si fides ramen exemplarib; est) nominauit, sed mā sic illi Schondiæ, nomen, quod amoenitatē (sive ut verbum redam) pulchritudinem significat, quoniā cœli beneficio, telluris obsequio, portuū & emporiorum cōmoditate, maritimis opibus, lacuū & flumi num pescatiōe, venatione nobilium ferarū, aurī, argenti, æris & plumbi inexhaustis venis, coloni industria agro exercendo, oppidorum frequētia ciuilibus institutis, nullæ cedit bearæ regioni.

Schondiā veteres Latini & Græci fere incognitā habuerunt: argumento est, q; istic terrarū zonam frigidā perpetuis damnatā niuib; omnisq; animantis impatientem dixerunt magno cōfensu. Pauci modo eius mentionē tanquā habitarę fecerunt, inter quos Plinius. Quarū clarissima (inquit libro quarto) Scandinania est, in cōperte magnitudinis, portione tantum eius q; sit notum, Hellenionum gēre quingentos incolente Pagos, quæ alterum orbem terrarum eā appellat;

V.

pec est minor opinione Enigia. Hæc Plinius.
Alii Plinio etiam antiquiores fortunatas terras,
& hoies macrobius, atq; omnium iustissimos mor-
talium subi hoc terrarum tractu posuerunt.

Itaq; non aliis terris veniunt pelles nobilium
ferarum præstatores Sabellæ, qbus in erbe no-
stro p̄tium prope immane, & æstimatio secundū
aurum & gemmas in regio instrumento est, inde
exportantur. Et quod miremur, non alio q̄ hys-
me tempore electione venantur, quoniā tunc pi-
lus densior est, & cutis fidelius hæret.

Circunscribitur autem Schondia ab occiden-
te oceano Hyperborico à Septentrione, terra inco-
gnita, ab oriente parte Russiæ albæ, & mari Bal-
thio, à meridie Gothano sinu, & parte Daciæ.

Complectitur vero imperia regia tria, Norue-
giam, Sueciam & Gothiam, Dinasias vero quæ
regibus parent, xxxvii.

DE GRONLANDIA.

GRONLADIA interpretatur vires terra, sic di-
cta ob insignē prouetum patuli. Cuius &
pecoris q̄ta sit copia hinc l. cet spectare, q̄
ub rēpore q̄ ad eos nauigatur cōponūt p̄merca-
les ingentes strues buryri & casei, vñ de etiam cō-
iectamus terram non esse asperam montibus.

Episcopales Ecclesiæ duas habet, sub ordina-
tione Nidrosieii. Vni datus est his p̄ximis annis
Præsul, suffraganei tñ titulo, qm dum Metropo-
lis negligētiū sint edit illic directioni religionis,
ppter locogr. distatias & difficiles nauigationes.
Populus ferè est relapsus ad gētilitatē, alioq; in-
genio mobilis, & magicis artibus impēle dedit?
Feruntur magicis carminibus ciere rēpestares
maris, & inuoluere periculis peregrinas naves

quas sunt prædaturi. Ipsi enim sorteis & subtilibus naniis vtuntur, tutis à quassatione maris, & scopulorum. Ad hunc modum laborantes, alias adoruntur.

Gronlandiæ descriptio sic habet: Latus eius orientale Noruegiam respicit, ad Occidentem & Septentrionem terminatur incognitio sine terra, & mari.

D E I S L A N D I A

Islandia id est, glacialis terra, hæc est Tyle, nulli veterum non celebrata.

Tylenses contentissimi dicuntur à Saxone Grammatico.

Religione sunt Christiani. Propriam scripturam habent, ut tota Scandia.

Res memorabiles maiorum & sui temporis conscribunt & celebrant cantibus & ritibus: de nique scopolis & promontoriis insculpunt, ut nulla nisi cum naturæ iniuria intercidant apud posteritatem.

Situs insulæ extenditur inter Austrum & Boream: ducentorum prope schoenorum longitudine,

Ipsa multa sui parte est montosa & inculta, Qua autem parte est plana præstat plurimum pastulo, tam lato ut pecus depellatur à pascuis, ne ab aruina suffocetur.

Præterea, insula est prædicanda insolitis mirabilis: Rupes sive promontorium est quod estuat perpetuis ignibus instar Ætnæ. Is locus est carcere sordidarum animarum. Glacies etiam certa appellatur litteri magnis molibus, cuius si crux ad seruetur quanvis magna diligentia, tamen disparsat atque reliqua eius generis glacies recedit à promontorio in altum.

Comperiuntur illic spiritus se exhibentes magnos humanis ministeriis. Submersorum siue alio violento casu eieorum spectra sese offerunt congressibus noctum hominum, tam manifesta ut tanquam viuentes accipiuntur ab ignaris mortis illorum data dextera, nec deprehenditurer, priusquam spectrum dispareat.

Incolae plurimum praesagiunt fata principia.

Civitates in ea mediterranea sunt: Holen Episcopalis, & Scalholten etiam Episcopalis.

DE LAPONIA.

LAPONIA dicta est a populo quo habitur. Vocant vero Germani Lapones, eos qui parum idonea rei praesenti dicunt & faciunt, quos Romana lingua dicer (puto) ineptos, insulso, bardos.

Sunt vero Lapones statura modicæ & corpore vsque adeo agili, ut accincti pharetra & arcu, transmitratisse per circulum diametri cubitalis.

Pedestri pugnant arcu armati ut ferè Tartari.

Artem iaculandi docentur a pueris, vtq; antiquitus apud Baleares, sic apud Lapones ætate nostra puer non datur cibus priusquam attigerit sagitta propositum signum.

Veste vntuntur stricta, & toti aptata corpori, ne quid impedimenti faciat operi.

Hyeme vntuntur veste pellibus integris Phocorum siue vrsorum artificiose laboratis, eas modo astrinxunt supra caput, soliq; oculi parent, corpore reliquo toti contenti sunt, quasiq; in culeu insuti, nisi quod haec expressa per membra oia ad comoditatem non ad paenam laborata sit. Hinc puto temere creditum esse, q; sint corpore hirsuto instar brutorum, parsita referentes ob ignorantiam;

pars ob volupratem, quam inde pleriq; capiunt, ut supra fidem rerum dicant omnia cōperta fibi, apud tremotas terras. Sic vero arte & industria muniti Lapones perferunt foris hyemes & Aquilones, & omnem iniuriam à cœlo.

Domos non habent, sed tabernacula quasi casitensia, mansionesq; s̄æpe transferunt.

Amaxobii sunt, venationibus plurimū studēt, ferag; quoq; tanta copia est, ut passim cedantur.

Nefas est mulierem exire tabernaculū, ianua qua vir eo die est ad venationē profectus. Etiam religio est ne manu cōtingat feram captā, sed vir porrigit mulieri veru præfixum quantum illi carnis impercit. Agrum non colunt.

Terra serpente non fert, sed culices illic sunt grandes & infesti.

Pisces capiunt plurima copia, hocq; prouentū viuunt Ichthiophagorum Aethiopum more, atq; ut hi feroce nimio, sic illi frigore exponunt pisces & edomant in farinam. Tantum deniq; super est capturæ, ut eius plurimum condant in Cetariis, & exportent in vicinas terras Northbothniām & Russiam albām.

Nauigiis utuntur nullis clavis, sed neruis & vi minibus compaginatis. His per rapidissimos fluuios inter montes Laponiæ deferuntur, æstate nudi ut in periculo enatare valeant, & colligere ex naufragio merces.

Pars artificia exercēt, pingunt acu ad delicias, & faciunt vestes intextas auro & argento.

Qui ad vsluz qppiā artis reperint, & q receptū ab aliis excoluerint, honorātur publicè, v3, ueste donātur cui sit intextū argumētū excultæ artis, atq; hoc insigne in familia manet ad posteritatem.

Naves dolia, & omne instrumentum domesticum probe fabricant, & exportant in viciniā.

Commerce permutatione & pecunia agunt, muto consensum tantum, & nullo sermone communicato, atq; istud non propter ingenii inopia, & mores brutos, sed quod linguam habeant peculiarem, & ignotam viciniis.

Gēs validissima est, & diu libera fuit, & arma sustinuit Norduegiæ, suecieq;, donec cōcessit tādē sub imperiū, & tributū pēdit p̄tolas ferarū pelles.

Fr̄esidem eligunt propriis arbitriis, quem Re gem vocant, verum Rex Sueciæ ius administrationis donat. Is veste rubra induitur, hoc est ipsi insigne regium.

Deniq; populares venlunt in Sueciam pro cognitionibus dubiarum caussarum.

In itinere helspitium aut omnino rectum non subeunt, sed agunt noctes sub diuo.

Equos non habent, sed eorum loco ferā domant quam ipsi Reen dicunt. Hæc est fera iustæ magnitudinis multæ, pilo p̄p̄e asini hisluto, vngulas habet bisidas, & cornua ramosa instar cerui, sed humiliora & ramis rarioribus. Equitem dorso non fert, sed antilena imposita iūgitur vehiculo. Assequitur vigintiquatuor horarū spatio centū quinquaginta milia passuum, siue schoenos trigita, & ipsum spatium dicitur lingua patria ter mutare horizonem, hoc est, ter cōtingere signum quod eminus postremū prospexerint: quod certe indicū est magnæ cū perniciatis, num magnaꝝ viriū feræ, q; in tantū spatiū cursu sufficit, etiā ubi inter tim pabuletur. Hac historiā putarim veteres q; agnouisse, sed obscura & dubia quasi fama excep̄ta, siquidē aiūt Scythes quoldā equitare ceruos,

Religionem Christianā neq; sequuntur, neq;
etiam refugiunt, tanq; Iudaico odio in eam offend
si, sed subinde admittunt in gratiā regum qbus
parent. Etiam quo minus plures sint Christiani,
culpa nonnulla est Præsulum, qui aut hanc curā
instituēdæ gentis abiecerunt, aut fidē Christi il
lic adolescentē euilescere rursus fecerunt, dum
sub eius fidei prætextu sua etiam vestigalia sub
inferre genti voluerunt, intollerabili exēplo nō.
his locis magis q̄ orbi omni Christiano, ut quod
acerbissimas trahere defectiones solet,

Is status est religionis apud Lapones, tñ suopte
& à maioribus recepto instituto sunt p̄idololatræ.
Et qđ mane aiantis occurrit procedenti, ex eo ca
pit omen eventus diei, & idem in diem colit.

Statuas etiam lapideas erectas in mōtibus pro
Diis habent.

Fœderant cōniugia, ea auspicantur in igne &
& silice, mysterio coniugali tam apto, (vt putat).
vt eo nihil sit aptius. Ut enim silex latenter in
se ignem habet qui cōcussionē emicat, sic in vitro
que sexu est recondita vita quæ tandem profertur
mutua copula in prolem viuentem.

Præterea incantatores sunt perefficaces. Ma
gicos nodos tres necunt, pendentes à loro: vbi
vnum soluerint crient vētos tolerabiles: vbi alrei
rum, vehementiores: vbi tertium, mouēt apertā tē
pestatē, quēadmodum & veteres fulmina elicies
bant. Ea arte isti vtuntur in nauigantes ex arbi
trio, ita vt hi s fauere vel minus visum fuerit, ita
sunt & mouent flumina & maria.

Faciunt quoq; è plumbo iacuta magica, brevia
ad modum digiti, ea emitunt per quāuis dissita
locā in eos de quibus vindictam expetunt.

Mioboto carcinomate à crure vel brachio intra eriduum vehementia doloris examinantur.

Sol occidit illis locis, & dicit noctem viam, continuam, perpetuam, per tres fere menses brumam: per quos quidem tres menses non habent lucem, nisi qualem crepuscula, clarissima quidem: sed in paucissima horas, qualesq; lunares splendores faciunt. Itaque diē quo sol ad hemisphaerium redit, festum habet, & ducunt lætitia solēni festiuitate.

DE NORTEVIA.

Nortuegia, id est, septentrionalis Via. Fuit regnum hoc aliquādiū admodū flores, & imperium tenuit per Daniam & Frisiā & late per Insulas, donec domesticum imperium p̄ h̄cēdītāriam successionē administratum fuit. Postea sub interregno, cōsensu procerum institutum est, vt reges per electionem susciperentur, arbitrati eos h̄cē æquius administraturos regnum, quo minus forent confirmati per nouitatem. Sed euenit dū quisque ut opibus, ambitione & fauoribus affinitatis præsticet, ita in spem maiorem venit regni aſſequendi, ut factionibus distraherentur, ſeſeq; etiam inferrent ad occasionem capiēdi regni extēni, qui adiuuarent & destituerent partes cōcertates, ut viſum ſibi ē re fuit. Itaq; est hoc tempore sub potestate Danorum. Hi nō legitimos modo redditus & tolerabilia vēctigalia imperant, ſed omnia commoda transferunt in Daniam.

Hæc fortuna est Nortuegiæ, neque ipſa ædificia urbiū ſuam amplitudinem & dignitatē veterem tueri poſſunt, nec ſpes eſt ſtatus reparandi Publici enim cōueniuntur in rem non admittuntur, nemo ex arbitrio ſuo referrere audet, aut opere tērare, incertus de opinione cōſensu. Ad hāc diffi-

multatē accedit qualitas locorum, habet enim Dānia in potestate nauigariōes omnes Nortuegia-
nas, neque hæc exercere mare potest, neq; expor-
tare merces, hoc rege hoste. Præterea à cœlo, à
stellure, à mari nequaquam humilis aut parum
felix existimata.

Hæc mittit in reliquam Europam pīscem ex
genere Asellorum, frigore induratum & exten-
sum in fūstē, vnde & eum Germani dicunt stoc
visch. Captura eius laudatissima est Januario,
quando superest frigus ut induretur, & qui cle-
mentioribus mensibus fuerunt capti marcescunt
neq; sunt idonei ut exportentur.

Occidentale eius littus totum, infestū est: ver-
no rēpore balænis vastæ magnitudinis, adeo ꝑ
ad centū perueniunt cubitos. Hæc tunc gregatim
cōueniunt ad plificandum. Natus vel q̄ in eam
corpora vel in vorlices aquarum quos hæ faciūt
instar Charybdis agitatione sua delatæ fuerūt, pi-
cligantur. Remedium est autē nauigātibus casto-
reum dilutū aqua, & in mare effusum. Hoc tanq;
aconito petitus grex balænarū, totus repēte dissi-
patur & in profundum fertur. Regiunt horren-
dum. Spiracula duo habēt in summa frōte patē-
tia ad cubiti proceritatē, hæc recta sunt folliculo
respirantes efflant vndas in modum densi nimbi.
Spina dorsi reperitur continens amplectu, vlnas
tres, in ternodia singula vna. Lōgæ minus cuibi
tis sexaginta cōdiunt in acerariis. Maiores inuti-
les cibo sunt ppter nō domabilem asperitatem.

Est super australi ripa omnium, ecclesiariū per
Nortuegiam, Islandiam, Groslandiā, & insulas
adiacentes metropolis Nidrosia. Euit nobilis in
primis ciuitas sub florente Nortuegre imperio.

continens in ambitu parochias (quasi dicas re-
giones vrbis) vigintiquatuor, nunc in vici for-
mam redacta est. Vocatur lingua Germanica
Trutheym, quasi Druydom domicilium. Extat
hodie ecclesia cathedralis argumentum veteris
foelicitatis, cui magnitudine & laborati lapidis
artificio par opus non est sub orbe Christiano.
Crepidio circum altare corrupta fuit incendio,
eare reparabatur eo tempore quo ista scriberemus.
Id fuit circiter annum, M. D. xxx. In qua quidez
crepidinem reparandā impensae imputantur ad
septem milia aureorum. Atq; à tantilla parte æsti-
matio præstantiæ fiat templi totius.

Tractus totus littoralis Nortuegiæ est mitis,
mare non conglaciatur, niues non diu durat.

Habet etiā terra hæc pestem peculiarē, quam
Leem vel Lemmer vocant patro sermone. Hæc
est bestiola quadrupes, magnitudine soricis, pelle
varia. Hæc per tempestates & repentinis imbres
decidunt. In cōpertum adhuc vnde, an ex remo-
tioribus insulis & huc vento delatae, au ex nubi-
bus feculentis temerē natæ deferantur. Id vero
cōpertum est, quod statim atq; deciderunt repe-
tiuntur in visceribus herbæ crudæ nondum con-
coctæ. Hæc morte locustæ depascuntur oīa viré-
tia, & quæ mortu tantum attigerint, emoriuntur
virulentia. Viuit hæc pestis donec non gustauer-
it herbam renatæ. Conueniunt quoq; gregatim
quasi hirundines auolaturæ, sed statim tempore aut
moriuntur aceruatim cum lue terræ, ex quarum
corruptione aer fit pestilens, & afficit Nortuegos
vertigine, & iderisi, vel ab aliis bestiis dictis Lé-
frat consumuntur, vnde pinguescunt & reddit
pelles aliquanto laxiores humana mensura.

Est in ea lacus Mos, in cuius medio insula Hof
fuen. In eo lacu apparer ostetum, Serpens miræ
magnitudinis, qui (vt Comeræ orbi reliquo) sic is
portendit Nortuegiæ mutationem rerum. Visus est
recentissime anno salutis M. D. xxii. alte eminens
sup aquas, cōuolutus in spirâ, existimatus est con-
iectura collecta procul visu cubitorum quinqua-
ginta, & fuit sequita electio regis Christierni.

Sunt in eadem præter cæteras, insulæ tres: Lo-
forth, Laganas & Vastral. Inter has mare appella-
tur Muscostrom, id est, æfrus: hic mare sorbetur i-
tra cauernas accedente fluxu, & reflatur refluxu,
quanto maximo impletu defertuntur torrentes...
Nauigat hoc mare donec iferius est faucibus co-
pulog, & q̄ iniquo tempore interciderint, ferunt
precipites in voragine. Naufragiorum reliquæ pra-
fato redduntur, & si q̄do redduntur, reperiunt ro-
bora arrita collisione scopulog, ut lanugine qua
st obducta videat. Hæc est potestianaturæ, fabulo-
sas Symphlegadas & formidaria Malæa, & Siculæ
Charybdim, & omnia miracula superas. q̄ natura
efficeret reliquo mar: cōpertum mortalsbus est.

Insulæ circum Norduegiam lætissimi pabuli
sunt, & non prius niente Nouembri reducunt pe-
tus in frabula, in plerisque etiam hybernant.

Sunt in ea casira, oppida & ciuitates præcipue
Vvardhus, id est, speculatoria domus, casirū va-
lidissimum, & psidium impositum Laponibus:
Matteur oppidum, Böbgang oppidū, Scyrtugz-
berg oppidum, Reon castrum, Nidrosia ciuitas
metropolis: de qua superius: Bergis ciuitas epi-
scopalis, Monasteriū beatæ Brigitæ, Staffager ci-
uitas episcopalis, Conspergh castrum & empori-
um, Akershus castrum, Alfoia episcopalis, Varne

monasterium, Salzburgum emporium, Congel/le emporium, Bohus castrum munitissimum, sup Boreale lotus ostiorum Trolheræ fluuii'. Is fluuius tanto fragore decurrit, ut per schœnos tres audiatur. Castrum regium, Vermelâdia ducatus, Hammaria ciuitas episcopalis, Edzvvald castrum, Sderhen castrum, Hoff castrum, Olaffzburgum castrum, Stenvvicholin castrum.

DE S V E C I A .

Svecia regnum est diues argenti, æris, plumbi, & ferri, frugum, pecoris, & prouentu imenso piscium ex fluminibus, lacubus, & mari, ve nationibus quoq; ferarum.

Est in ea Stocholin vrbs magna, Regia, & emporium Suecorum, munita natura & arte, ea sita est in paludibus instar Venetiarum: inde fortita nomen quod sita in aquis fundamenta sint palis stabilita. Mare eā ingreditur duobus ramis, tam largis aquis, ut naues onerariæ extensis velis & toro onere inuehantur.

Angermannia ducatus tenet Septentrionalia ad confinia Lapponia: eius tractus est totus sylvestris, & ibi in p̄cipuis feris venatur Vros & Bisontes, q̄s patrialingua dicunt Elg. id est, Asinos sylovestres, tātæ proceritatis ut summo dorso æquæ mensuræ hois porrecti in brachia elata. Midelpathia ducatus eo australior, post quē Helsingia ducatus, Gestricia ducatus, Fieringia ducat. Vpsalia ciuitas Metropolis, Hic cōditū est corp⁹ Eriki Regis & Martyris, Copdalia ducatus, id est, cū pri vallis, post Lemptiam Ducatum ad Austrum. Sub hoc sunt Dalecarli, gens potens armis.

Posthunc Vestralia ducatus priore australior, Oplandia ducatus, umbilicus totius Schondie.

Vestrors vrbs episcopal, insignis magnitudine & arce munitissima.

Sup boreali litora lacus Meler fuit olim vrbs magna, & quamaret quatuordecim milia hominum, nunc bellis redacta est in oppidi formam.

Totus tractus Oplandiæ habet, fossiones argenti, cupri & chalybis.

Sudermannia Ducatus, tenet australiora lacus Meler.

Strengeles vrbs episcopal. Hic conditū est corpus Eschilli episcopi & martyris.

Nicopia, vrbs insignis munitissima arce.

Telge oppidum super australi parte lacus Meler. Hic conditum est corpus beatæ Ragnildis reginæ Sueciæ.

Neritius ducatus, cuius alumna, & princeps fuit beata Brigitta.

Insulæ & scopuli adiacent Sueciæ, quæ Oonæ à veteribus dicuntur, manetq; eius nominis ratio hoc etiam tempore. Est enim in his innumera copia avium, incolq; proximilitoris ad nauigat mense Maio, dum aues incubant, & prædantur oua, coniunctq; sale, & seruant in multum tēpus ad cibum.

DE GOTHIA.

Gothia interpretat bona Dei q̄q; appellatio lingua Germanica est Goth, id est bonus. Gothi q̄ tempore sobole emiserint ad nouas quæredas sedes, & quādo Meotidis & Afriæ litora occuparint, nullis veteris (quod ego cōpertū habeam) meminerunt. Fuerunt autē cogniti ex eo tempore quo Romani imperium per Illyrū dē ad Danubium usq; promouerunt. Atq; adeo ab ætate Cæsaris dictatoris & Octauii Augusti

maxime inclauerunt bellis maximis gestis super Danubio imperii limite. Tamen sub hac etiā claritudine, quae Gothia esset, & quo terrarum loco sita vndeque Gothi oriundi essent, ad hanc feratatem ignoratum est.

Terminatur hæc à septentrione fine australi Sueciæ ab occidente reliquis Nortuegiæ montibus, qui sunt à Sueciæ limite ad Trothetæ fluuii ostia. A meridie & oriente terminatur mari.

Loca eius insigniora sunt hæc: Lodhusia portus & emporium, Valdburgium vrbs insignis arce munitissima. Halmiadt, Helsinburgū vrbs arce insignis. Landscrona, Malmogia portus & emporium, Rochnabii, anscher, Caltmaria vrbs magna portus & emporium. Habet arcem, quæ operum magnificèntia certat cum arce Mediolanensi, Stegholin, Sudercopia emporium & portus. Nortcopia, Lidecopia ciuitas super lacu Vener, Tingwalla oppidum super eodem lacu. Hic sunt fossiones ferri optimi. Ianocopia clarum oppidum, Vastena oppidum, insigne monasterio & conditoris beatarum Brigitæ viduæ & filiæ Catharinæ, Echesio oppidum.

Huerlandia oppidum, Dalia ducatus, Verme landia ducatus.

V E S T R O G O T H I A ducatus.
Eius ciuitates sunt: Scaris, Varnen, in qua est insigne monasterium ordinis sancti Benedicti, ubi se pulturæ veterū Regū, Falcopia habet nomē à nōdinis equorū q̄ hic vēdiuntur. Kindia Comitatus.

O S T R O G O T H I A Ducatus.
Sunt in eo ciuitates: Schemingia, hic cōdita sunt corpora beatarum virginum Ingridis & Mechtildis, Lin copia ciuitas episcopalís.

SEPTENTRIONALIBVS. 319
Aduith vicus, in q̄ sunt fodinæ ferri & æris;
HALLADIA Ducatus, & in eo ciuitates.
VÆ, Lundis metropolis. SMALANDIA
Ducatus. TNISCHIA Ducatus. VERENDIA
Ducatus, & in eo V exio ciuitas episcopalis.
BLECHINGIA Ducatus, & sub eo ciuitates,
Cronabech, V Vestervich.

VISBI ciuitas Gothiæ. Emporium fuit antiquum, celeberrimum, instar eius apud Geniam Ligurum. Postea Danogr & Moschogr pyraticis excursionibus afflictum, desertum est. Extant hodie ruinæ testantes veterem claritatem. Fuerunt hoc loco prima statua Gothorum, q̄ Meotidē occuperunt. Est hodie fertilitate agri & arce & Montis steriliis insignis. In reliq̄ est coenobium ordinis sancti Benedicti, apud q̄s est bibliotheca circiter duum millium & authogr & Codicum veterum.

DE FINLANDIA.

F Inlandia, dicta est pulchra terra, vel ut significantius dicam, fina terra, quomodo finum aurum, finum argētum vulgo dicunt. Plinius Eningiam vocat, quod ipsuȝ nomē singularē notat, q̄ terra sit eximię fertilitatis. Idē Plinius visus est eam appellasse Finnonia, pro quo corruptè legunt Pannionam. Certe hodie quoq; sinus Finnonicus à Finlandia appellatur.

Habuit Eningia antiquitus rieulum regni, tāta est ejus amplitudo, nunc tituluȝ Dihastiæ, tenesq; eam Sclauonum gens & lingua.

Fuit superiori ætate ritus Giæci, donec dominum habuit Moschum: hoc vero tempore sub rege Sueciæ existit, & communionem occidentalis ecclesiæ tuetur.

Vina Hispanica inferunt multa copia, & quo

310 D E R I E C T I O N I B V S SEP.
ea gens ad plurimā liberalitatē & hilaritatē vtiſ.

Terminantur à Septentrione linea Australi
Ostrobothniæ, & per montes extenditur, Ab occi-
dente mari Finnonico.

Loca eius insigniora hæc sunt, Gusta castrum,
Albo ciuitas, Rasburgum, Viburgum, Nouum
castrum, Saracundiæ Ducatus, Domus regia castrum
Achas, Huittus, Pirchala, Saſtamaла, Kuri, Taua-
ſtia Ducatus, Pelchene, Sexmeche, Hauo, Hacto-
lo, Janacala, Vano, Lampis, Holola, Itamal, Pa-
das, Iochi, Lemſe, Sismes, Karelia Ducatus, Sa-
gholax, Lapauesi, Ieskes, Egripe, Semingia,
Iochas, Kiuando, Nikirkia, id est noua Ecclesia,
Yekelax, Pittis.

N O R D F I N L A N D I A , id est, Borealis
Finlandia Ducatus, Agreminne, Vermo, Agero,
Neufis, Moscho, Tetola, Ressa, Nikirkia, Ioki,
Ragna, Poyte, Touefala, S. Catherina, Vemo,
S. Martinus, Pikke.

S V D E R F I N L A N D I A , id est, Austra-
lis Finlandia Ducatus, Pargas, Kymitte, Naden-
tal, id est, Vallis gratiæ, Kymittele, Sain, Nau,
Pemara, Corpo, Halikko, Vschele, Bierno, Per-
mo.

N I L A N D I A , id est, noua terra Ducatus,
Tenala, Berga, Payo, Karis, Sybo, Victes, Løgo,
Helsnigia, Ingua, Espoa, Kirkiolech.

ANDREAS

ANDREAS PALEOSPHY

R A G V N D E L F I N G I V S

Lectori, S.



M Arone licet Ithacus Vlysses sce-
lerum inuentor, ab Homero Poli-
tropus, ab aliis technarum Archi-
tectos & versutæ omnis concilia-
bulum appelletur: artamen sapientissimus, peri-
tissimus, atq; patientissimus herorum omnium &
prædicatur & habetur, quod peregre profectus
externorum hominum mores multorum cogno-
uit & urbes, ab aduersante nimium sibi fortuna
per Scillam atq; Carybdim actus, Syrtium Cy-
clopis Syrenum & Circes molestias tulit. Quis
ergo non videat, quis non intelligat quam deco-
rum, quamque utile sit ad tanti principis vesti-
gia, quam remotissime peregrinari, alienas rer-
ras inuisere, unde peculiaria gentium aliarum
studia, mores, exercitia, linguæ, leges, dogma-
ta sacra & profana omnia, esus, vestitus, ædifican-
di ratio, locorum situs cultusq; & deniq; rerum
naturæ omnium ediscantur. Quoniam vero pro-
pter impedimenta pleraq; ætate maxime nostra
omnibus hoc non conceditur, vt non minus il-
la hæc in pario sinu quiescendo cognosceretur,
elaborauit Boemus hic meus Literarum huma-
narum scientissimus ex innumeris classicis scri-
ptoribus conscriptum præsens opus, In quo
tres terræ partes, partium regiones, & loca, lo-
corum homines, hominum mores & ritus me-
morabiliores explicantur omnes, tanta diligen-
tia: tanta arte, quanta à nemine ante eum un-

X

quam prius pertractari dinoſcuntur : ex racematione diligenti vindemiam, ex spicilegio messem fecit, succosum non minus quam iucundum , nec iucundum minus quam utilem atq; per necessarium librum , adeo , vt niſi quæ in ipſo de hominie prædicantur, ille , qui humanitati ſtudet, cognouerit , magis iuſtitio aberret ſuo quam materiarius, quem materiæ in qua laborat natura ſiue conditio fugerit. Quare humanarum rerum humane Lector eas hominum res intuere, lege, atq; vbi quanta in eis utilitas, quanta humanæ vitæ iuſtitio ſit, experieris, gratias Boemo nostro age immortales.

MATHIÆ

¶
¶
¶

MATHIAE AMICHOV

DE SARMATIA ASIANA
ATQVE EVROPEA
LIBER DVO

De duabus Sarmatiis in genere, Caput I.



N TIQ V IO.
R E S duas Sars
matias posuerunt
vnam in Europa,
alteram in Asia,
sibi inuicem cohę
rētes & cōtiguas.
In Europiana süt
regiones Russo
rum seu Ruteno
rum Lithuanorū,
Moscorum & eis
adiacentes, ab oc
cidente flumine

Vissae, & ab oriente Tanai inclusæ: harum regionū
gentes olim Getæ nuncupabantur, In Asiatica ve
ro Sarmatia, nunc commorantur & degunt plura
genera Tartarorum, à flumine Don seu Tanai ab
occidente usq; ad mare Caspium, ab oriente con
tra. Horum imperia, genealogiæ, ritus & mores,
latitudoq; terrarum, flumina & circu circa adiacētia
in subscribendis explanabuntur.

De ortu & aduentu Tartarorum, Caput II

A Nno domini M. C C X I, apparuit grandis
cometes in diebus mensis Maii, octodecim
diebus durans, & supra Poloucos, Taniam ac Rus

X ii

siam gyrans, caudamq; in occalum porrigens, & ad-
 uentum Tatarorum significans: vnde sequenti an-
 no gens Tatarorum in illam diē ignora, occiso ut
 fertur proprio rege David de submontibus Indiæ
 confuxisq; pluribus nationibus Septentrionis ad
 Poloucos venit Polouci si quidem fuerunt gentes
 secundum latus Septentrionale Euxini maris com-
 manetes, ultra paludes, Mæotidis, quos alii Gothos
 appellant. Polouci autē lingua Rutenoru sonant &
 interpretantur venatici seu rapaces, quia, s̄apenu-
 mero inuadentes eos spoliabant, & bona ipsorum ra-
 piebant atq; abducabant, quēadmodum & Tartari
 hisce temporibus faciunt. Itaq; Tartaris ingrediē-
 tibus, terras Poloucorum, p̄stularunt per ambasias-
 ram, ipsos principes Rutenorū, vt vniuersis copiis &
 potentissimis se adiuuarent, quonia p̄ ar exitū & discri-
 men eos sicut & Poloucos expectaret. Superuenie-
 runt autē & Tataroru nuntii denuntiātes ducib;
 Russiæ, ne immiscerent sese bello & adiutorio Po-
 loucorum, sed potius extermīnium eorū tanquam ad-
 uersariorū procurarent. Russitq; vero immaturo usi
 consilio, nuntiis Tataroru cōprehensis & occisis,
 perrexerunt exercitualiter Poloucis in adiutorium
 terra mariq; videlicet Mscislaus Romanovic cum
 militia Kiouieni. Mscislaus Mscislaui cum militia
 Halicieñ. Item cæteri duces Russiæ Vlodimir, Ru-
 rikowicz: duces Cirnecuieñ & duces Smolnenses,
 Iundiq; exercitui omniū Poloucorum peruererūt
 in Protolce, & abinde singuli ascensiis equis, vene-
 runt duodecim statuis ad fluuium Kalcza, ubi iam
 Tartari castra metati fuerūt, & illico respirādi spa-
 tio non dato, Tartari in eos irruerunt, & cōtritis ac
 diffugientibus Poloucis acies Rutenorū disiciuntur,
 plurimaq; cæde peracta bini duces Mscislaus Kio/

uietū. & Cirneouieñ captiuatur. Reliq fugiētes (abominabile dictu) à Poloucis sociis p quorum terram fugā maturabantrucidabātur. Equites quoq; propter équos pedites ppter vestes occidebantur, & in aquis suffocabantur. In illa ergo die Ruteni in pessimum horrendumq; inciderūt piculum, quale in terris Russiæ nunquam auditum est. Eaq; prima claves extitit quā Ruteni à Tartaris pertulerunt. Mscislaus autem Mscislaue Halicieñ dux dum ad naues fugiendo peruenisset, superatis fluviiis per sequutionem Tartarorum veritus naues abrumpi præcepit, abindeq; fugax in Halic pauore & trepidatione plenus puenit. Vladimirus aut Rurikouic fuga & ipse saluatus in Kiou perueniens, sed ē accepit Kiouieñ. Alia vero omnis multitudo Rutenorū dum ad naues fugiendo peruenisset, & eas abruptas offendisset, in moerorem versa dum undas transire non posset, same contabescens illic consumpta est præter paucos duces & aliquos eorum milites, qui in lēbis fluiios traicerūt. Præterea anno dñi mille simo ducētesimo vigesimo octauo, in maxima multitudine Tarrari Russiā ingrediētes, vniuersam terrā Renesansca vastauerunt, ducē occiderunt, senes & impuberis necauerunt, reliquam multitudinem in captiuitatē abduxerunt castra incenderunt. Iterū hyeme eiusdem anni uenerunt Tartari in terram Suldalorum, & ea vniuersa vastata, ducem Georgium & filios eius, pluresq; alios Suldalorum principes interfecerunt, castrum Rostou incenderunt, captiuos & prædam pro libito abduxerunt. Sequēti quoq; anno in Smolnensem & Cirnyeouieñ, regiones venientes, eas crudelissima cæde nulli ætae parcentes peruestauerunt, castra & fortalitia ex quibus duces & milites præ timore fugerat incēdo

runt, & onusti captiuorum multitudine in terra suas redierunt.

De crudeli vastatione Poloniæ & Hungariæ
per Tartaros. Caput. III.

Kiou metropo-
lis Ruris. **P**ost prædicta, Tartarorum horrenda vasta-
tio ex ordinennarrationis subnectenda est. An-
no domini millesimo ducentesimo quadragesimo
primo, Tartari in Russiam venerunt, & Kiou am-
plissimam urbem & metropolim Rutenorum ma-
gnifice constructa funditus deleuerunt. Habuit sig-
nus præfatae urbs porras & turres firmiter ædifica-
tas, & aliquæ portæ recta deaurata & splendētia,
habuit & usq; nunc habet Meropolitanū de ritu
Rutenor; seu Græcor;, plurimis Vladicis & episco-
pis à Danubio per Moldauiā, Valachiā, Russiam, &
Moskouiam præsidentē, in Kiouia iam post destru-
ctionem non residentem. Habuit insuper ecclesiæ
supra trecentas ornatissimas, quarum aliquæ in
campis inter vepres & arbusta in hanc diē perma-
nent, & stant desolatæ pro latibulis ferarum: ex qui-
bus binæ ecclesiæ, videlicet sanctæ Mariæ & sancti
Michaelis aliquas laminas recti adhuc tenet deau-
ratas, quas Tartari præ datum venientes, & inspiciē-
tes altim bassina vocant: altim bassina, id est, aureū
caput habentes, quia partem recti deaurari habent.
Hac vero tēpitate in monte ubi olim castrum Kio-
uieri stabat, Lithuani domini illius loci, fortalicium
amplum de roboribus & lignis extinxerunt & re-
nent. Itaq; tota Russia cuz sua metropoli & Podolia
omniquaq; pessundata, Bath? Tartaror; Imperator vo-
lens Hungariam ingredi, misit ducē Petam nomine
cum magno exercitu vastatum Poloniā. Atque
Poloni Bathum regem Tartarorum Pcloniā,

Silesiam, Morauiam vastasse: - verior tamen historia eorum, sicut & chronica Hungarorum referunt, Barthum non fuisse in Polonia, sed duces ipsius, qui trucidatis tyrannis & principibus Rutenorum, re ceptaq; præda, in oppidum Lublin & Zauichost, viciniisq; eorum, reduxerunt eam in Russiam, festinanterq; redeentes, expugnauerunt Sandomiriam cum castro. Illicq; occiderunt abbatem Pokrzunicem cum fratribus eius, & magnum numerū viri usq; sexus nobilium & ignobilium virorum ac matronarum ad conseruandum vitam Sandomiriæ collectorum. Inde exeuntes per Vissicam. in Skarbimiriā venerunt, & reuertebantur prædam deductu ri in Russiam. Dumq; statua tenerent ad flumen Zarna, apud villam quæ maior Thurusko vocatur, irruit in eos Vladimirus Cracouieni, palatinus cum militibus Cracouensibus. Vbi inter pugnandum omnis captiuprum multitudo diffugiens, in propin quas sylvas se recepit: superati tamen sunt pauci à multis, Vladimirus palatinus Cracouieni, cum suis à Tartaris. Verum strage suorum perculsi Tartari, per sylvam Stremech in Russiam recesserunt, & in supplementum accersitis plurimis Tartaris cum fremitu & ira in Poloniā redierunt, & quia maximum exercitum habuerunt, ad Sandomiriā peruenientes, bifariam duiserunt eum minoremq; exercitum in Lancitiam, Siradiam & Kuiauia destinare cū principe Cadano, quem Poloni Caydandum nuncupant, qui nullo obice apparente vastauerunt crudelissime illos tractus cædibus arq; igne. Major aut exercitus Tartarorum, cuius duxtor fuit Poeta Tartarorum princeps Versus Cracouiam iuit, omnem oram transitui propinquā cæde & incendio peruersans. Occurrunt ergo ei in villa Chmelik

prope oppidum Sidlou, Vladimirus palatinus Clemens Castellanus Cracouieñ. Pacoslaus palatinus, Iacobus Raciborouic Castellanus, Sandomirieñ. cum nobilibus & militibus Cracouieñ. & Sandomirieñ. Et facto confictu cum vna turma Tatarorum ipsaq; attrita pedem referente, & ad alteram prestantiorem turmam sese diuerrente, Poloni certamine priori fessi, pauci à plurimis aduerso pectore confossi ceciderunt: reliqui vero in fugam conuersi, per itinera nota euaserunt. Ceciderunt in eo confictu desiderati Christinus Sulkoic de Nyedued, Nicolaus Vitouic, Albertus Stampotic, Zementa, Grampina, Sulislauis, milites strenui, & alii plures validi. Ex quorum strage tantus pauor irrepit, ut alii in alias regiones fugerent: agrestes vero cum pignoribus & pecoribus in paludes & sylvas, & in inuia se conderent. Sed & Boleslaus Pudicus dux Cracouiae & Sandomiriae cum Grzimislaua marre, & Kinga coniuge sua primum yesus Hungariam in castrum Pieninide prope oppidum Sandecz, postea vero in Morauiam ad monasterium Cisterciensium effugit. Tartari autem post cladem apud Chmelik peractam, Cracouiam in die cinerum peruererunt, & eam vacuam hominibus inuenientes (omnes siquidem in abdita diffugerant) in ecclesias & domus incendio saeuerunt. Ecclesiam vero sancti Andreæ tunc extra muros Cracouieñ, extantem, vallantes oppugnabant, expugnare tamen non valuerunt, quoniam pluribus Polonis magna vi & fortitudine se & sua illic defendantibus, irrito coepito recesserunt, & in Vratisslauia perrexerunt, eam similiter ut Cracouia deserta habitatoribus, sed & conflagrata habitationibus reperientes. Cives enim Vratisslauieñ, pauore consternati, ferè omni-

bus reliquis, pretiosioribus duntaxat festine raptis, fugā inierunt: quod gentes ducis Henrici de arce videntes descenderunt, & opes cum victualibus in arcem inducentes, urbem cum tectis eius flammis exusserunt. Et Tartari in urbe nil reperiētes, castrū vallarunt, & post aliquor dies obsidionē soluentes (ut aiunt) crafionibus & lachrymis Cessai priors ordinis prædicatorum & fratribus eius in castrum admissorum depulsi, recesserunt. Interimq; feria secunda pastæ Tartaris qui 'Kuiaviam vastauerunt, superuenientibus simul iuncti in Leguiczan profecti sunt. Dux etenim Henricus secundus sanctæ Hedwigis filius per illud tempusibi collegerat gentes & armigeros tam nobiles quam agrestes maioris Poloniæ & Slesiæ. Aduenerant & principes cum suis militib; Myeczla? Kazimiri dux Opoliensis, Boleslaus filius Depoldi marchionis Moraviæ expulsi, qui Syepirolka cognominatus est, & Pōpo de Hosterno magister cruciferoꝝ de Prussia cū Prussia cum fratribus sui ordinis, insip & crucignati plures. Quinque ex oppido Legnicen, diceret agmina, & ea obeguntaret, lapis de summitate eccliaꝝ beatae Mariæ decidit, parvumq; absfuit, qn eaput ducis Henrici diruperit, qd re vera infaustum om̄e fuit. Suburbana itaq; oppidi Legnicensis ptergrēssus, quatuor acies instruxit & ordinavit. Primā de crucis signatis volūtariis, & de auri fossoribus oppidi Goltberck, aliisq; pegrinis militibus hāc Boleslaus Syepirolka filius marchionis Moraviæ ducebat. Altera acies fuit militū Cracoviensium & majoris Poloniæ, hanc Sulislauſ frater Vlodimiri oīz palatini Cracoviensis circa Chmyelikoecisi ductitauit. Tertiā aciem gubernauit Myeczlaus dux Opoliensis, in qua erant milites Opolenses, & Ponto magister Prussiae cuꝝ frāꝝ

tribus & militia sua. Quartam aciem ipsemet dux Henricus ex prestantioribus militibus Slesiz, & maioris Poloniæ, ac pretio conductis militibus rexerit. Totidem erant Tartarorum agmina, sed robore & frequentia pugnatoꝝ præstantiora, ita ut vnum agmen eorum omnia Polonorum agmina excederet. In campo igitur qui bonus campus dicitur, por recto, & in omnes partes lato vterq; exercitus quinto idus Aprilis, alias feria secunda post ostauas pascae conuenit. Primumq; crucesignatorum & aurifosorum exercitus cum Tataris magno imperu congressus, velut teneræ aristæ à grandine percussæ, à sagittis Tataricis obtritus est. Deinde duo agmina sub gubernatione Sulissai militis, & Myeczlai ducis Opoliensis consistentia, pugnare cum tribus Tartarorum agminibus ingressi, validam in Tataris stragem ediderunt, ita ut pedem referrent, & fugam iniirent. Quidam autem celerrimo cursu circa vtrung; exercitū discurrens, terribili voce clamauit. Byegayce byegayce, qd sonat, fugite, fugite, Poloniis terrorem incutiens. Quam vocem Myczlaus dux Opoliensis audiens, deserro prælio fugit, & secum magnam partem militum traxit. Quod vidēs dux Henricus, ingemiscens dixit, Gorze se nam statlo, id est, peius & moleste nobis accidit: inducensq; suam quartam aciem fortissimorum militum, tres acies Tartarorum à duabus aciebus Polonorum disiectas prostravit, & in fugam conuerxit. Quarta autem acies Tartarorum, & maior omnium cum suo duce Pera superueniens, horribilis impetu bellum intulit, & bellum acerrimum inter vtrōsq; duravit, magnaꝝ ex parte Tataris cæsis. & in fugâ spectantibus, quidam Tartarorum vexillifer valde magnum ferens vexillum, in quo chi litera Græca de-

picta erat, talis X, & in summitate hastilis imago terribili & nigerrimi coloris cum barba prolixa, coepit incantando fortiter caput imaginis quatere. Ex quo illico fumus & nebula horrendi & intolerabilis factoris in Polonos diffusa est, ut penè exanimati, & inualidi ad bellum redderentur. Clamore iraque horrendo eleuato, in Polonos Tarraricus exercitus conuersus acies eorum quæ interim integræ erant, dirupit, & eas magna trage a fecit. In qua dux Boleslaus filius Marchionis Moraviae dictus Syepiolka & Pompo magister crucis signatorum de Prussia cù multis insignibus militibus necat sunt. Dux vero Henricus corona à Tartaris circumfusus est, vt à tergo & fronte cæderetur, iamq; suis omnibus vñā pugnantibus prostratis, ad extremum circa eum non nisi quaruor milites versabantur. Sulislaus frater olim Vladimihi palatini Cracouiensis, Clemens latinus Glogoviensis, Conradus Konrathouicz, & Joannes Iuanouicz, qui quanta potuerunt vi & conatu principem Henricum ex prælio educentes, ad fugiendum disponebant: sed ducis equus fauitus subsistebar. Tartari igitur he Henricus euaderet, veloci cursu consequurum cum tribus prefatis militibus, quare Ioanne Iuanouicz ab eis segregato vallauerunt, cum quibus aliquanto tempore decertabat. Joannes vero Iuanouic equum recentem à Rosciislao aulico ducali receptum, penetratis hostiis cuneis duci administravit. Quo ascenso dux sequebatur Ioannem Iuanouic, viā per medios hostes ei parantem. Ipsoq; in cursu vulnerato, & eudente dux Henricus intercipitur, & tertio circumvallatur: dumq; audacissime contra Tartaros dimicaret, & manu sinistra eleuata, Tartarum sibi obuiū feriret, ab altero. Tartaro lancea sub ascella trans-

fixus, ex equo demisso brachio moribundus defluxit quem Tartari ingenti strepitu inconditarum vocum facto capiunt, & extra locum certaminis quantum esset geminus balistae iactus pertractum, framea caput abscederunt, corpusq; insignibus omnibus despoliatum nudum reliquerunt. Occisa est in eo prælio multitudo nobilium Polonie, inter quos clari & insignes fuerunt Sulislauus frater Nobilium Po
lonoꝝ Reges. Vladimiri palamini Cracouensis, Clemens palati-
nus Glogouiensis. Conradus Konrathouic, Ste-
phanus de Virbna & Andreas filius eius, Clemens
filius Andreæ de Peltznica, Thomas Pyotrkouic,
Petrus Kussa & cæteri. Corpus ducis Henrici post
cladem in sexto digito sinistri pedis vix cognitum,
& repertum per Annam coniugem eius in medio
chori ecclesiæ sancti Iacobi apud frarres minores
Vratislauæ sepultum est. Pomponis vero magistri
Prussiae, & militum insigniorum supra expressorum,
in eodem monasterio sancti Iacobi Vratislauæ corpora tumulata sunt. Boleslai autem filii Mar-
chionis Morauiae funus in Lubens in choro con-
uersorum humatum est, super cætera corpora fi-
delium in loco præliai sepulta. Ecclesia in hanc
diem durans constructa est. Maxima victoria de
duce Henrico & Polonis Tartari potiti, lectis spo-
liis vnicuique interemprorum vnam auriculam ab-
sciderunt, & novem saccos grandes ad sciendum
numerum occisorum repleuerunt. Dux autem He-
nrici capite in longiori hasta eretto ad castrum Le-
gnica (oppidum enim metu Tartarorum exustum
fuerat) applicuerunt mandantes ut duce eorum occi-
so, castrum eis aperirent. Castrisibus conuenien-
ter respondentibus, quod prævno duce occiso plu-
res duces filios occisi haberent. Illi vero circa Le-

gnicz vastatis & incensis villis, in Othniuchou se
recepérunt, vbi quindecim diebus statua conti-
nuando, omnem regionem per circuitum vallau-
runt. Exinde Ratiborién, oram adeuntes, in Boles-
siko octo diebus commorati, in Morawani secesser-
unt, & Vuenceslao rege Bohemię in castris se cō-
tinente, eam plus quam vno mense incendiis & cæ-
dibus vastauerunt: ab Olomunc septemis castris in
Hungariam peruererunt, & maiori horde ipsius
suis Bathi quę Hungariam intrauerat sese conso-
clauerunt.

De cruenta vastatione Hungarię per
Bathi Imperatorum Tartarorum.

Caput I I I I.

Bathi vastata & ad nihilum redacta Russia, Hungariam cum quinques centum millibus ingredi contēdebat. Resistentem ergo inter motes Sarmaticos & in clausa dicta Russiæ introitū phibētē comitē palatinū Hungarię à Bela quarto rege Hūgarię cū géti b' missum p̄stat? Bathi obruit & expugnauit, festinatēq; exurēdo, oppida & villas ad Titiam fluuium qui vulgariter Cisa appellatur, ex montibus Sarmaticis versus meridiem in Danubium fluentem peruenit. Et exinde gentes Tartarorum excurrentes, Variam cum sua cathedrali ecclesia vastauerunt & incenderunt. Ad Pest quoque vbi rex Bela quartus exercitū contra Tartaros colliget at, ibat & redibant, aliquā appropinquādo, nonnunq; vero fugiendo, prout est mos pugnandi Tartaris. Quumq; copiosu3 exercitum, tam ex nobilibus, quam spiritualibus rex Bela coadunauerat, ad uersus Tartaros procedens ad fluuium Titiam ap- plicuit, & castra metatus est, adhibitaq; custodiā milie armatorū ad pōtem, putabat Tartaros nō trahere

fluum, quoniam altus est, limosus multum, & impermeabilis. Tartari autem qui multo maiores fluviis transierant, inuenito vado Titiam nosq; transnatarunt, & in aurora exercitum Hungarorum cū Bela rege eorum undiq; circundederunt, missisq; densis, & quasi infinitis sagittis, velut quum grando nebulosus ac densus cum fragore descendit, Hungares perturbarunt multos occidendo, plurimos vero vulnerando. Hungari ergo veluti impreparati & absque ordine contrauenientes cadebat. Quod alii videntes, metuerosidam discedebant & fugiebant. Tartari vero tanquam astuti, sinebant eos per medium sui transire. Vnde Colomanus frater regis sic, & rex Bela quartus tamquam ignoti euaserunt. Reliquos vero conclusos Tartari crudelissime ad unum necauerunt. Inter quos spirituales maiores ceciderunt, Mathias Strigonensis archiepiscopus, Vgolinius Colocenii, archiepiscopus, Georgius episcopus Iaurieii, Reynaldus episcopus Trasylvaniei, & ecclesiæ Nitriensis episcopus, Nicolaus Scibinieii, præpositus vicecancellarius regis, Eradius archidiaconus Bachienensis, magister Albertus Strigoniensis, archidiaconus. De altis autem secularibus nobilibus & ignobilibus fere infiniti occisi sunt: & qui fugerant consequuti in viis necati iacuerunt. In Pest etiam multi plebani collecti in ore gladii superuenientibus Tartaris perierunt. Rex autem Bela quartus propere fugit ad metas Austricæ, ubi capit & detentus fuit per ducem Austricæ: tandem dimissus ad reginam coniugem suam perueniens, recessit in Slavoniam, illic usq; ad persecutionem Cardan commoratus. Vastata itaq; Hungaria ex una parte Danubii, in hyeme proxima gelato Danubio in partem alteram penetrauerunt, & sedes inter Iauri-

num & Strigoniu[m] fixerunt, vbi in hanc diem fosse & tumuli habitationis eorum cernuntur. Ex quo loco præfatam trans Danubium regionem spoliis, incendiis & occisionibus crudelissime affixerunt. Quumq[ue] in Tartariam secedere proponerent, diu in exercitu, princeps Cadan aduersus regem Belâ in Sclauonianu[m] diuertit. A cuius facie territus rex, ad mare, tandem ad Polam ciuitatem fugit. Cadan autem quemadmodum cum Bathi constituerat, per transiti s[ecundu]s & vastatis Bosnia, Seruia & Bulgaria, substitit circa Danubiū, donec horda imperatoris Bathi superueniret. At Bathi post discessum Cadan uallauit & expugnauit Strigoniū urbem illatem pestate nobilem, cuius incolæ erant varii mercatores, Almani, Gallici & Italici: & quia thesauros quos Tartari expetebant in terra suffoderant & occuluerant, idcirco omnes necauerunt, nulli sexui nulliq[ue] ætari parcentes: destructaq[ue] Strigoniū, secus Danubium transeuntes ad exercitum principis Cadan opperientem & expectantem peruererunt. Tandem iuxta paludes Mæotidis via priori in Tartariam abierunt. Tempus autē quo Tartari Hungariā affixerunt, & multimode uastauerūt, erat fere biennium. Quomodo Innocētiu[m] papa quartus misit ad Chā

Tartarorum, ne Christianos persequeretur: & quomodo h[oc]dem Mahumeti suscepserit, Cap v.

Iscedentibus Tartaris tota Europa contremuit, & principes Christianorum timore perculsi, ne redirent consulebant inuicem. Innocētiu[m] quoq[ue] papa quartus ex consilio Lugdunen[s]i, fratrem Ascelinum ordinis prædicatorum cù pluribus fratribus eiusdem & aliorum ordinum ad eos misit, anno domini M. C C X L V I, qui per Almaniam & Bohemiam in Vratislauiam venit, ex

ceptusq; & veneratus est à Boleslao Slesiae & Vratislavi duce. Exinde transiens ad Lancitiam peruenit, à Conrado duce Mazoviæ cum suis recollesclis & hospitatus. Dehinc ad Crocauiam deductus: à Boleslao pudico, genitriceq; eius Grinißlava, & à Prandotha ordinario loci benigne suscepti & habiti sunt, pluribus pellibus subtilibus prouisi. supra id quod proprio ere potuerunt emere, quoniam principes Tartarorum sine munere adire nephas est. Tulit autem fortuna, ut esset apud Boleslauni pudicum principem Crocauiæ atque Sandumiriæ. Vasilko princeps Russiæ, nepos matris suæ: huic itaq; commendati, in Russiam per ipsum deducti sunt: ad Kiowiam vero venientes, equis acquisiuerunt pro conditione terrarum Tartarorum valentes, qui pedibus aquam & pabulum sub niuibus si bi quærerent. Tandem ex Kiou procedentes, plures duces Tartarorum pertransierunt donec ad Cham seu Imperatorem Tartarorum applicuerunt. Cui legatione domini Papæ Innocentii quarti exposita, postulauerunt ut deum vniuersorum agnosceret atq; coleret, & eum quem misit Iesum Christum: ut que gentem Christianam crudeli nece que admodum fecit in Polonia Hungaria & Moravia non perderet. Et accepto responso quod Cham p quinquennium gentem Christianam non inuaderet, per eandem viam ad dominum apostolicum cum literis Imperatoris Tartarorum redierunt.
Vincentii his
Itoria fabulosa habes in speculo historiali Vincentii libro, xxxii. hanc in aliquibus superstitione est. Post discessum legatorum Christianorum superuenerunt legati Saracenorū, persuadentes Tartaris, ut sectam & fidem Mahumeti acceptarent, taquam faciliorem & tollabiliorem,

rabiliorē, voluptatibus plenam, virisq; belligeris
competentiorē, Christianorum autem religionē
confutando dicebant esse otiosorum, imbecillum,
& idololatrarū imagines tolentium. Saracenorum
vero legem multis utilitatibus atq; voluptatibus re-
fertam, & cærerarum religionum ui & armis expus-
gnatricem, ut superbos debellareret, humiliatis ve-
ro tributum constitueret. Placuit barbaris & ipsi
primum Imperatori Bathi & omnibus Tartaris tā-
quam viris cordatis audacibus & sensualibus per-
suasio Saracenorum, ideo illam & non alteram
suscepunt. Et quā dicant Eissa Rocholla, id
est, Iesus est spiritus domini: Mahumet vero Ro-
solai, id est, Mahumet est iustitia dei, noluerunt spi-
ritum dei Iesum benedictum spiritualiter viuere.
docentem acceptare: sed iustitiam dei, hoc est Ma-
humet carnaliter & tanquam bestiam sensualē in-
spurcitiis volutantem, ab omnipotenti deo iuste in-
lacu poenarum die ac nocte cruciandam amplexa-
ti sunt. Itaq; ex tunc velut & nunc Mahumetum ve- Religio Tarta-
ronum.
nerantes sequuntur. Pētateucho Moysi obediunt,
circunciduntur, & legalia obseruant, campanis ca-
rent: sed quotidie lahi illo illoloh, quod in latino
sonat, Non est deus nisi unus deus: clamant: inge-
nue se profitentur Ismaelitas, quia de Ismael or-
ros: Christianos vero dzintis, id est paganos, & ga-
ur, id est infideles, & sine religione appellant. Ce-
lebrant velut alii Saraceni, tria in anno festa, pri-
mum kuiram, id est oblationis pasca in memoriam
oblationis Isaac, quando Abraam multarum gen-
tium pater precepto dei ipsum necare & offerre
proposuerat. In isto festo offerunt arietes, aues, ali-
tes &c. Aliud festum colunt pro animabus, tunc vi-
fitant sepulchra suorum maiorum, operibus mi-

sericordia insistunt, & alunt pauperes. Tertium festum agunt pro se suaque salute. Pro primo festo rite paragendo triginta diebus ieunant, pro altero uno mense, pro tertio duodecim diebus.

De moribus Tartarorum, & de contentis in terra eorum. Caput. V I.

Tartari sunt homines ut frequenter staturae mediæ, pectore, & scapulis ampli, facie lati, nasi tini, colore terri & deformes, robusti viribus & fortes, famé, frigus & aestu facile patientes equitatu ab ineunte aetate & arte sagittandi gaudentes. Omnia sua secum ducunt, vagi & instabiles loco cum uxoribus, pueris atque pecoribus in capis degunt. Civitates, villas & domos non habent. Pro hyeme ad relevandum a frigore, ad mare Caspium diuertuntur quoniā illic ratione maris temperie aeris inueniuntur. Ad aetatem in suam regionem redeunt. Aliqui eorum unam porcam, duas, tres uero in longum per iugeraria, quanto & ultra sulcat, arant, & millio seminant, inde cibos & bairam, id est, pastas faciunt. Non habent frumentum, nec aliquod aliud legumen, pecora & pecudes plurimas tenent, praecipue caballos & caballas pro equitatu & victu valentes. Incidunt & vulnerant equos, cruoremque; & per se & cum millio vorant: carnes pecudum, pecorum & equorum comedunt etiam semicrudas. Caballos pridie tum spote tum morbo mortuos exciso loco apostemato perlibenter comedunt. Bibunt aquam lac, & ceruisciam ex millio costa Aquam Turci & Tartari vocant. Su interdum Tartari dicunt Suha, & est aqua. Ceruisciam autem milliarem seu ex millio factam, buzam nominant, eandem Ruteni Braha vocant. Laudant lac, praesertim komiz, id est acetosum, eo quod stomachum eorum confortet, & medicinam purgatiuam faciat. In conuic-

uiis & cum hospitibus aduenisq; bibunt Araka,
 quod est lacsublimatum, quod mirabiliter & ci-
 to inebriat. Non furantur, neq; fures inter se
 pariuntur, rapo tamen viuere vicinos spoliando
 periucundum & deificum est apud eos. Non sunt
 artifia inter eos, nec pecuniae, sed res pro re-
 bus commutant. Verum in horda Zauolhenſi,
 inceperunt aſpros, id est, argenteos cbolos Tur-
 corum accipere & tenere. In borda vero Preko-
 peni, ducatos acceptant. In horda Nohaiska res
 pro rebus dant, uafri & perfidi sunt exteris, ſibi
 inuidem vero & suis omnibus fidelissimi. Indu-
 menta ſepenumero ex filtro & lana alba groſſe &
 plane facta gerunt. Oponce plurimum diligunt, Oponet
 in expreſſione huius nominis præponunt lite-
 ram i, ioponce, & non oponce nuncupantes, &
 eſt pallium album ſpiffum inconsutile pro imbr̄i-
 bus & fluuiis bene utile. Terra eorum terra plana
 & abſq; montibus, abſq; lignis & arboribus, gra-
 minibus duntaxat abundans. Vias non habent,
 neq; nauigia, ſed per dies iter ſuum computant,
 vt terra Zauolhenſium Tartarorum citiſſimæ equi-
 tationis à flumine Volha ad mare Caspiū eſt quaſi
 triginta dierum: equitant vna die viginti millaria
 magna Germanica, pedibus nō gradiuntur nec itine-
 rat. Ferę apud eos reperiuntur, cerui, damæ, dorcæ,
 & ſnak. q; eſt animal quātitatis ouis, in terris aliis Snak animal
 non viſum, lana griseum, duo parua cornua habēs,
 curſu velociſſimum, & eſu carniū eius ſuauiſſimū.
 Et dum grex ſnak in aliquo campo inter gramina
 conſpicitur, Cham ſeu Imperator Tartarorum cū
 ſuorum multitudine equeſtres vadunt, & omni-
 quaq; circumdant in altiſſimis graminib; deli-
 ſcentes. Dūq; tympanis incipiunt ſonare, ſuc ſnak

tanq; metu percusse, rapidissime hinc atq; illinc ab una parte circumstantium ad alteram procurrunt, & iterum atq; iteruz decursando vadunt, vsque quo fatigati deficiant, tunc irruentibus Tataris cum clamore occiduntur.

De finibus & metis Tartarorum Zauol' uolhenium. Cap. VII.

Clauditur terra Cham & Tartarorum Zauol' henium ab ortu solis mari Caspio seu Hirca- no. A Septentrione campis longissime latissimeq; protensis. Ab occasu fluminibus Tanai & Tolha. A meridie partim mari Euxino seu Ponto, partim altissimis montibus Iberiae & Albaniæ. Mare Caspiū vocant Ruteni Chualens ke more: & est mare non ab oceano, sed à fluminibus illic defuentibus con- gestum. Fluunt multa ac magna flumina in alue- rium illius maris, de ripis altis impetuose & quasi persaltum ex alto in medium decidentibus, & ius- xta ripas sub ipsas transiuntibus iter præbentibus. Vnde ht vt ibi in æstare à Persis & Medis refrige- rium queratur: & in hyeme ratione euaporationū temperies conflatur. Luxta illud mare & post ad oriē tem, vt Ruteni proferunt, sunt Tartari criniti, quos Tartari Calmuchi & paganos nuncupant, quoniam ritum Mahumeticum non colunt, nec crutes capi- tis abradunt, quemadmodum Tartari omnes ra- dunt, præter adolescentes, qui rasa coma binos radios crinum ab aure dextra, & alium à sinistra usq; in brachia prominentes, in signum innubilita- tis aut virginitatis relinquunt. Ab occasu sunt flu- mina Tanais & Volha. Tanaim Tartari Don appel- launt, qui secundum fontes suos ex ducatu Kefensko à duce Moscouiae occupato, versus Septentrionem fuit. Postflectitur in meridiem, & tribus eis suis pa-

Tartari crini-
ti

Don Ha.

ludes Maeotidas ingreditur: imo ipse paludes Meotidas causat. Sunt iam circa Tanaim arbores pomacq; & alii fructus: sunt & mellificia quercina nonnulla & pauciora de pino. Inde est quod Tartari sanctum Don dicunt: quia iuxta illum, victu ex fructibus, melle & piscibus reperiunt. Volha fluuius Tarratice Edel nuncupatus ex Moscouia profluit, ex fontibus septentrionalioribus & occidentalioribus quām Tanais: qui quum ad Septentrionē flueret, longo Tanaim circuiens interuallo, deflectitur in orientem & meridiem, & viginti quinq; ostiis seu fluminibus in mare Euxinum delabitur. Distae, Tanais à Volha quinq; hebdomadarum itinere, ad minus veloci cursu trium hebdomadarum equitatioe, vel plus. Et est Volha triplo maior quām Don. Viginti quinq; autem partiones, seu particularia flumina ipsius Volhae sunt magna: minora autē ex eis sunt Tāra, quātus Tyberis Romae aut Vissa post Cracouiam. Sunt multum piscosi præfati fluuii, ita quod framen Tartari cæteriq; transeuntes in ripa stando pisces cum aqua decurrentes secent & tollant. Est iuxta hos fluuios Tanaim & volha air; id est, calamus aromaticus, qui & brostuorce dicitur in maxima copia. Ibidem reuponticum, quod Tartari nominant cinireuent, crescit: & cinireuent nomen est Persicum. Item cucilabuca, vel ut alii exprimunt hilcabucha: & in Latino sonat oculus cornicis: & est multæ calefactionis. De ortu horum fluminum Don & Edel, quum de Moscouia tractauero clarius dicam. Quoties aut Tartari Zauchenses in terras nostras spoliatum ire vadunt, & per hæc & alia fluamina absq; nauigio alligatis sarcinis desuper, coniugibusq; & pueris in dorsis equoq; sedentibus ipsi met caudas caballorum tenentes transflarat. & rae

pinas crudelitatesq; plurimas inferunt. Ad meridiā versus mare Caspium sunt mótes Iberiæ & Albaniæ, quos Rutenia géte Piacihorsci Circaci, quasi quinquemórtani Circaci vocat. Inter illos siquidē mótes sunt Gazarorum gétes, quas vt Morauiacalé gēda depromit, sanctus Cirullus & Metudius fratres, p Michaelé imperatorem Constantinopolita-
num missi, ad fidem Christi conuerterunt, & usque nunc fidem & ritum Græcorum profitentur: sunt homines bellicosi, i tota Afia & Aegypto acceptabiles. Apud hos Tartari Zauolhenses tela comparat. Verum hac ætate Græci illas gentes Abgazari & Abgazeli nominant, & vicinæ iuxta illos sunt gen-
tes Circassi & Mengrelli, omnes de ritu Græco p
beatum Cirullum in fidem Christi reductæ. Inde sanctus Cirullus rediens ex mari Euxino seu ponti
co (in quo omnipotens deus mirabilis & gloriolus
in sanctis suis, dederat habitaculum & ecclesiam
marmoream per manus angelorum sancto Clemen-
ti structam, quæ singulis annis infesto sancti Clemē-
tis & septē diebus, marirecedente & siccato, secure
circumsisti incole aggr diebantur, sanctum dei vene-
rando, collendo & extollendo) sustulit corpus san-
cti Clementis, & in Morauiam prædicaturus Chri-
stum dominum secum tulit & asportauit. Deinde
Romam euocatus, & per papam Nicolaum citatus,
prædictum corpus sancti Clementis Romam detu-
lit, & in ecclesia sancti Clementis honorifice depo-
suit. Ipse Cirullus cum Metudio fratre in eadē basi-
lica beati Clementis Romæ sepulti. sed non reper-
ta ossa illorum, quantumlibet summe desiderata in
eadem basilica quæsita. Ex montibus Circassorum
piacihorski, seu quinque montium fluit magnus
fluuius Tirckin Tartarico nūcuparus, rapidissimo

cursu lapides secū voluēs, & multos pisces, in mar-
te Caspium defluuit. Post hunc ex eisdem monti-
bus fluuius Cohan, minor quam Tírck, in præno-
míatum mare Caspium descendit.

De genealogia imperatorum trans Volham
incolentium, Caput VIII.

Quartuor sunt hordæ Tartarorum totidē im-
peratores eorundē, scilicet horda Zauolhē-
sium, horda Precopensiū, horda Cosanē Hordæ
sū, & quarta horda Nohacēsium, quintāq;
addunt quæ imperatorem non tenet, & nuncupat
eā Cazacca: de his inferius dicetur. Horda in Tar-
tarico multititudinē significat. Principalis ergo hor-
da est Czahadaiorum siue Zauolhensiū, quæ Tak
Xi, id est, capitalem hordam, vel homines prince-
pales & liberos sē ē nominat, tum quia nulli sublieci-
tur, tū quia ab ipsa ceteræ hordæ propagatae sunt.
Ob hoc & Moscovitæ magnā hordam Zauolhen-
sium hordam appellant. Inde etiam imperator eo
rum Ir Tli Xi lingua ipsorum, hoc est, liber hemo
dicitur. Dicitur & Vlu cham, quod sonat magnus
dominus, siue magnus impator: vlu enim magnus,
chā vero dñs & imperator est. Eūdē aliqui magnū
canē dixerunt, & male interpretari sūnt: quia Vlu
cham non significat magnum canē: cham etenim
cum aspiratione dominum & imperatorem: & canū
sine aspiratione eruorem & nunquā canem sermo-
ne Tartarorum designat. Produnt itaq; & referūt
Tartari, quod quædam vidua concepit & peperit
filium nomine Cinkis, & quum filii ipsius tanquam
adulteram necare voluerunt, finxit & excusauit se
non ab homine, sed à radiis solis concepisse. Cui
figmento filii credentes marre liberam dimiserūt.
Natus ergo eius Cingos vel Cinkis, homo fortis

I i i i

humilis, & crevit in virum magnū & fortē: & is fuit primus propagator & sator imperatorum Czahadiorum sex Zauolhenstum. Huius filius fuit Iocu cham gentilis & paganuſ. Iocucham genuit, Zaincham tertium imperatorem, qui in orbe terrarum & maxime in Polonia, Hungaria & Russia dicitur Bathi. Iste destruxit Gothiam & Russiam & vastauit Poloniā, Slesiam, Morauiam & Hungariā, prout à principio dictum est. Idem Bathi fuit gentilis primum: tandem sectam Mahometi persuasus cum Tartaris suscepit, quā in hanc diē tenent & sequuntur. Quartus imperator ex Bathi genitus fuit Temir Cutlu, & interpretatur ex Tartarico felix ferrū: temir felix, & cutlu ferrum: erat si quidē felix & bellicosus. Iste est ille Temerlanes in historiis celebatus, qui totā Asiam vastauit, & usque ad Aegyptū p̄transit. Iste imperatorem Turcorum Pesaitem primum confixit, & captiuatum carenis aureis alligauit, & post in breui dimisit. Iste habuit exercitum duodecies cērena millia. Fuit & alius princeps Tar tarorum eo tempore Aclac Cutlu, quod in Latitudo sonat claudus, vel claudum ferrum: quoniam claudus erat, sed ferox. Ista multa bella feliciter gessit, & ciuitatem magnam in terra Czahadai, id est, Tartarorum Zauolhenstum, nomine Cumumedczar, expugnando deseruit, & in solitudinē rededit. Stat domus illius ciuitatis muratae uacue, & ecclesiæ olim Gothorum trecentæ in ritum Mahometicum & Mesquitas absque habitatoribus redactæ. In ea astro illius ciuitatis sit sepultura imperatorum Zauolhenstum. Quintus imperator ex Temir Cutlu progenitus fuit Temir Gzar. Iste, dicitur, per Vitulum ducem Lithuaniae & Vladikaum regem Poloniæ in auxilium contra cruciferos Prussiarum euoca-

tus fortiter pugnás ferro occubuisse. Sextus imperator ex Temirczar genitus fuit Macmetczar. Ex isto genitus est Achmetczar septimus imperator: & achmet sermone Tartarorum exponitur cōponibilis. Achmet genuit Sziachmet octauum imperatorem. Sziachmet sonat quasi religiosus achmet: & Tartari cognominant ipsum Siachmet, quod est martyrizatus achmet: quia per Lithuanos captus detineatur, in Cowno incarcерatus. Iste euocatus per Albertum regem Poloniæ, & per Alexadrum magnū ducem Lithuaniae in solatiuni contra Mendigeri imperatorem Procopensium Tartarorum anno domini millesimo quingentesimo venit sub hyemem cum sexaginta millibus pugnatorum: mulieres vero & pueri fuerunt supra cētum millia: & qā hyems fuit horrida intensiō, frigoris, cōiuncti eius per imperatorem Precopensem clam vocata, frigus & inediam non ferens, in Precopa Siachmet mārito suo cum magna parte exercitus fugit. Itaq; Siachmet militibus diminutus & intensissimo frigore pressus, per Mendigeri Precopensem oppugnat, disiecto eius exercitu conflictus est, & cum trecentis equis versus Baizetum Turcorum imperatorem fugit. Quumq; in Bialigrod, quod sonat albū castrum iuxta mare ponticū peruenisset, intellectus se captiuandū mādato imperatoris Baizer: idcirco præpeti cursu retro cū quinquaginta equis fugit, & in cāpos prope Kiou eusit. Capitaneus vero Kiouiensis per exploratores de ipso certior redditus, circundedit eum cum suis & captiuavit, in Vilnāq; Lithuaniae misit, vnde aliquoties fugerat, & consequutus, comprehensus & reductus est. Alexadro autē rege Poloniæ & magno duce Lithuaniae cōventionem generalem in Bresce Rutenorū agente, ad

venire mandato eius Szachmet ex Vilna, & magnifice per regem Alexandrum ad vnum miliare obuiam sibi eunti suscepitus est: deinceps in Radom per Polonos, ut reduceretur in Tartariam trans Volham, conductis aliquot millibus armatorum leuis armaturæ, decretum est: & ut competetior reductio, & à suis laudabilior suscepit fieret, præmisserunt Cazac Soltan fratrem germanum Szachmet qui trans Volham peruenit, & cū albugerini Czar patruo Szachmet in Czahadai terra eorum cognata moratur. Sachmet uero pro expeditione armatorum in Lithuania transiens, ad suggestionem Mēdigeri Precopensis imperatoris captiuatus est de suo per Lithuanos, et in Couno, quod est castrum iuxtamare Balteum, detrusus ac incarceratus est, vere Sachmet, id est marryrizatus à suis nūcupat⁹.

Quod gentes Scythiae inquietæ sunt & semper rapaces. Cap. IX.

Non possunt Tartari in quiete viuere, quin semper vicinos imperant ac inuadant, prædamq; ex spoliis hominum ac pecorum abigant et reportent, & hoc comune est omnibus hordis Tartarorum, ab exordio & ingressu eorum in hanc diem unde pauca pro multis exemplificando, Anno dominii millesimo ducetesimo quinquagesimo quartto ingens Tartarorum exercitus ex multis legionibus cōfatus, & p gentes Rutenorum atque Lithuaniae adiunctus, cū ducibus Tartarorum Nogay & Thelebuga post festum sancti Andreæ in terrâ Sandomiriensem aduenit, trāsiensq; per glacies induatas fluvii Visle, tā ciuitatē quā ecclesiastis eius incendit, castrūq; in quod vniuersa Sandomiriensium regio cum uxoribus, pignoribus, ac fortunis cōfugiat cinxit, & illud nocte ac interdiu expugnauit: sed

quum nō præualuisset, duces Russicę Vasileo & Leo
 filii Danielis regis Russiæ dolose suaserunt omagiū
 & subiectionem præstituros propter securitatem,
 quod Sandomiriensi feterunt. Tartari autem fide
 violata clamore valido & cōcursu inuesti in castrū Tartarorum
perfida fæuitia
 omnes crudelibus suppliciis truculentissime ene-
 cauerunt, fluxitq; sat. guis occisorum de colle arcis
 tanq; qdā riūus in Villā. Alios vero homines occi-
 dere fastidientes, tanquam gregem cumularos in
 Vistam impulcrunt & submerserunt effusiq; è San-
 domiria Tartari ducatum præbentibus Rutenis, in
 Cracotiam venientes, & eam vacuā habitatoribus
 reperientes in testa & valitudinarios fæuerunt,
 tribusq; mensibus grassati, nullam resistentiā passi,
 onus i præda in Tartariam reuersi sunt. Præterea
 apud Cracoviā puer natus vix semiestris (mirabile
 dictu) articulata voce Tártaros vēturos & Polono-
 rum capita præcisuros prædixit. Cūkis remētibus Prodigium
 interrogatus, an ipse etiā Tartaroru aduentū time-
 ret respondit plurimum sese timere, quum inter
 alios suum caput essent p̄cisiuri. Et ecce sub intēssi-
 mis frigoribus & dēfissimis niubus ferocissima gēs
 Tartaroru famem sedatura, ducibus Nogay &
 Thelebuga primum in Lublienses & Mazoujæ, ex-
 post in Sandomiriensium Siradiensium & Cracovi-
 ensium oras in numero locustatum venit. A castro
 & ciuitate Sandomiriensium, cum ignominia & stra-
 ge, militibus qui in præsido erant, strenue turan-
 bus repulsi, plures ecclesiæ monasteria & munitio-
 nes obtinuerunt & incenderunt. Ad Cracoviā au-
 tem in uigilia natiuitatis Christi ad�licantes, & ea
 expugnare adorsi, aliquot insignes eorum amise-
 runt. ulūatuq; edito ab ea discesserunt, & depopu-
 lationē cū spolis lōgius extenderunt. Dux Lesconi

ger de viribus suorum militum diffidens; in Hungariam cum Griffina sua cōiuge secessit. Et Tarrari grassantes ad alpes Pannonias & ad Slesią peruenere sunt. Terris itaq; prædictis spoliatis, sacerdotibus, lactantibus, & senibus trucidatis cum ingenti præda hominum ac pecorum abscesserunt quam apud Vladimiriam Russiæ parentes viginti unum millia de virginibus dum taxat nondum nuptis computa uerunt: ex quo multitudo cæterorum virorum & fœminarum poterit aestimari. Eodem ferè tempore Tarrari per Cumanos inducti, Hungariam cædibus & spoliis usq; ad Pest vastauerunt, & in ea ab octaua epiphaniarum usque ad festum paschæ comorati sunt. Item eodem anno Tarrari imperium Constantinopolitanum inuaserunt, & pluribus hominibus trucidatis multaloca deserrauerunt. Unde ex his liquet, quod Tarrari nunquam sine spoliis uiuunt, & quod vicinas gentes turbant & inuidunt, veluti istis annis Tarrari Precopenses, sæpe numero Valachiam, Russiam, Lithuania & Moscouiam affligunt. Tarrari vero Nohaienses & Cosanenses Moscouiam inuadūt, & spoliis atq; cedib; implēt. Quæ gens, q̄ ue natio habitet in Scythia, Cap. X.

Quem sint trecenti & sex anni, quod Tarrari ingressi occupauerunt Sarmatiam Asiaticam seu Scythiam, pulsaret forsan quempiā dubitatio, quænā gentes inhabitarint præfata Sarmatiā Asiaticam, & nunc & priscis temporibus Scythiā appellatā. Ad hoc ex præcedētibus facile est secundū historias respondere, quoniā Goths illas terras tēpore aduentus & ingressiois Tartarorum incoluerunt, à vicinis Polouci nūcupari: q̄ sermone Sclavorum, Rutenorum & Moscovitarum rapaces & spoliatores sonat: quia tunc Gothi quæ

admodum nunc Tartari tanquam canes venatici
 vicinas inuidentes nationes molestabant ac spolia-
 bant. Sed altius exordiendo dicamus quod secun-
 dum Ptolom̄cum Pheludianum in secundo qua-
 dripartiti angulus Aquilonis septentrionalis, ubi
 nunc resident Tartari, est de partitione trianguli
 signorum septentrionalium aureorū: dominaturq;
 in eo Saturius cum signo aquarii, qui reddit præ-
 fatum angulum ferocem & horrendum secundum
 incolas eius: sic enim inquit idem Ptolomæus: Qui
 in cōfinibus terrarum Sarmatiæ & terræ Ascardæ
 conuersantur, Aquario & Saturno assimilantur: un-
 de maioris sunt crudelitatis, qualitatesq; animarū
 suarum ferocissimæ. Hæc ille. Malignæ siquidem
 est influentia ille facifer Saturnus, & humano ge-
 neri infestissimus, suis contrariis qualitatibus frigi-
 ditatis & siccitatis semper contrarius. Ex illo er-
 go angulo consurrexerunt, & usque in hanc diem
 insurgunt nationes rigidæ & crudeles humanū ge-
 nus perturbantes, secundum quod Hieremias pri-
 mocapitulo dixit, Ab Aquilone pandetur omne
 malum super omnes habitatores terræ. Quod cui
 placeret examinare, manifestissimum & verum, quia
 diuinum oraculum apparebit. Ibi enim historiæ, &
 Ptolomæus in loco præallegato tradunt mulieres
 quæ Amazones dicuntur, habitasse illis tempori-
 bus terror mundi: nam fragilitate sexus abiecta,
 plures terras vexauerunt, Asiamq; minorē occupa-
 uerunt, & Ephesum famosam urbem cōstruxerunt.
 His deletis & exterminatis successerunt aliæ natio-
 nes Scythæ communiter nuncupatæ, orbi terrarū
 ut plurimum molesti. Tandem superuenerunt Go-
 thi, qui & Gethæ vocantur, quorum captiuia Gr̄
 cis & comicis eorum Geta, & à Dacia Dauus & Da-

Amazones

Getæ

cus, tanquam Sclavi & serui tenui & nuncupati fuerunt. Hi longo tempore possederunt illas terras ciuitatesq; & castra mutauerunt: præda ut semper vixerunt, donec ex Iuhra à finibus septentrionalis Scythiae superuererunt Iuhri, qui postea Hugui, deinde Hungari sunt dicti. Hi Gethos sui multitudine presserunt & expulerunt. Ciuitates tamen & quædam castra non obtinuerunt. Gothi pulsi alias sedes intrauerunt: primumq; Alanos, Roxolanos, Rutenos & Vandulos eicerunt: tandem iuxta mare ponti commorati, Bulgariam, Thraciam, & imperium Constantinopolitanum inuaserunt, quos Zeno imperator perhorrescens & suspectus habens ad Italiam liberandam de manibus Odoacri Eruli misit, prout infra dicetur. Vandali vero & Alani vagi, à Constantino magno sedem petierunt, & promansione Pannonias acceperunt. De his specialiter interius tangetur. Iuhri autem multiplicati per flumina magna transeuntes, vt fertur, per venatores ceruam sequentes ducti & animati, terras Russorum intrauerunt, & Pannoniam propere aggressi sunt: præhcientesq; eis Artlam in ducem, feretoti Europæ molesti fuerunt. Deinceps Gothi qui super remanserant, pace oblata multiplicati sunt, & Tartaros inuatores, immo & exterminatores, prout in principio huius operis diximus, acceperunt. Hec summarie de habitatoribus Sarmatiae Asiaticæ dicta sunt. In sequentibus autem amplius & particularius dicetur.

De Gethis, Cap. X I.

Gothi de Scythia pulsi partim in Taurica insula, & iuxta eam, iuxtaque mare ponti cōmōdatis sunt: partim vero cū Ragaso rege eorum plus quā ducentā milia Italia inuaserunt: & quam-

Roma tremeret, & tantā potētiā expauesceret, tūl
 titudo eorū in aspero montis Fesulani iugo inedia
 cōsumpta est: captusque & in vincula cōiectus est
 Ragasus rex: exercitus vero eius tanquā pecudes
 disiectus, trucidatus, & venundatus est. Hi autē qui
 circa Tauricā & pōtum sederunt, bifaria diuisi sunt
 & qui cum duce Alarico ad occasum in Italiam &
 Galliam profecti sunt, Visigothi, id est occidētales
 Gothi vocati sunt. Qui vero cum principe Frigi-
 derno in locis suis ad mare ponti permanserunt,
 Ostrogothi, hoc est orientales Gothi sunt appellati.
 Exinde apertum & manifestum est, unde ostrogo-
 thi & Visigothi dicti sunt. Paret etiam, quod Go-
 thi sub rege Dacie in Gothia degentes, friuole &
 inepte eis nomina Ostrogotorum & Visigothorum
 appropriant, quum non de ipsis, sed de his quos
 diximus circa pontum & Mysiam cōmoratibus, &
 illis ad Gallias transeuntibus, orientales & occidē-
 tales Gothi primum & vere dictum sit. Illiautē Go-
 thia, in septentrione ad oceanum in terra algidissi-
 ma, haud in oriente degunt: maleque & al. surde alie-
 na nomina eis usurpat. De hoc vide Paulum Dia-
 num libro decimo sexto, capite secundo. Oriena-
 les quoque Gothi Myiam & Thraciam, cæterasq;
 Constantinopolitani imperii, puincas ingressi sunt
 quos imperator expaescens & ab imperio Consta-
 tinopolitano semouere cupiens cum Theoderico
 rege eorum ad liberandam Italiam contra Odoa-
 crum misit. Hi per Seremium & Pannoniam gra-
 dientes, quum propè Aquileiam circa fluvium
 Sontium se suaque iumera rehcerent & pabularēt,
 Odoacrum cum grandi exercitu venientem, & ejus
 oppugnationem inferentem fuderunt. Qui fu-
 giens Romā peruenit: & qā clausas ei portas repe-

rit retrocedendo ad Rauēnam cucurrit: quē Theodericus obſidione cinxit, & post triennium cum eo compositione facta, dolo occidit, totiq. Italiae dominatus est. Qui autem reges Gothorum in Italia, Gallia, & Hispania fuerunt, de facili ex historicis colliges: quoniam de his nō est mihi intentio principalis ſcribendi. Iuhris autem, ſive Hungaros, de Sarmatia Asiana in Pannoniam abeuntibus, reliquiae Gothorum auctae & multiplicatae ſunt, quas Tartari ab oriente ſuperuenientes in toto deleuerunt: ſed & ciuitates caſtraq. demolitiſunt, ut ſolum in Taurica iſula reſidui reperiretur. Verum Ianenes ex Italia Theodosiam ſeu Caffam urbem famosam in Taurica iſula ſub ipſis obtinuerunt, & coloniam fecerunt. Tādem Tartari de familia Vlaniorum, de quibus infra dicetur, per portam septentrionalem iſulam ingressi, totam cum oppidis pagis & capis occupauerunt, ducibus de Mōcup, qui generis & linguae Gothorum fuerunt, duntaxat caſtrum Mancup retinentibus. Postremo Mahumer octauus imperator Turcorum, auus moderni Selabeci imperatoris. Tauricam iſulam comprehendit, Caffam expugnauit, Tarraros precopenses ſeu Vlanos cum toto Cheroneſo omagiales ſibi fecit, & ultra iſulam ad septentrionem, caſtrum Azau in rīpa Tanais incastellauit, & in hunc diem Turci teneant. Binos quoq; duces & fratres de Mancup unicos Gothicī generis & linguagii ſuperstites, ad ſpēgregis Gothorum prolificandorum, gladio percussit & caſtrum Mancup poſſedit. Sicq; Goths penitus tam circa Sarmatias, quam in Italia, Hispania, & Galia exticti ſunt, nec eorū genealogia ap̄lius apparet.

De Alanis, Vandalis & Sueuis,

Cap. X I I.

Alani

A Lani fuere gētes in Alania regiōe Sarmatiæ. Europeanæ, fluminī Tanai origuæ & contermine: & est regio plana, sine mōrib⁹, paucas simositas & colles habens: carer colonis & habitatoribus, queniam ab inuasoribus electi & dispersi, in alienis prouinciis consumpti & extinti sunt. Stant campi Alanī late profusi, tam Alanis quam aduenis possessoribus orbati ac deserti: duntaxat interdum Cazaci eam pertranseunt, quærentes, ut moris eorum est, quem deuorent. Cazac Tarricum nomen est, Cozac vero Rutenicum, valens in lingua Latina seruilem stipendiariū, grassatorem seu reyttero, nem: spoliis enim viuunt: nulli subiecti, gregatim latissimos & vacuos campos tres, sex decem, virginis, sexaginta &c. numero percurrentes. Crescit in illa terra calamus aromaticus vbererrime, tartar skieze le à Polonis nomine à Tartaris mutuato nuncupatus: quoniam nō longe à Tartarorum regione crescit & multiplicatur. Ast vā dali sunt & fuerunt populi Germaniæ, ut suis traditionibus celebrant Plinius, Suetonius Tranquillus, & Cornelius Tacitus, secus flumen Vandalum à regina eorum in libamē & sacrificium diis suis pro victoria ex inimicis adeptis, sponte in ipso submersa appellatum. Hoc flumen Istula & Visla vocatur. Ut autem de Vandals completior historia referatur, accipiendum est ꝑ Sclaui ex Iauan filio Iaphet per Helisam procreati sunt. Noe siquidem genuit Sem, Cham, & Iaphet. Iaphet vero Iauan quartogenitum & fratres eius. Iauan iuxtamare Ionium & Ἀ̄gæum Græcos edit & multiplicauit, simul & Helladicos & Ἀ̄olios Sclauos quæ per filium suum Helisam propagauit: à Iauan enim Ionium mare dictum est. Hebræi quoque Ionios & Græcos lingua eorum Iauā vocitāt.

Z

Hæc est sententia Iosephi de filiis Noe, Sclauitæ, que mox post Græcos ad occidentem tetræ possederunt, Seruiâ, Rasciâ, Dalmatiâ, Mysiam, Bulgariam, Bosnam, Croaciâ, Pannoniam & Sclauoniâ. Fuerunt autem principes Lech & Czech bini fratres, Iauuan nepotes, de femore Helisæ descendentes, Croaciâ ac Sclauoniâ per Crupâ flum rapidum & uelocem disternatas, forte cum cognatione & familiis eorum inhabitantes, regiam locumq; principale suæ residentiæ in Psari castro ac villagio eius nomen tenentes: villa usq; in hodiernum diem cum suo nomine Psari permanet ad fluenter Crupæ, plures inhabitatores & colonos, nostro æquo etiam linguae Sclauonici habens, Castrum vero demolitum solas ruinas & fundamenta arcis demonstrat. Quum autem ex multiplicatione hominum & genealogiarum Dalmatia, Croacia & Sclauonia eas non comprehendenderet, se penumero iurgia & cædes inter fratres, principes & cognatos pullulabant. Quapropter præfati duces Lech & Czech uitando pessima facinora, parricidia & mortes hominum animo cōcordi & cōsilio salubri, collectis rebus & gentibus eorum, per familias & colonias cum tota supellecstile, quantulacunque tunc habebatur, relictis sedibus nativis, ad occidentales diuerterunt regiones exploratum ire & percontari nouas sedes. Sciebat nanque orientales meridionalesq; regiones colonis & habitatoribus occupatas atque refertas: & idcirco frustra eas aggregendas & quærendas. Profecti itaq; peruenere in Morauiam & Bohemiâ, & lustrata vniuersalia regione, vasta quidem & nondū culta, perspecta & aura eius salubri, & gleba fertili, fixerunt tentoria in monte qui Rzip dicitur: cœpitq; Czech frater minor, loci amoenitate delectatus

Bohemii & Poloni
nisi ex Sclauis

à maiori natu germano suo Lech plurimis instans,
 tiis petere terras Morauiae & Bohemiæ hæreditatē suam posterorūq; suorum perpetuandas & populandas. Lech autem ad obeundam & nutriendā benevolentiam fraternalm, consensit votis petitionibusq; Cech, & valedicens processit cum suis versus orientem & septentrionem, deueniensq; in terras incultas, à nemine nūquam habitatas, Slesię & majoris Polonię, suos suaq; omnia exposuit & firmavit multiplicatiq; Lechitæ, qui & Poloni, in his locis majoris Polonię & Slesię, creuerunt deo volente in maximo numero, & impleuerunt Vandaliā, id est Poloniā, iuxta flumen Vandalum, qui nunc Visla nominatur. Impleuerunt Pomeraniā, Cassubiam, & totam regionem secus mare Germanicum, ubi nūc est Marchia, Lubec & Rostoc usque Vestuaria, sortitiq; sunt varias nominationes secundum varietatem locorum quæ inhabitarunt: & hi qui penes fluuium Sueuum, nunc in Teutonico Spreuu Spreua dictum cōmorati sunt, Sueui nuncupati: & alii iuxta eos Burgundi, à casis & aceruis, quos lingua sua Polonica brogi vocant, appellati sunt: sicq; de reliquis, Drevianae & Trauianae à copia lignorum & graminum nomina perceperunt. Tempore autem imperatoris Augusti, ut refert Bergomensis in supplemento Burgundorum, octuaginta millia ex septentrione venientes, ripas Rheni insederunt, quos Drusus & Tiberius nepotes Octavianoi, ut refert Paulus Orosius, expulerunt, & repedare in cognatas sedes compulerunt. Tandem Drusus Rhenum & Albim fluuios transiendo pugnauit. Albus fluuius est per Bohemiam & Misnam usque in mare Germanicum decurrens, Laþya in Boemico nuncupatus, & in Sueuos & Burgundos in,

Sueuuus flu.

Albis flu.

cidit, quibus cum cruentissimam pugnam egit cum victoria. Sed vicit Drusus in eodem praetorio per ferocissimani Sueorum gentem necatus occubuit & in Maguntiam relatus sepultus quieuit. Exinde Cæsar Octavianus, ut mitescerent sub mitiori coelo Sueos, ut inquit Suetonius Tranquillus, traduxit in Galliam, atque in proximis Rheno agris collocauit: ubi urbs Augusta in honore imperatoris Augusti structa est: qui translati in hanc diem Suei à priori patria, & Vindelici à linguaio Vindelicorum atque Sclavorum, nominantur, ipsaque urbs Augusta, Vindelicorum Augusta dicitur. Hæc res, ferunt præfatus Suetonius Tranquillus, & Martinus in sua Martinana parte secunda, sub descriptione Cæsaris Augusti: tametsi Suei de prouincia eorum cis mare Germanicum sita, educti fuerunt: alii tamen Poloni, Vindelici & Sclavi subintrauerunt, & illam regionem repleuerunt. Vnde tempore Valentiniiani imperatoris, ut dicit Orosius & Bergomensis in supplemento, Burgundi iterum ex septentrione de terra Vindelicorum surgentes, ad Rhodanum fluuium pertransierunt, & quia pacifice illeas terras coluerunt, à vicinis eorum intacti Burgundiam ex suo nomine vocaram constituerunt, Sed Vindelicos circa Lubec, Rostoc, Mekelsburg, & fluuium Sueum imperatores Henrici, tanquam gentiles Christum colere nolentes expugnauerunt, sicq; ad extreum Henricus tertius deuictis prædictis gentibus Teutonicos in eorum loca induxit & locauit. Refert quoque historia Henrici tertii, quod quatuor reges Vindelicorum capti, diebus festis & diebus coronationis suæ, lebetes & caldaria in ignominiam eorum ad coquinam eius ferebant: Et verum quidem est, quod usque in hodiernam

diem perdurant Vindelicis seu Sclauis in illis locis circa Lubec, Rostoc, Misnam & Marchiam, non in urbibus, sed in pagis & villagiis, præcipue hi qui Sarbi & Vindæ vocantur, permanent & nomina Polonorum atque Vindelicorum prisca in nominatione locorum, castrorum & ciuitatum. Nam Lubec Rostoc, Mekelsburg &c. nomina sunt Polonica.

Continua narratio de Vandalis, Alanis
& Sueuis, Cap. X I I .

Expulsi Alani è suis sedibus ad Vandalos de-clinauerunt, & simul Pannionam intrauerunt, ipsamq; quasi sexaginta annis inhabitarunt: post ea rem publicam Romanorum inuadentes Gallias affixerunt: & exinde, ut referunt historici, ad Vandaliam seu Poloniam redierunt, & usque ad tē pora Stiliconis commorati sunt: intuleruntq; vt ex quibusdam signis coniicio, immensam multitudinem argenteorum, cum figura & effigie Adriani imperatoris, prout titulus & superscriptio ostendit. Quam monetam in hanc diem est reperire apud Polonos secus decursus aquarum, & illuia pluuiarum, & in campis in cultura agrorum, vocantq; eam ruricola & denarios sancti Ioannis Baptiste, propter expressam imaginem capitis & colli ad similitudinem capitis sancti Ioannis in disco. Tempore autem Honorii imperatoris Stilicon comes Romanus cupiens filio suo Eucherio apicem & culmen imperii conquire-re, Vandals, Sueos, Alanos & Quados concitauit ad arma, & ad perturbandum dominium Romano rum. Qui in Gallis debacchantes, diuina & humana pessundarunt atq; destruxerunt. Deinde Gothis cedentes Hispanias perpetrauerunt, & nunc has, nunc illas terribili mente affixerunt. Deinceps ad Africam occupandam per Bonifacium principē

Rom. euocati transferunt, & illam ferro & igni vas
 stantes cōquisuerunt. Primo itaque anno Gratiani
 puta anno domini tricētesimo octuagesimo primo,
 & deinceps super Vandalo de regno Poloniæ
 exeuntes regnauit Modigis filius annis triginta. Post
 hūc filius eius Gundericus in Hispaniis annis sede
 cim: hic capta Hispali quū manus in ecclesiā ipsius
 ciuitatis extendisset, à dæmone correptus interiit:
 Genserici ex
 deli tas cui Gēsericus frater successit, ut refert Paulus Dia-
 conus, ab Hispanis ad Aphricam transiens, cunctā
 penè Aphricā ferro, flamma, rapinis crudelissime
 deualtauit, fidem catholicam impietate Ariana in-
 festus subuertit, episcopos profligauit. Sub hoc
 turbine, teste eodem Paulo Diacono & Possidio-
 nio beatus Augustinus episcopus Hipporenſis, ne
 suæ ciuitatis ruinam cerneret, expletis annis vitæ
 suæ septuaginta sex migravit ad Christum. Deinde
 Gensericus Carthaginem inuadit: atque capit cū
 validissimo exercitu: ex Aphrica adiectus Romā
 spoliat, multa millia captiuorum cum regina Eudo-
 xia & duabus filiabus in Carthaginem duxit, quā
 Trasamundo filio suo in matrimonium copulauit,
 Campaniam & Appuliam flammis consumpsit, Ca-
 puam & nolam pari ruina stravit. Inter has procel-
 las vir piissimus Paulinus Nolanæ urbis Episcopus
 pro cuiusdam viduæ filio sese in seruitutem tradi-
 dit. Regnauit Gensericus annis quadraginta octo.
 Eo mortuo successit Honoricus filius eius, qui effu-
 gatis amplius quam C C C X X X I I I catholi-
 cis episcopis, & ecclesiis eorum clausis, plebem ua-
 riis suppliciis affecit, & quidem innumeris magnus
 & linguas abscidit: illis tamen expeditissime loquē-
 tibus, ut refert beatus Gregorius in tertio libro
 Dialogorū, & Paulus Diaconus in gestis Romanorū.

Tandem iudicio dei processus, scatēs uermibus misera biliter expirauit. Post hunc Guntamundus nouē annis regnauit. Post quē Trasamūdus, q̄ ducētos & viginti episcopos in Sardinia exilio relegauit. Deinde anno domini quingentesimo vigesimo regnauit Hildericus filius eius ex Eudoxia filia Valentiniani imperatoris à Gēserico captiuata genitus. Hūc pater Trasamundus ad mortem veniēs, sacramēti nodis astrinxit, ne vnquā in regno suo catholice cōsuleret. Qui mox patre mortuo antequā regnum susciperet, omnes catholicos ab exiliis iussit reuocare, & episcopis ecclesias reformare. Regnauit annis octo: Hūc Gilimer perimens, annis quinque post eum regnauit, qui tārē crudelitatis fuit, vt nec parentibus parceret. Tandem Belisarius patritius à Iustiniano imperatore missus est ad Aphricā, qui magnas copias Vandalorum fudit, regemq; eorum Gilimerum viuum capiens catena argentea vindictū Iustiniano Cōstantinopolim misit. Sic vādalorū regnum in Aphrica destructū est. Habes ex prædictis, quod Vādali, Sueui & Burgundi fuerunt de regno Poloniæ, à locis Poloniæ, quæ inhabitarūt, appellatione & nomina sortiti, linguā & sermonē Polonicū profitentes & loquentes. Habes secundo, quod præfati populi Vādali, Sueui & Burgundi, Germani & non Sarmatæ neq; Schythæ fuerunt. Ideo Sigibertus Vincentius in speculo historiali, & cæteri antiquiores, incōcīne & iniuste Scythas fuisse scripserunt. Collige tertio, quod prædictæ gentes non de Scandia insula, sed de Polonia oriundi, partem Europæ occidētalem & Aphricā perturbauerunt. Vnde non recte antiquiores dixerunt eos Scythas ex Scandinavia insula, quum Scythia proprie sit post Tanaim in Asia ad orientem: Scan.

Scandia finit

dia vero, siue Scandinaui fuit & est ad occidentem solis post mare Germanicum in septentrione, Daciæ cohærens, quæ rex Daciæ possidet, multis millibus passuum à Scythia distans. Valde ergo indistincte ac impertinenter iam dictæ gentes Alaniq;, Gothi & Huni ab inexpertis de Scandia dicuntur exiisse, quum in ea nunquam fuerint, nec eam penetrauerunt aut contigerunt. Collige quarto, quod Poloni & Bohemi, Suevi, & omnia genera Sclavorum post diluvium in hanc æratem in suis sedibus & cognatis regnis permanent, & nō aliunde superuenierūt. Nec est verum quod fassus est Blondus (salua nenia tanti historici, in aliis doctissime scribentis, & modernorum sequaciumque eorum) quod Sclavi à Tanai & Bosphoro ascenderunt in Illyricum, Dalmatiam & Croaciam. Lech quoque & Cech principes Polonorum & Bohemorum ad occidentem duxerunt, & terras Vandalorum post egressum ipsorum in Gallias intrauerunt, quū Sclavi in ipsorum pueris, & in principes Lech & Cech in Polonia & Bohemia à diluvio in nostram æratem permane- runt, permanent, & deo fauente permanebunt. Ve- runtamen Ruteni cum suis principibus ascen- dunt eo tempore & aliis de Russia & Bosphoro in Illyricum & Croaciam, & spolia referebat pinguis, nec illic permanerunt. Etiam exeunt de Vandalia seu Polonia armigeri sexaginta millia, nō nunquam centum millia ad oppugnandum hostes : nec per hoc desertatur regnum Polonorum, quum ciues, mercatores & coloni agrorum in oppidis & vil- lagiis intacti permanent absq; desolatione, & sic quod non sint loca ingrediendi & occupandi exteris: sicut fuit & tempore Honorii Cæsaris, quando Vádali pugnatores duntaxat exiuerant in Gal-

lias. Et adhuc inquiunt historici, quod regressi Vādali, qui primum Gallias affigebant, sedes eorum in Vandalia inhabitauerunt: ergo alii ipsas non occupauerunt. Collige quinto, quod linguagum Sclauorum amplissimum est & diffusum, plurimaster ras & provincias possidens, veluti sunt Seruui, Myssi, Rasci seu Bulguri, Bosnenses, Turco hac tempe state subiugati, velut sunt Dalmatæ, Croatæ, Pannoni, Slavi, Carni, Bohemí, Moraui, Slesitæ, Poloni maiores, & minores, Mazouitæ, Pomerani, Cassubitæ, Sarbi, Ruteni, Moscouitæ: hi omnes Sclaui & Vindelici sunt p ampla regna inhabitantes. Sed & Lituani iam sclauonizant: Nugardi quoque Plesco uienses, Smolnenses & Ohulici. Vide chronicas eo rū & cosmographias, Collige sexto, quod cis marē Germanicum Poloni, Suevi & Burgundi, cōsumpti & exterminati sunt per Henricos imperatores, duntaxat Sarbis, & Vindis seu Vindelicis adhuc manentibus, ut expressum est supra.

De Iuhris, Caput X I I I .

Ivhri de Iuhraterra Scythiae septentrionalis sima & frigidissima, iuxta oceanum septentrionis, à Moscouia ciuitate Moscorum ad orientem & septentrionē quingentis milliaribus magnis germanicis distante, ascenderunt & venerunt per terram planam ad meridiem in regionē Gothorū in Scythia ubi nunc Tartari Zahadaienses seu Zauolhenses degunt, presseruntq; sui multitudine, & eiecerunt Gothos de Gothia in Sarmatiā. Quūq; coaliuerint, & penè in infinitum multiplicati fuissent, audiētes à venatoribus, qui ceruā sequentes trāfierant flumina Volhæ & Tanais, quod esset terra Sarmatarū Europæ fertilior & aurē mitioris, coaceruātim præfata flumina trāfnatates, Sarmatas & Rute,

Lingua Sclauorum latiss.

nos confixerunt, Gothosq; insequentes cum eis in Mysia & Thracia bellarunt, & eos superarunt: intrantesq; Pannoniam solo vino & regionis ubertate delectati, mansionem in ea fixerunt: Maternum & Detricum capitaneos Romanorum cum eorum gentibus aggressi confixerunt, & Materno occiso Detricum in fugam verterunt: prætere a regem elegerunt, & supra se constituerunt virum vafrum, animosum & strenuum, Attilam nuncupatum, quæ Hungari suo idiomate Ethele vocant. Is aduocatis & recensitis multis regibus & gentibus, Gallias in gressus, eas tyraniter & crudeliter vastauit. Et quū ad campos Cathalaunicos longe lateq; patentes deuenisset, Aetius patritius cum Romanorum cohortibus, cum Theodorico rege Gothorum, multisq; aliis gentibus aduersus eum accelerabat. Quo cōperto Attila aruspices de victoria consuluit, qui in spectis extis superatum iri inferioremq; ipsum in illo bello fore dixerunt, adiicientes q; maior de inimicis occiderefur: putabatq; Attila quod Aetius supremus dux partis aduersæ caderet, alij quo modo de morte ipsius gaudēs (terribilis enim visa est ei potentia Aetii) acies ordinavit instructis, cauteq; ad vesperum, non in meridiie tubas canere iussit & congregandi. Vbi numerosissimus populus cœlus est, et Theodoricus rex Cothorum, non Aetius, quod Attila optabat, cecidit et occubuit. Attila videns se vixum, se & uos inter currus in medium castrorum recepit: nox enim aderat: præcepitq; è sellis equitum in struem congestis focum accendere, vt si impetereretur præcipitaret se se in igne, & arderet potius quam in manus hostium deueniret. Altera autem die Thoris mundus filius Theodorici regis Gothorum, ultum iri cupiens necē genitoris p̄tra Atti

Iam acies instruebat. Aetius vero suspectam habēs potentiam Gothorum tanquam & Honorū, persuasit Thorismundo, ut omissa pugna ad possidendum solium paternū properaret, ne frater eius regnū preoccuparet: quo promptus d'cessit, Aetiusq; & omnis exercitus ipsius solutus recessit. Tunc Attila exilaratus, spes iniquas vltionis coquebat, & ē loco sedēs urbē Remesem obsedit & expugnauit, sanctūq; Nicasium eiusdē vrbis præsulē cum sorore eius Eutropia & omnibus ciuibus trucidauit. Ad Trecas autē quum accessisset, occurrit ei pōtifex sanctus Lupus, & percorādo dixit: Tu quis es? Cui ille: Attila sum inquit, flagellum iræ dei. Et Iupus arrepto freno equi eius introduxit eum cum suo exercitu in ciuitatē dicens: Bene veneris flagellum iræ dei. Ille autē cum suis cæcitate percussus, vt aiunt, præsisit uren in partē alterā pacificus. Mulier autem pauperima habens decem filias, timore perculsa de suburbo fugiebat, filiam postremo ediram, & in bimatum natam, in sindone ad collum ligata gestabat, duasq; minorennes puellulas in iumento, q; ante se pellebat, portabat: reliquæ filiæ circum circa matrē gradiabantur, & ambulabant. Hanc quum bellatores Attilæ consequuti sunt filiæ eius territæ ad matrē concurrerunt. Mater autem stupida & sui incomposito, vi ſuio properanter currebat, volens se præcipitare, & in ſuio ſubmergere. Sed milites eam insequuti in ripa ſuui rapuerunt, & cum filiabus ad Attilam perduxerunt. Quæ ſupplex ad terram procidēs gratiam precabatur. Cui Attila misertus, datis pluribus nummis & vestibus, liberam cum prole sua dimisit. Sed & aliis qui cum ea adducti fuerunt propter ipsam pepercit. Deinceps Attila in Germaniam descendit, castraq; oppida & uillas

ei⁹ vastabat, donec audiret quod Aetius & Gothi
 denuo nouum militē contra eum pararent: quo p
 motus ad Pannoniā abscessit, & renouato exercitu
vir vltiuus in Italiā per Styriam & Coritaniā pro-
 perabat. Ab exploratoribus autem certior redditus
 quod Aetius & innumeratae gentes in radicibus al-
 pium opperirentur eum, declinavit & diuertit ad
 Dalmatiā & Histriam, eversisq. notabilibus urbibus
 iuxta mare Adriaticum ad Aquileiam venit, & eā
 per triennium obsedit. Et quum viſtualia obſeffor-
 ibus etiā in longinquō defecissent, militesq; præ
 inedia cōtra eum murmurarent, cœpit iterum obe-
 quitare urbem, prospiciens qua parte impeteret
 eam & dirumperet: viditq; auem quæ ciconia voca-
 tur, pullum suum ē summitate arcis rostro in ppin-
 quum arundinetum portare, sic cōsequēter & aliū
 & exclamans dixit, auē præſciā futurorum, nosſe
 urbē perditum iri, ideo fugere: & inualeſcēs cōtra
 ciuitatē cepit eā, & more tyrañico omnes quos in
 ea reperit, in ore gladii trucidauit. Eo tēpore urbs
 magnifica & præpotens Venetiarum ob metum At-
 tilæ extorta est. Progrediens autē ad Lombardiā
 Attila, crudeliter affixit & vastauit eā. Quumq; ad
 Rauénā venisset, aduolauit Leo papa, obnixe & hu-
 militer supplicans, vt à uastatione urbis Romæ &
 totius Italiae supersederet & cessaret, quod & fecit.
 Et dum pugnatores eius admirantes adiuicē re-
 plicarēt, quod Attila neminem timeret, nisi bina
 animalia, lupum & leonem, de pontificibus pro-
 pter quos genti corum pepercit, parabolā sumētes.
 Respondit Attila, Maturum virum clericali habitu
 indutum iuxta leonem cum gladio bisacuto stetis-
 se, & vibrato gladio mortē ei cōminasse, nisi pacem
 redderet, petitorem exaudiendo. Abscessit itaq; &

in Pannonia rediit. Celebransq; nuptias cum una pulcherrima virginē multum vini hausit, & in nocte inter cubandum apoplexia suffocatus, centum & uiginti quatuor annis ætatis expletis interit, & sanguis per nares & os ipsius fluxit. Illa nocte Marciānus Imperator in Cōstantinopoli p somnium vidit Attilæ arcum fractum, arcubus enim gens Iuhorū potissime vtebatur. Defuncto aut̄ Attila, insurrexerunt inter Hungaros dissensiones, digladiationes & strages, ita ut plures eorum occisi perirent, reliquos cum Chaba filio Attilæ rex Gepedarum, et alii olim Attilæ subiecti de Pānonia expulerūt, q; in Gothiam per paludes Meotidas transferunt, tria vero millia ex eis inter eundum de pannonia se regauerunt se ab eis, et in Transsylvania manserunt, et ne à vicinis impeterentur, Siculos in vulgari eorum Czakle se nominauerunt. Qui autē trās Mæotidas et mare Euxinum penetrauerunt, sæpen numero reminiscentes fertilitatis abundatięq; panis et vini ipsius Pannonię, suis posteris differebant et narrabant, vtq; in Pannonia redirent horrabantur. Factumq; est, vt post mortem Attilæ anno tricētesimo primo, recentitis pugnatoribus ducētis et sedecim millibus, viā patrum eorum ingressi, iuxta paludes Mæotidis per Sarmatiam, in Pānonia peruererint temporibus Constantini Imperatoris quinti, et Zāchariæ papæ, videlicet anno domini septingentesimo quadragesimoquarto. Primiūq; in Iazyges ascēderunt, et illic septē capitaneos elegerunt, unicuiq; eorum ppter insultum inimicorum triginta millia pugnatorum consignātes: et vt melius ab hostibus tuerentur, septem castra, cuiq; capitaneo vnum assūgnando, rude et grosse de terra fecerunt et erexerunt, à quibus septem castris in hanc diē Septē ca-

Attila mors.

strensis dicitur. Præterea miserū exploratū ire Pā
noniā quendam ē suis militibus Cusid appellatum.
Is offensō & reperto rege Pannoniæ Suyatoplug
nomine: Sclaus hic erat, nam & tota Pannoniater
ra Sclovorum fuit, licet Romani eis capitaneos &
armigeros extraneos præficerent, ipsum nomine
Iuhri orum adueniarum præsalutando, equum albū
cum sella & freno deauratis obtulit, & parum terre
aque & herbæ ab eo postulauit: quod rex Suyato-
plug cōcessit, & stimabat enim agricolas fore. & tāq
hospites aliquidpiam terræ pro cultura exposcere:
ideo subridens ait, Habeant quantū volunt. Cusid
ergo lagenā terræ, alterā aquæ Danubii, tertiā gra
minis reportauit, & quæ egit suis exposuit. Iuhri co
gnoscentes Pannoniā terram feracem & optimā
esse, nomine primi præfecti Arpad nuncupati,
Suyatoplug int̄mauerūt, ut per amplius in terra eo
rum, pro equo albo, sella & freno deauratis empto
nō maneret. Is sero intelligēs bellū ei imminere, ex
erictū coadunabat. Iuhri autē festine ac celerantes
ad regē prope Danubiū venerunt, & facta pugna
Pánomios cum rege eorū p̄figauerunt. Rex quoq;
Suyatoplug à facie eorum fugiens in Danubium in
cidit, & aq̄s uehemētibus absorptus p̄iit. At Iuhri
Sclovoſ incolas Pannoniæ trucidarunt, terrāq; eo
rum in hanc horam possiderunt, Sclaus vndiq; in
finib; Pannoniæ remanentibus & inhabitatib;
Accipe primo, quod Iuhri à Iuhra regiōe Scythia
de qua oriundi exiuerunt: vocati sunt, & vsq; in no
stra tēpora à Bohemis, Polonis & Sclaus * Hugri
appellantur, ab aliis autem Hugui, tandem & Hun
gari dicti sunt. Accipe secundo quod idem lingua
gium & loquela pronuntiatioq; acuta sunt Iuhro
rum in Hungaria, & illorū qui in Scythia in Iuhra

Hunt allias

degunt. Verum Hungari in Pannonia Chrifticole sunt & politiores abudantioresq; in omnibus. Iuhri autem in Scythia vsq; huc idololatræ sunt & agrestes. Accipe tertio, quo, quod Iuhra Septentrionalissima est absq; altissimis & inaccessilibus montibus nec tantis ut sunt alpes iuxta Italiam, neq; sicut mōtes Sarmatici. Non recte ergo quidā historici tradiderunt, dicentes Huguos exisse de prouincia eorū de montibus maximis & inaccessilibus. Enim uero sunt mōtes in Iuhra cum densis sylvis patētes & bene pmeabiles, quātitatis mediq; & altitudinis, petro si & saxosi quales sunt per totū Septentrionē in fine terræ iuxta oceanū septentrionis. Et scias q; ex oceano Septentrionis quidā pisces idiomate Mosconitarrū morſſi nuncupati, in summitatē mōtis mari adiacētis scandūt, & dentē fricādo se in ascendēdo apēdunt, deculmine mōtis deorsum in partē alterā prolabuntur & cadunt, quos Iuhri & cæteri incolæ Septentrionis capiunt, dentesq; eorum qui ponderosissimæ sunt grauitatis, in Moscouiam mittunt, & post ad Turcos & Tarraros. De quibus manubria & tenacula ensiū, framearum & cultellorū faciūt, ut impetuosiores ictus grauitate adiuuante impellant. Accipe quarto, quod montes Riphæi & Hyperborei non sunt in rerum natura, nō in Scythia, nō in Moscouia, nec vsquam locorū: & quū ferè omnes cosmographi afferant Tanaīm. Edel seu Volham, Dzuina, & magnos fluvios ex prædictis montibus effluere, conficta conficta, & potius fabulosa inexp̄tiſcripſere. Fluit Tanais, Volha & maxima flumina ex Moscouia, de terra plana, cœnoſa & nemorosa, nullis montibus obsita, prout de Moscouia quum peruentum fuerit dicam, si deus auuerit. Bone lector hic est barathrū profundissimū propter claris-

Morbi piscis.

sitos scriptores montes Riphæos & Hyperboreos ponentes. A quorum contradictione veritas ipsa me tueatur & defendat, pro omnibus argutis rationibus, experientiam rerum opponendo, ut qui non credit, videat & experiarur quod ita est quædam dixi. Accipe quinto, quod Iuhri in Iuhra Scythie non colunt agros, non seminant, non habent panem, vinum aut ceruifiam, degunt miserrime in sylvis & foveis subterratis, piscibus vescendo & carnis ferarum, quarum copiam habent, & aquam bibunt, pellibus induuntur ex diuersis animalibus in unum consuendo, pellem lupi, cerui, uulpis, marduris &c. Misera ergo regio est sub polo artico, ut dixit Hippocrates in lib. de regionibus, aere & aqua. Subiecti sunt duci Moscouiae, & pendunt pro tributo pelles sabellorum, schismorum, & similium, quoniam aliis donatiuis carent. Accipe sexto, quod aliqui famosi cosmographi & historici in illo angulo ad mare Septentrionis temperatissimas regiones confinxerunt, in quibus propter temperiem & auras placidissimam beate & diutissime viuant, donec rædio affecti, de montibus sese in oceanum precipitent. Hoc totum fabulosum est: qualis etenim beatitudo sit, non habere panem, merum, & cætera delectabilia: qualis temperies est, cōtinuum frigus quod illuc est pati: In solsticio hyemali perpetuam & continuam noctem sentire: In solsticio vero æstivuo permanentes, & parum tepentes soles videre: sed hæc omitto. Accipe septimo, quod in Iuhra & locis Septentrionis non effoditur aurum, argentum nec aliæ mineræ. Nec correspondent fabulæ, quod illuc essent griffi & magnæ aues prohibentes fodere & efferre aurum. Vnde secundum hoc dico, contrarium autoribus antiquis, quod griffi non sunt in rei veritate

*Error colma
graphorum.*

rei veritate in illa parte Septentrionis, nec in aliis partibus orbis. Affertur autem ad nos avis quædā rapina viuens, quantitatis aquilæ, sed aliis & cauda prolixioribus quam aquila, in similitudinem accipitris, & vocant eam Moscouitæ Kiczoth, nostri vero homines vocant ipsam Byalozor, quasi albicassplendor, quia subalba est secundum ventrem. Hanc omnes rapaces aues, accipites, falcones, & cæteræ rapto viuentes in tantum metuunt, quod inspecta ea tremunt & cadunt, & extinguntur. Accipe octauo quod in Septentrione post Cothiam, Sueciam, Filadiam, Iuhram, & post mare Caspium non sunt monstroſi homines, scilicet monoculi, bicipites, canina capita habentes &c. sunt nobis similes, rare, sparsim, & ab inuicem distantes, pauci numero habitantes, colore ut frequenter liuidi, propter frigus liuidatem corporis eorum imprimens. Hæc vera sunt, & qui scripsit verum scripsit, & scimus quia verum est testimoniū eius.

De Turcis Cap. X V.

Hactenus diximus de quibusdam nationibus ante aduentum Tartarorum, Sarmatiā Asiam seu Scythiam per tempora & tempora inhabitibus, si de Amazonibus, de Scythis, de Gothis & Iuhris seu Huguis. Consequenter dicemus de validis gentibus ex Tartari Czahadaieñ originaliter disseminatis, quales sunt Turci, Vlani seu Tartari Prezecopenses, & Tartari Cofanenses: item Tartari Nohaeñ. Et primo de Turcis pauca dicamus. Post aduentum Tartarorum ex oriente, in terrā Gothorum quam ipsi Gzahadaieñ vocat anno quasi nonagesimo, Quidam miles magni Cham nomine Ottomanna, fortis humilis & fortua tunc obscurus, viribus tamen corporis robustus & aue

Ottomanus à quo Turc. Imperat, Ottomann

AA

dax propter certas ut ei videbatur iniurias, è Tartaris in quadraginta equis scedens, cœpit occulte in Cappadocia mōtes & aditus opportunos occupare & ex opportunitate loci & temporis pradas agere: ad quem plurimi grassatores, ut hinc huiuscmodi genere huminum, cōfixerunt, & coaluerunt veherēter, na ut quod prius occultis insidiis egit, palā & parimarte tūc cœperit oppida, ciuitates & genres inuadere & occupare. Et quia nō reperit resistētes, ipse celer, manu audax, & dexteritate fottunatus per errores, cōimitationes, & per aliquarum ciuitatum direptiones, occupauit & possedit Cappadociā Pōtū, Bithyniā, Asiā minorē, Pamphiliā & Ciliciā. Itaq; ex ipsa familia Otumanorū siue Turcoe originem duxit, quia ab Aquilone pādetur omne malū super vniuersam terram. Quod autē Turci propago & soboles sit Tartarorum, identidas morum, loquelae & pugnandi demonstrat. Nam habitum modumq; equitandi & curte in sedendi, sagittis quoq; & arcubus pugnādi eundē habuerunt, & nunc ut plures habent cum Tartaris. Sermonē etiā & lingua Tartarorum cōnatū habēt: nō differ loquela Tartarus & Turcus, nisi modice, velur exemplariter diceretur, sicut Italus & Hispanus, vel Polonus & Bohemus. Otumano ex humanis rapto, filius eius Archanes secūdus eex Turcorum successit, audacia & ambitione patri haud absimilis, sed disciplina rei familiaris lōge pitior: quo factum est ut dominii & imperiū à patre ceptū, suapte industria auxerit & cōseruauerit. Deinde tertius rex subsecutus est filius Archanis nomine Ammurate, hic Græcis dissentiētibus & Imperatore Trapesuntino & Cōstantino de imperio certatibus, in adiutoriū p Trapesuntinum Imperatorē preuo e vocatus, &

in Thraciā p Helleponsum traiectus, vafer & astutus euentum belli prorogauit atq; protractit, donec Græcis viribus & diuiniis fractis & eneruatis, occasione habita, in eos arma vertit, & Thraciā occupauit. Eo defuncto Pesaites quartus rex filius surrexit qui rerum maximarum cupidus, Macedonia, Thessaliā Phocidē, Bœotia, Atticā sui iuris effecit, Bulgaria, & Illyricos assiduis excursionibus debilitauit, & suburbia egregiæ vrbis Cōstantinopolitanæ spoliauit. & ciuitatē cibsidione atq; fame intantum excruciauit, ut Imperator Cōstantinopolitanus ad Italiam & Galliā auxilia mendicaturus profectus sit. Sed deo disponente, Temir Cutlu magnus Chā Tartarorū, quem historici Temerlanē dixerunt, affigendo & tanquā fulgur Asiam pertransiendo, incidit in Peſaitē præparatū & occurrentē ei, quē profligauit, et captiuatum catenis aureis alligauit & abduxit, breviq; dimisit, qui paulo post obiit. Post hunc quintus rex Alpinus appellatus regnauit, Aduersus istum Sigismundus Hungariæ & Bohemiaræ rex ac Romanorum Imperator copiosum duxit exercitum, Collatisq; singulis, tumultuose fusus castra reliquit, & paruo nauigio vix per Danubiū turpem sibi inuenit salutē. Amplius sextus in ordine rex Turcorum Mahumetes tributa grauia impoſuit, eyursionibusq; fines sui imperii dilatauit; pterea sublato Mahumete morte, filius eius Ammūrates secūdus regnauit, hic Thessalonicā urbē illūstrē euerit, Cyprū & Aetholiā subegit, Tribulos, Illyricos & Hugarios vastauit, Vladislau Poloniq; & Hungariæ regē in primis feliciter pugnante, vltimo cōgressu ad lacū Varnēsem, Ioāne Hunyad cū Hungariis è prælio secedētibus supauit, & misere cū suis occidit, elatusq; victoria Peloponensium vi cepit, &

muros Isthmi Corinthiaci funditus deiecit: vita deniq; functus, Mahumetem filium octauum regē reliquit, qui Constantinopolim anno Christi M. C C C L I I I, die vltimo Maii, post obsidionis quartum & quinquagesimum diē, summa vi & extrema oppugnatione cepit, Peram subinde opulentissimum oppidum p ditionē demolitis muris ac cepit, Bulgariaq; & Rascia potitus, Smyderou magnificū castrum Rasciæ supra Danubiū situm adeptus est, & ex eo Dalmatiā & Croaciā in solitudinē rededit, Stiria quoq; & Austria penetravit. Deinde Nigropontuum sub Venetis expugnauit, Theodofiam, nunc Caffam nuncupatam in Taurica insula, Ianuenium coloniam vna cum præfata insula expugnauit & comprehendit, binosq; principes de castro, Mācup, ut fertur, postremas Gorhorum reliquias gladio percussit, & Mendlingeri Imperatore Tartarorum in prædicta Chersoneso Daurica, vi iuris fecit. Moldauiam & Valachiam vastauit, & cum Venetis sedecim annis continuis pugnauit, cum Husacasan rege Persarum similiter continuum bellum gessit, saepè iactus, nonnunquam & ipse uictor fuit. Obiit prima die Maii, anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo primo, in Constantinopoli sepultus: pro ipso Turci^t Baisseturum filium eius ad imperium assumpserunt. Zeliabus vero minor natu filius Mahumeti indignatus ad Soldanū Aegypti recurrens, & exercitum comparans, cum Baisseto infeliciter pugnauit, & ad Rhodieñ, fugit quem magister ordinis Rhodiensis capriuum in Franciam misit, & postea Alexandro papæ sexto obtulit. Ludouicus autem rex Galliarum ad Appuliā consequendam per Romanam transiens. Zeliabum à domino papa per contractum accepit, & inter eum,

affas Baizet

dum veneno, an fatigatione itineris, incertum est,
extinxit. Expugnauit autem Baifetus nonus rex Tur-
corum Ciliā & album castrum in Moldouia. Modon
quoque insulā & urbē eiusdem nominis, sub Venetis vi-
& obsidione cōquisiuit. Cum Sophi rege Persarum
sæpe pugnauit, & quasi semper succubuit. Dum autem
senuisset filius ipsius Selimzabeg, quē nostri homi-
nes Selēbeg vocant, imperium sub eo arripuit, &
Baifetus ad insulā in qua nutritus erat, deductus
breui occubuit. Decimus rex Turcorum Zelēbeg
modernus surrepto imperio, fratres suos necauit &
extinxit, deinde minas Christianis p̄cipue Panno-
niæ bellum inferre p̄posuit. Deus autem omnipotens
excelsus suo iudicio aduersus eum Sophi regē Per-
sarum cōcitauit, & aliquot præliis p̄fictū superare
cōcessit. Tribus autem Imperatoribus postremo di-
ctis Cōstantinopolis sedes imperii, quondam secun-
da Roma dicta, domicilium assiduum factum est,
ita ut à circumfisis incolis, p̄sertim à Sclauis, non
Byzantium nec Constantinopolis, sed Czarou dom-
id est, domus Cesaris diceretur, & est Cōstantinopo-
lis triquetræ figuræ, duobus angulis mari adiacens
tertio campos prospectans, eius ambitus decem &
octo millaria Italica continet, nō habet gradia pa-
latia, nisi thermas & scholas philosophantiū ma-
gnifice nouiter structas: templum vero sanctæ So-
phiæ, hoc est, sapientiæ dei, qui est Christus vera so-
phia patris, egregie olim ædificatum per Mahume-
tem imperatorem secundum Turcorum deiectum
est, & stabulum ferarum factum. Rēcta vero Italica
rotunda figuræ, ambitu murorum triginta duo mil-
lia cōtinet, ferè duplo ambitu Cōstantinopolis ex-
cedens, & habet septem colles & palatia pretiosa.

De familia Tartarorum Vlanorum siue

AA ii

Altera soboles & genealogia ex Tartarî Za
uolhensibus dêriuata est Tartarorum Vla-
norum ab Vlano inuasore insulæ Taurice cognô-
minata. Vlana puella est & virgo, & quia vlanus de
virgine & puella genitus est sine legitimo thoro,
Vlanus nuncupatus est, suisq; posteris in Cherson-
so Tauricano nomen indidit. Etiam virgines im-
pregnari & cōcipere absque viro apud Machome-
tistas nullum miraculum est, quum apud ipsos hoc
sæpius cōtingat & prædicetur. Est autem Taurica-
na insula inter paludes Mæctidas, longitudinis ui-
ginti quatuor milliarium latitudinis vero quinde-
cim milliarium, habet tres ciuitates, Solat, Kirkel,
Cassam: & duo castra, Mankup & Azau. Solat Tar-
tari appellant Chrim, & Cæsarem Precopensem,
exinde Chrimensem Imperatorem vocant: & ciui-
tas illa domus exiles haberet, & est deserta pro natio-
ri parte. Alia ciuitas minor est Kirkel, & supra eam
in rupe alta est castrum ex lignis & argilla factum.
In hac rupe, ut fertur draco commorabatur, & tru-
cidabat homines & iumenta, propter quem incole-
fugientes, habitationes propinquas vacuas relique-
runt, & quia Græci & Italici insulam inhabitantes
gloriosam dei genitricē Mariâ precati sunt, ut eos
à dracone liberaret, viderunt successu tèporis cāde-
lam ardentē intra rupē: inciderunt ergo & secue-
runt gradus ascendendi in rupe, & peruenientes
ad cādelā ardentē, imaginē sanctissimę genitricis
Mariæ cōspexerunt, coram qua lumen arsit, draco
nēq; desubtus p̄ mediū ruptum iacētē, Egerunt ita
que gratias de tam mirāda liberatione, & draconē
in frusta sectum, proiecerunt extra rupem, & qd in-
colæ glorificantes beatam virginem, ad imaginem

eius ascendebant veneratum. Acigeri Cæsar Præcopensis contra fratres suos pugnans, exemplo eorum motus, supplicauit beatæ virginis Mariæ, ut eum adiuuaret, votum vouens quod virginem benedictam remuneraret. Nam Mahumetici venerantur beatam Mariam, profiteentes eam virginem absq; thoro virili magnum prophetam Iesum benedictum concepisse & peperisse. Quumq; adiutus superaret suos æmulos, binos equos quos habuit meliores vendidit, & exinde cera empta, maxima duo lumina sive candelas fecit, & ante imaginem coram ardere quotannis iussit, quod in hanc vlsq; diem per subsequentes Imperatores continuatur.

Tertia ciuitas est vrbs Theodosia, nūc Caffa dicta, Theodosia quam expugnauit sub Ianuenibus Mahumetes sc. vrbis.

cundus Imperator Turcorum castrum vero Mankup, quod est versus occasum à Caffa, præfatus Turcus Mahumetes vi accipiens, binos fratres principes & dominos castri Mankup, vt dicitur, reliquias ultimas Gothorum gladio occidit. Azou quoq; castrum circa ostia fluuii Tanais situm incastellauit, & Turci vlsq; nunc tenent. Tartari vero Vlani ab ingressu insulæ in campestribus eius, vt est innata consuetudo Tartarorum, degunt, & extra insulam iidem campestria Sarmatię Europeanę iuxta paludes Maeotidas &, mare Ponti vlsq; ad Album castrum occupando possidēt. Ingressumq; in insulam seu introitum ad occasum solis fecerunt aggerē de terra longitudinis unius milliaris, in modū pontis sternentes, rude tamen & semiplene, ita ut aquæ maris in aliquibus locis aggerē pertransiant. Insula ergo antiquitus Taurica dicebatur: nūc vero Prezekop, quod sonat fossatū, quoniam aquæ circumdederunt & eam protegūt, tanq;

fossata aquisplena ciuitates: sed haec hactenus, Videlamus deinceps genealogia. Post Vlanum in Taurica regnauit Tachtamis Czar, qui vna cum Vitoldo duce Lithuaniae contra fratrem suum Temir Cutlu Czar Imperatorem Zauolheñ pugnauit, & superatus est. Ex Tachtamis Czar filius eius Szidachmeth Czar regnare voluit: sed Acikerei Czar expulit eum, & ipse met pro eo regnauit. Szidachmet autem pro auxilio in Lithuaniae perrexit, & captivatus per Lithuaniaos cum uxore & filiis in castro Cowno incaceratus est, ibi cum coniuge & filiis mortuus in diebus Cazimiri tertii regis Poloniae & magni ducis Lithuaniae, defuncto Adzigeri Czar: quia septem filios reliquerat, senior filius Haider nominatus obtinuit imperium. Medlingeri vero unus ex prefatis filiis ad Imperatorem Turcorum confugit, & accepto subsidio & uxore a Turco, dispersit & elecit Haider & lamurci cum aliis fratribus. Hi ad Iuā Vasilowicz Moscouiae ducē fugerunt, qui suscepit eos, & duca cum Cosenensem eis donauit. Ex Medlingeri Czar nouē filii natissunt, primus Mahumet Cerei, alter Achimet Cerei, tertius Machmut Cerei, quartus Berhi Cerei, & est submersus dum praedā ageret per fluuum in Valachia anno domini M.DX. Quintus Burnas Cerei, sextus Mubaret Cerei, septimus Sadech Cerei, octauus & noni nomina non reneo. Nunc pro patre suo regnar Mahumet Cerei Czar. Et scias quod licet Tartari Preze copes magis ciuiles militaresq; ratione auræ sexti climatis quod inhabitat deberet esse, tamen non deseruerunt priscā suā lupinā rapacitatē & ferinā crudelitatē, sicut bestiales q; cāpos & sylvas inhabitant, & non ciuitates nec villas inuadunt enim singulis annis, vastant & depredantur Russiam, Lithuaniae, Valachiam, Poloniā

& quandoq; Moscouiam.

De Tartaris Kosanensibus, & Tartaris
Nahaiensibus Caput XVII.

Tertia horda Tartarorum Kosanensium nuncupata est sic à castro Kosan supra flumen Volha circa metas Moscouiæ sito, penes q̄ cōmorantur. Et exiuerunt de principali horda omniū Tartarorū videlicet de Tarraris Czahadaieñ, siue Zauolheñ, sicut & ceteri Tartari omnes. Has bet autem prædicta Cosanensis horda quasi duo decim millia pugnator̄ in necessitate autē, q̄do ad uocat alios Tartaros, ad triginta millia bellator̄ cōstituunt. Istorū principes, & facta eorum genealogiaq; nō scribunt quoniā omagiales sunt ducis Moscouiæ, & p̄dēnt ex arbitrio eius in viuēdo, in belādo, & duces sibi eligēdo: idcirco q̄ de Moscovitū principe dicetur, de ipsis poterit accipi & adaptari. Quarta horda recens & noua, ultimo ex Tartaris Zauolheñibus orra est Occassorum siue Tartarorū Nahaien. Nā postq; Occass. insignis seruus & miles magni Cham, habens triginta filios, occisus est: filii secesserunt à capitali horda Zauolheñ, & iuxta castrum Sarai de gerre cōperunt ante hunc annum Christi millesimum quingēsimum decimum septimum, circiter septuaginta annos, vel paulo minus subitoq; in immensum creuerunt, intantum, vt hac tempestate numerosissima & maxima surrexerit horda ipsotum. Isti sunt septentrionaliores & frigidiores omnium Tartarorum, Moscouiæ à parte orientali adiacentes, & se numero eam inuadentes atq; spoliantes. Dominantur inter eos filii & neptones Occass. Non habent pecuniam nec monetam sed res pro rebus vendunt, puta proseruis, profiliis, pro pecoribus & iumentis.

MATHIAE AMICHOV

DE SARMATIA EUROPEA

LIBER SECUNDVS

De Russia, de tractibus eius, & abundatia
& contentis in ea, Cap. I.



OSTQVAM diximus de Sarmatia Asiae, quæ Scythia vocatur, restat dicere de Sarmatia Europea, & in ea primū occurrit Russia, olim Roxolina dicta. Latus eius orientale adiacet fluminī Tanai, & paludibus Mæotidis, secernentibus

Asiam & Europam. Priscis autem seculis Alanii habitarunt ad flumen Tanais: deinde iuxta illos ad meridiem Roxolani. Hæ autem gentes in toto deleræ perierunt, campiq; latissime patentes spectantur deserti, solis feris & Cosacis seu prædonibus puii, prout supra dictum est. Post hos supersunt reliquæ Circassorum versus meridiem, & sunt gentes ferocissimæ & bellicosissimæ, genere & lingua Ruteni. Deinde est castrum Oczarcou nuncupatum, & Imperator Tartarorum Prezecopensiū extruxit, in dominio Lithuanorum, & post quasi duobus miliariis ab Oczarcou in meridiem sequitur Dzassou & fuit castrum quod ante tempora nostra demolitum est: à Dzassou in Byaligrod quod Turci occuparunt, sunt sex miliaria. Sequitur Podolia ad occasum, Moldaviae & Valachiae contermina ad meridiem, ad orientem vero campis Tartarorum & Tauricæ insulæ: hæc terrarum fertilissima, ce

terisq; et mellis feracissima. Nam agro rude cul-
to et parum inuerso atq; exarato frumentoq; super
seminato, tribus annis sponte frumentū germinat,
ita tamē quod colligēdo tēpore messis segetē, ali-
quidpiā graniōrum p̄mittatur in terrā decidere ad
surgedū ex eis frumētum in anno sequēti, sine cul-
tura et sine agri aratura. Gramē quoq; et pascua rā
cito ac vberrime fundit et prodit ut perticā in tri-
bus diebus supercrescendo cōregat et arastru in
locis graminosis derelictum in paulo pluribus die-
bus, graminibus sepiat & cooperiat. Examina vero
apūm non solum in mellificiis & arboribus cauatis
mellificant, verū in ripis & terra sponte melia repo-
nūt. Cōtingitq; sēpē numero, ut examina apū supue-
nientia & priores apes exterminātia, ruricolaē ad-
uolātia agmina apum trucidē taut in aquis mergāt
ut quæ præfuerunt hæreditarie mellificarēt & ma-
nerēt. Postea ad mōtes Sarmaticos habitat genus
Rutenorū, quibus præsidēt nobiles Polonorū. In Ko-
lomya, in Zidazou, in Sniatin, in Aoatin, in Busco
&c. Sub eisdem montib; sunt tractus Halicien-
ses, olim Galicia dictis, & Prezēmissien, & in-
ter montes Sarmaticos tractus Sanocensis. In me-
diūm Russiæ renendo est, Leopoliensis terra, &
vrbs in ea bene munita eodem nomine nuncupa-
ta, habens duo castra, superum & inferum & est
metropolis Russiæ. Septentrionēm sunt tractus
Chelmensis & Belzenensis, terra quæ in medio iacēs
Clauditur autem Russia à meridiē Sarmaticis mon-
tibus, & flumine Tyras, queni incolæ Niestr ap-
pellant. Ab oriente finitur Tanai, & Mæotidi-
bus Tauricaq; insula. A Septentrione Lithuania
ab occasu vero Polonia. Ex Moscouia au-
tem aduenit Borysthenes, ab incolis Diēnpr nun-

cupatus famosus fluuius, per Lithuania & Russiam currens, & sub Smolensco & sub Kiou labes, in hunc ab occasu circa Chmyelnik oppidum consurgens, Boh non exiguus fluuius illabitur: & quum mensus esset Borysthenes, quasi trecenta millaria Germanica, in mare Ponti cadit. Amplius terra Russiae quum sit fertilis, abundat melle & medone, potu ex melle facto, adducitur & vinum ex Pannonia, & vinum ex Moldavia atque Valachia, quibus ad iacer: sed & vinum Graecum ex Graecia, & est forte: etiam cervisiam ad nutum habet. Abundat equis bovis, & oviu gregibus abundat cera in maxima copia, abundat pellibus mardarum, scismorum, uulpium & boum. Abundat fluminibus quibus irrigatur, & aquis pisculentis, ita ut ubi aqua inuenitur, & pisces in ipsa reperiantur: non impiscantur stagna & piscinæ Russorum, sed ubicumq; atque repinguuntur, illic & pisces de rore coeli, ut aiunt, demittuntur, absq; hominum cura & impiscatione: sunt quæ in tractu Leopolensi lucei magni & laudabiles, & in petras tâquâ in laminas diuisibiles. Abundat Russia calamo aromatico in terris versus Tannim & paludes Maeotidas. Item reuontico in eisdem terris & in Lithuania sic & pluribus herbis ac radicibus alibi nō visis. Abundat terra Russia granis tintorum quæ copiosissime excrescunt: & quum priscis temporibus ad Ienuam & Florentiam urbes Italicas importarentur, nunc uix aliquid de eisdem colligitur. fereq; in toto frustrata & non collecta pereunt. In tractu Chelmensi rami piniarboris defecti, & in terra iacentes, in anno aut in duabus iiii laxa & silices vertuntur: est quæ ibi creta seu terra alba in copia quæ ad nos dicitur. Est & sal gr in lacu Kaczibeio temporibus siccis colligitur, &

quia prope est Oczarkou castrum Tartarorum, interciuntur & capiuntur interdum per Tartaros ductores salis vna cum palustris ducentis quādoq;
& trecētis. In terra quoq; Prænemissensi & in Dro
hobiz sal coctum in bolas ac portiones collectum
reponitur. Præterea in Russia sunt plures sectæ, est Russarum re-
enim religio Christiana Romano pōifici subiecta,
& illa regit, & præualet, quanquā sit exigua nume-
ro. Est altera secta Rutenorum amplior, quæ ritum
Græcorum insecatatur, totam Russiam adimplens.
Est tertia secta Iudeorum non usuriariorum velut
sit in terris Christianorum, sed laboratorum agri-
colarum & mercatorum magnorum, præsidentq;
vt sāpe teloneis & exationibus publicis. Est quarta
secta Armenorum, præcipue in ciuitate Kanyeny e-
censi & Leopolensi. Hi sunt mercatores peritissimi
ad Caffam, Constantiopolim ad Alexādriam Ae-
gypti, ad Alkairam & partes Indiæ penetrantes &
merces afferentes Ruteni habitu & ecclesiasticis of-
ficiis Græcos insequuntur, habētq; proprias literas,
& abecedarium instar & proximum Græcis. Hebrei
similiter Hebræorum literis utuntur & disciplinis,
verum etiam artes liberales, astronomiam & medici-
nam perscrutantur, Armeni suo ritu gaudent &
literis. Inter sanctos colunt plus Taddæum apostolū
afferentes quod eos conuerterit, & fidem Christi
docuerit. Deinde & Bartholomæum sanctum dei
apostolum venerantur, per quem multos articulos,
vt afferunt defide acceperunt: habent magnifica
& plurimum decora ecclesiastica apparaenta, pla-
netas & ornatus non scissos, sed omniquaque rotū
dos, libros calices, & cæteram Christianorum ve-
ranorum splendidam supellectilem. Quo autem ad
spirituales præsides & pastores, Christianorum ap-

chi præful est Leopolieñ, Metropolitanus Russorū & Lithuanorum, habens sub sua ditione Kiouien, Kamyenyecen, Prænemilieñ, Chelmeñ, Lucerien, & Mednieñ, episcopos. Rutenorum vero metropolitanus est Kiouieñ, quæ olim metropolis Ruslæ fuit: habet subiectos Vladicas, & episcopos de ritu Græco in Moldavia & Valachia usq; ad flumen Hiftri seu Danubii, vnum in Russia Chelmensem, alterum in dominio Lithuanorum Vladimiriensem sive Bresteñ, tertium Pinsci seu Murouusci, quartum Poloceñ, quintum Luceñ, sextum Smolensem, & passim cunctes alios Vladicas ac episcopos in terris Moscorū & in Septentrionem de iurisdictione Moscorum pretensorum. Isidorus metropolitanus olim kiouieñ, lingua & doctrina Græcus peritissimus, tempore Eugenii papæ quarti ad cocilium Florëtinum in cunctum equis iuerat, & vniione ecclesiæ Romanæ percepta in Russia redierat: hunc Mosconitæ obedientiā Romanā eis p̄dicantē spoliauerunt, & in necem extremā impulerunt. Sequuntur Ruteni doctores & theologos Græcorum, præcipue Basiliū magnū, Gregorium Nazanzenū, & Ioannē Chrysostomum. Gregorium Nazanzenum eorū sermone Bogoslov nuncupant, quod in latino sonat, laudans deum. Acceptant & uostrum sanctum Gregorium papam Romanum, præcipue in libris moralium, quæ translatum legunt & lingua eorum Byessednic, q̄ ualeat cōcionantē, persuadentē vel prædicantē, vocat. In ecclesiis Rutenorum lingua Seruiorum q̄ est Schauonica, diuina celebrant, legunt & cantat. In ecclesiis Armenorum sermone Armeno. In synagogis Iudeorum lingua Hebræa orant. Christiani autem ritu Romano latino sermone cárant, orant & legunt. Et scias q̄ in fluminibus Russiæ & Lithuanic præ-

tipue in Boristhene & Boh, tempore æstatis multipli-
clicantur ephemerae, & sunt vermes & volatilia alata,
quaternis, interdum senis alis oriuntur & gene-
ratur, mane currunt sup aquas, & volat super ripas
circa meridiem: in occasu autem solis extinguntur.
De his loquitur Aristoteles primo de historiis anima-
liis & i Problematib?: & medici de febre ephemera.

De Lithuania & Samagithia. Cap. II.

Magnus ducatus Lithuaniae est regio latissima in ea sunt plures duces Lithuaniae & Russiæ: unus autem præses & monarcha, cui ceteri omnes subsunt magnus dux Lithuaniae vulgo nuncupatus. Aint autem vetustiores & antiquitatum relatores, quod quidam Italici propter Romanorum dissensiones deserentes Italiam ingressi sunt terras Lithuaniae, & nomen patriæ Italia genti vero Itali indiderunt: quæ per pastorem terra Litalia & gens Litali, litera præposita cœpit nuncupari. Cuteni autem & Poloni eorum vicini majorē immutationē fuentes, usq; in hodiernam diem terram Lithuaniae gentes vero Lithuanos appellant. Hi pri-
mum condiderunt oppidum Vilno, eleuationis poli quinquaginta septem graduum, & ex nomine ducis Vili, quo cum illas regiones ingressi sunt, Vilno vocauerunt, fluminibus quoque circa ipsum fluentibus Vilia & Vilna ex eiusdem ducis nomine indiderunt nomi. a. Samagithiam autem de suo sermone sic nominarunt, quod lingua eorum, terra inferior sonat. Aliqui autem ignari historiæ, à lituo quod est cornu, & tuba venatorum, eo quod regio illa plures venerationes exerceat, Lithuania appellari voluerunt, quod ad effectum, non ad historiæ originē spectat. Hæc gens Lithuanorum annis superioribus adeo

Litalia

obscura, contempta, et viliis apud Rutenos fuit, ut principes Ciowien ab ea sola perizomata et subera ob egestatem et soli natiui sterilitatem in signum tammodo subiectionis exigerent: donec Vithenen dux Lithuanorum rebellionem primum contra Rutenos induces; et seipsum ducem inter populares constituens, astu principes Russae aggressus conflixit, sensimq; adeo crevit viribus, ut iugo principibus Russae injecto, etiam in tributa eos redigeret sibi pendenda, quae per plures etates Ruteni ipse penderat. Posteriq; duci Vithenens succedentes furtiis lupinis & subitis incursionibus finitimas gentes Russae, Prussiae, Mazouiae & Poloniæ inuadebant & diripiabant: donec fratres cruciferi Theutonici ordinis beatæ Mariæ per Conradum ducem Mazouiae aduocati, & in auxilium assumpti, Prussia vi & continuis armis conquisita, Samagitas & Lithuaniae aggressi, debellare, captiuare, & opprime re pluribus oppugnationibus coeperunt, tam diu donec ad Olgerdum & Ceystutum duces Lithuaniae successive peruererunt. Fuit autem Olgerdus magnus dux Lithuaniae, cuius filius erat Jagello, postea baptizatus, & Vladislaus nominatus, in regem Poloniæ coronatus. Frater autem ipsius Olgerdi fuit Ceystuth, maximus expugnator & persequitor Christianorum, qui inter pugnandum cum cruciferis Theutonicis in Prussia ter captus, terq; astu & mira euasione contra voluntatem cruciferorum liberatus est vinculis fugerat. Huius Ceystuth filius fuerat Vitaudus seu Vitoldus magne virtutis princeps, Jagello autem qui postea & Vladislaus, sub treugis pacis captiuando Ceystuth, & filium eius Vitandum, Ceyuth in carcere occidit, Vitandum vero in vincula coniecit. Tandem a cruciferis & Christianorum

Christianorum exercitibus s̄pēnumero Iagello
pressus, deo miserāte ad Polonos declinavit, fideq;
Christianā cum fratribus suis, quos octo in nume-
ro habuit, vnda baptismatis ablutus, & in regem
Poloniæ coronatus, Hedwigim filiā Ludouici Hun-
gariæ & Poloniæ regis illustrissimam ac speciosissi-
mam in confortem accepit, anno Christi millesimo
tricentesimo octuagesimo sexto, die Iouis, quartæ
decima mensis Februarii, quæ fuit sancti Valentini.
Cœpitq; præfatus rex Vladislaus secundum pro-
missa vigilare & instare, ut gentem Lithuanicam à
tenebris erroris ac idolatria expurgaret, assumptis
quoque secum Bodzanta archiepiscopo Gneznēsi,
& pluribus viris ecclesiasticis atq; religiosis. Item
regina Hedwigi, Semouito & Ioanna Mazouiæ, Cō-
rado Oleśnickensi ducibus, & complurimis baroni-
bus, anno domini millesimo tricentesimo octuage-
simō septimo in Lithuania intravit, & baptisma
suscipere Lithuaniaos procurauit. Colebant autem
ab origine Lithuani humina, ignē, syluas, aspides
& serpentes: ignem qui per sacerdotem lingua eo-
rum zincz nuncupatum, subiectis lignis adolebat:
syluas autē & lucos sacrosanctos & habitacula deo-
rum putabant: aspides vero atq; serpentes in singu-
lis domibus velut deos penates nutriebant & vene-
rabantur. Rex itaque Vladislaus ignem sacrūm pu-
tatum in ciuitate Vilnensi, barbaris inspectantibus,
extingui, templum & aram in quibus siebat hostia-
rum immolatio dirumpi, syluas vero succidi & con-
fringi, serpentes quoq; necari præcepit, barbaris
fletibus deorum suorum falsorum exterminium,
contra regem autem nec missitare audentibus, tri-
rantibus quoq; quod Poloni sacrorum violatores
ignis syluarum & serpentium intaci illæsiq; à diis

BB

eorum, secus quam ipsimet quoties violabat, fuerunt. Exterminatis itaq; idolis, gens Lithuanorum per aliquot dies de articulis fidei & oratione dominica per sacerdotes Polonos, magis tamen per regem Vladislauum, qui linguam gentis nouerat edocebat, & sacra baptismatis undare nasciebatur: largiente pio rege Vladislao singulis ex popularium numeris potius suscepimus baptismum, ex panno de Polonia adducto nouas vestes: qua prouida liberalitate effecit, ut nationilla rudit & paucis, lineis in ea die contenta, fama huiusmodi liberalitatis vulgaria per consequendis laneis cateruatum ad suscipiendum baptismum ex omni regione accurreret: & quoniam labor erat immensus utrumque credentium baptizare singillatim, mandante rege multitudine seque strabat in turmas & cuneos, & universis de qualibet turmarum benedicta aqua sufficienter consperatis, cui libet turmæ & universis qui in ea constiterat, nomen vestitum Petrus, secundus & Paulus, tertius Ioannes &c. feminis per turmas diuisis, Catherina, Margareta &c. iuxta numerum turmarum imponebatur. Militibus tamen spiritualis impedit debatur baptismus. Fundavit insuper rex Vladislauus in Vilna ecclesiam cathedralem sub titulo sancti Stanislai patroni Polonorum, principalemq; aram in loco ubi ignis qui falso perpetuus credebatur, constituit, ut error gentilis fieret cunctis patentior. Constituit etiam in eademi ecclesia Vilnensi episcopum virum spectatae virtutis Andream Vazilo, natione Polonum genere nobilem, de domo accipitrum, professione fratrem ordinis minorum, olim Elizabet reginæ Hungariæ confessorem & prædicatorem insignem episcopum Cereteum. Eodem quoque Vladislao rege instante, Samagithia fidem Christi & baptismus sus-

scepit. Ad cognoscendam autē naturā prouinciae.
& gentis illius, animaduerte quod regio Samagithia
est Septentrionalis & gelida, Lithuaniae, Liuo-
niae & Prussiae contermina sylvis, collibus & flumine-
nibus circumsepta, in hos tractus distincta, scilicet
Iragola, Myednici, Chrossæ, Rosena, Viduki, Vye-
lunya, Celthini, Czethra, gentes regionis proceræ
& altæ staturæ, agrestes & incultæ, paucæ & castiga-
to viatu viuentes, sitim aqua sedare solite, raro cer-
uisia aut Medone: auri, argenti, æris, ferri, vini illa
tempestate expertes & ignaræ: apud quos licitum
erat uni viri plures habere vxores, & patre mor-
tuo nouercam, fratreq; glotem in vxorem accipere
nullus illic stubarum, nullus ædificiorum nobilium
sed tantummodo tugurii vnius vñus, ventrem diste-
tum & porrectum, extrema vero habens coarta, ex
ligno & culmo structura largius ab immo sensim
operis incremento ædificium in arctius cogitur, in
carinæ seu galeæ maximæ similitudinem elaborata
in cacumine fenestra vna superne lumen reddens,
subter quam focus & cibos parabiles quoquens &
frigus quo regio præ maiori anni parte constricta
est repellens, in ea domo se, uxores, pignora, seruos,
ancillas, pecus, armentum, frumentum, & omnem supelle-
stile codunt, gens ad diuinationes & auguria pro-
cluis. Præcipuum nomen Samagitticū erat ignis,
quem sacrosanctū & perpetuum putabant, qui in
montis altissimi iugo super fluuiū Neuyasza sito al-
fidualignorum appositione à sacrorum sacerdote
alebatur. Accedens itaq; Vladislaus rex turrim in
qua consistebat incendit & igit̄ disiecit & extinxit
Succidit deinde per milites suos Polonicos syl-
uas, quas non secus quam sanctas & deorum habi-
tacula Samagittæ iuxta illud poeticū, Habitaret dū

Sarmagithiæ
situs

quoq; syluas, venerabantur, in eam caliginem mentis prolapsi, quod, & syluæ prætate & aues, feræq; in illis consitentes sanctæ forent, & quicquid in il las ingredieretur, ut sanctum deberet censi, uiolati quoq; nemus, feras vel alites, manus aut pedes dæmonum arte curuabatur. Maxima itaque barbaros tenebat admiratio, quod Polonorum milites nemus ritu eorum excidentes, nulla læsio qualem ipsi in se frequentius experti erant sequeretur. Habant preterea in sylvis prætatis focos, in familias & domos distinctos, in quibus omnibus charorum & familiarium cadavera cum equis, sellis & vestimentis posterioribus incendebant: locabant etiam ad focos huiusmodi ex subere facta sedilia, in quibus escas ex pasta in casei modum præparatas deponebant, medonemq; focus infundebant, ea credulitate illisi, quod mortuorum suorum animæ, quorum illic cōbusta fuerant corpora nocte venirent, escaq; se exsatiarent. Insuper prima Octobris die maxima per Samagittas in sylvis præfatis celebritas agebatur, & ex omni regione vniuersus vtriusq; sexus conueniens illuc populus, cibos & potus quilibet iuxta suæ conditionis qualificationem deferebat, quibus aliquot diebus epulati diis suis falsis præcipue deo lingua eorum appellato Perkuno, id est tonirru, ad focos quisque suos offerebat libamina. Rex itaque Vladislaus primum eos pater noster, deinde symbolum docuit, quoniam nullus sacerdotum linguam Samagitticam nouerat, & vndis baptismatis abluit iussit. Vnus autem ex maioribus Samagitarum per omnibus respondit. Ex quo, inquit, serenissime rex di nostri velut inertes & languidi à deo Polonorum deleti sunt, deos nostros & sacra eorum deseriti sunt, & deo tuo arg Polonorum fortiori adhaeres.

Mortuorum part
tentationes

mus, sicq; baptizati sunt. Rex autem in Myedniki cathedralem ecclesiam sub honore & titulo sancte rum martyrum Alexandri Theodori & Euancii, in aliis autem locis ecclesias parochiales fundauit, & illis dotem sufficientem consignauit & inscripsit. Mednicensis ecclesiæ primus episcopus Mathias origine Almanus, in Vilna tamen natus eo quod lingua Lithuanicam & Samagirticam norat præfatus est & consecratus. Contigit autem in prima plantatione, dum Samagirtæ per magistrum Nicolum Vazic, fratrem ordinis prædicatorum regium prædicatorem per interpreterem instruerentur de fide, creatione mundi, & lapsu primi hominis Adæ, vhus Samagirtiarum sufferre sermonem prædicantis non valens in hæc verba prorumpit, Menitur, inquit, illustrissime rex iste sacerdos, afferit mundum creatum esse, quum sit homo non longæ, uæ æratis, sunt etenim inter nos plures annorum numero seniores eo, centenarium numerum supergressi, qui creationem nullam recordantur: sed solem & lunam ceteraq; sydera semper eisdem motibus luxisse referunt. Rex autem Vladislaus iubens eum filere, declarauit magistrum Vazik creationem mundi non afferuisse in diebus suis incepisse, sed longe ante, pura ante sex millia annorum, & paulo plus, ordinatione diuina prouenisse. Contulit autem rex Vladislaus magnuni ducatum Lithuaniae & Samagirtthæ Alexandro Vitoldo fratri suo patrueli: is quia acer & animosus erat pugnando, adiecit Lithuaniae ducatum Pskou, quem Plescouiam appellant. Deinde alterum ducatum Nouogrodien, qui Nugardia agnominatur. Tertium ducatum Smolnensem suo dominio apposuit. Factaq; in circuitu pace, in orientem penetravit, & incidens in hordā

Tarrarorū multitudinē eorū, in Lithuania appulit, ac in certo territorio Lithuaniae locauit, vsque i hāc diem permanet. Cōgestoq; fortiori exercitu, iterum in Tartariā perrexit, & superatis fluminibus, in planicie diffuse porrectā circa humen Vorzcla quartadecima die Augusti peruenit. Ibi occurrente ei Imperatore Zauolhenſi Temir kutlu, quem scriptores Temerlanem nuncupant, cum infinita ac innumerabili Tartarorum multitudine, de treugis & pace vtrinq; tractabant, concordia tamen nequam à Tartaris acceperabatur, Vitoldus igitur à suis persuasus cum custodibus corporis sui terrorum abiit, & in Lithuania fugitiue rediit: exercitus vero ipsius ab infinita multitudine Tartarorum obtutus, in toto deletus est. Præterea Sigismundus rex Romanorum iaciendo inter Vitoldū & Vladislauum fratrem eius regem Poloniæ somitem discordatum, coronam Vitoldo promisit, & in regem Lithuaniae sublimari persuasit: verū quū afferret cotonam per loca tutiora Marchiæ & Prussiæ, nobilis maioris Poloniæ sese opposuerunt, & cum exploratoribus in custodia permanendo, in loco qui Turzagora vocatur, legatos Imperatoris Romanorum opperiebantur & expectarunt. Illi vero rem infectā cognoscentes, terrore perculti retrocesserūt Vitoldus autem de hoc certior factus prætristitia ab anthrace inter scapulas orto, uitam cū principatu finiuit, anno domini millesimo quadragesimo trigesimo. Post morrem Vitoldi Vladislauus Jagello rex Poloniæ Suirrigellum fratrem suum in ducem Lithuaniae anno suo inuestiuit & substituit: qui immemor beneficij, contra Vladislauum Jagellonem tumultuavit & bella gessit, propter quod rex Vladislauus principi Sigismundo de Starodup suggestit,

cōmisitq; vt ducatū Lithuaniae sub Sutrigello sup-
riperer. Apparēte igit̄ comete exili supra illū duca-
rum, dux Sigismundus de Starodup Sutrigellū ex-
pulit, & ducatū magnū Lithuaniae possedit. Hunc
Sigismundus Iuan dux Czarthoriensis, genere & se-
cta Rutenus post aliquot dies occidit. Ingrediebat̄
siquidē ex cōsuetuidne vrsā ad tabernaculum du-
cis Sigismundi. Ruteni itaq; more vrsæ ostiū taber-
naculi fricabāt & mouebāt: quo audito dux Sigis-
mundus vrsam aduenisse putādo, ostia aperuit. & à
Rutenis vulneribus cōcīsus occubuit. Aeneas de Pi-
ecolominibus scripsit, nō hunc Sigismundū, sed Vi-
toldum sicut præmissum est, p̄ suos in forma vrsæ
delusum imperfectum. Sed in scīis relatoribus credi-
dit. & erronee scripsit, quē admodum simili errore
ductus, plurima de Lithuanis, plurima & de Polo-
nis cōficta literis tradidit. Posteriq; historiographi
errantem erronee sequentes, ipsius Aeneas absurdī-
tates & loca atq; mores illarum nationum nunquā
visa, aliter quam fuerunt, & quam sunt, taq; vera li-
teris demandare non erubuerunt, quum experien-
tia præteriorum atque præsentium ipsum & ipsos
inexpertos & aliter quam res habeat scribentes re-
darguat. Successit duci Sigismundo de Starodup,
Kazimirus Vladislai Iagellonis tertius natus in' ma-
gno ducatu Lithuaniae, quē ferè quīnquaginta an-
nis gubernauit, sub cuius extremis & vltimis annis
Iuan dux Moscorum auulsit, & sibi appropriauit
ducatum Nouogodiensem, alias Nugardiam seu
Nouogrodiam nuncupatū. Post Kazimirum in Li-
thuania dominatus est Alexander filius eius quar-
to genitus, cuius temporibus præfatus Iuan dux
Moscorum principatum Mozaïensem, longitudi-
nis septuagīta, latitudinis totidē milliariorū. & castra:

quadraginta subripuit, Alexandro vita functo, Sigismundus modernus in magno ducatu Lithuaniae suffectus est sub cuius dominio Vassilo Moscouiae dux & principatum Pleskon, quem Pleskouia appellant, & ducatu Smolnensem expugnauit & possedit.

De amplitudine & contentis magni ducatus Lithuaniae. Cap. LII.

Amplitudo magni ducatus Lithuaniae est talis. A mari Balteo seu Protenico ad Vilnam capitalem ciuitatem Lithuaniae sexaginta millaria, à Riga vero ad Vilnam recto itinere septuaginta millaria: eundo vero super Poloczko ut communiter vadunt, erunt à Riga in Vilnam centum millaria. Deinde à Vilna in Kiou sunt centum millaria. A Kiou usque ad confluentiam, ubi iunguntur fluuii Dinepr & Boh, quos Græci Borysthenem, maiorem & minorem appellant, sunt decem dietæ que faciunt septuaginta millaria, ibi steterat castrum Dzassou, quod destructum est, & ibi est finis domini Lithuaniae, quum prius protendebar a Byaligrod, quod latini Album castrum nuncupat, & ipsum Turci expugnarunt & possident: circum circa versus Tartari in campis degunt: Ita est computatio versus meridiem, quinimmo verius dicam inter orientem & meridiem. Iterum ex transuerso computando, à Parzou & metis Lithuaniae in Vilnam sunt octuaginta millaria: sed à Cracouia per eandem viam usque in Vilnam sunt centum & viginti millaria. A Vilna in Smolensko centum millaria, à Smolensko in Moscuuam ciuitatem Moscorum ceturum millaria, & sunt millaria Germanica magna. Prima autem & capitalis ciuitas in Lithuania est Vilna, est tanta quanta Cracouia cum Kazimiria Clepardia, & omnibus suburbis: verum domus non

sunt cohærentes sicut in nostris ciuitatibus, sed ut
 saepe mediani horri & pomaria: habet Vilna bina ^{Vilna metropo}
 castra murata, superum in monte & inferum in basi ^{lis Lithuanie}
 so. Nouigrod vero, quam Latini Nugardiā vel Nov
 uogardiam vocant, fuit de possessione magni duca
 tus Lithuaniae, per ducem Vitoldum armis conqui
 sita, & est Nouigrod in amplitudine paulo maior
 quam Roma, quia Roma in ambitu continet trigin
 ta duo milliaria Italica, quæ faciunt sex milliaria Nugardiæ gni
 Germanica, & duo milliaria Italica supersunt. No, tudo,
 uigrod autem continet integra septem milliaria,
 alias trintaquinq; milliaria Italica. Itē Nouigrod
 lignea habet ædificia, Roma vero murata. Distat
 Nouigrod à mari Balteo duobus vel quasi tribus
 milliariis. Et fuerunt adhucq; sunt in ea ditissimi
 mercatores: intantum quod apud quemlibet merca
 torem iuxta refectorium est Crancz, id est reserua
 culum loco testudinis, in quo d argentum, aurum &
 res pretiosæ conquisitæ proiiciebantur absq; nume
 ro, Vnde Iuan, quod sonat Ioannes princeps Mo
 scorum anno domini millesimo quadringentesimo
 septuagesimonono, surripiendo Nouigrod de ma
 nibus Kazimir magni ducis Lithuaniae, huiusc e
 modi thesauros Nouogrodieñ, exhausit, & trecen
 tos currus ad summum implendo, duntaxat de au
 ro, argento & vñionibus pretiosis, in Moscouiam
 abduxit. Et quia in eadem Nouigrod perniciosa
 consuetudo inoleuerat sicariorum & reptorum, sœ
 peq; aliquo reo inuento vel designato pulsabatur
 campana pretorii, ubi centum senatores tanquam
 iudices sedebant, omnes more illius patriæ barba
 protensa nutritientes, vulgus autem auditio sono
 campanæ concurrebat de tota ciuitate, ita q; quili
 bet hospes duos acciperet lapides in brachio, & filii

hospitum similiter. Quumq; reus per senatores cōdēnaretur, lapidibus adstantes obruebant & interficiēbāt eum, tumultuoseq; ad domū cōdemnati currētes diripiebāt omnia bona occisi, & area domus postea vendebatur, & pecunia exinde pro Republi ca confiscabatur. Idecirco Iuan dux Moscorum p̄fatus apprehensa & possessa Nouigrod in quinq; famosioribus plateis quinque capitaneos cum armigeris constituit ad sedandum & prohibendum solitos tumultus, inuasionses & spolia. Est in Nouigrod castrum Deczen nuncupatum. in eo principalis ecclesia est sancti Sophiæ, id est, salvatoris, & est recta aureis laminis splendescētibus, suntq; in ea dem Nouigrod septem monasteria Zirnkorum, id est, nigrotum monachorum de regula sancti Basilii & distant à seiuicē ferē vel prope per mediū mil liare. In primo monasterio B. Mariæ vīrginis sunt mille monachi, in altero sancti Georgii septingenti in tertio sexingenti, in quarto quadringenti: sic cōsequenter in aliis monasteriis. Sunt & ecclesiæ sanctorum plurimæ, & solius sancti Nicolai, quem Ruteni inter alios sanctos plus colunt: ecclesiæ sunt tota quot sunt dies in anno. Habet elevationē poli Nouigrod sex aginta sexgraduum, & in æstare circa solstitium æstivale post occasum solis apparet lux coeli usq; in ortum solis, ut artifices, sartores, futores, & cæteri mechanici suere & laborare possint. Post Nugardiam ad Septentrionē est Sueria & Filādia usque in oceanum Septentrionis. Pskou vrbs nobilis murata & magna, minor tamen quam Nouigrod, adiacet Moscouiæ & Lithuaniæ, hanc Latini Plescouiam appellant, inhabitatores ipsius omnes Plescouia sunt lingua & ritu Ruteni, barbam non radunt, & crines capitis non condent, habitum vero in toto

deferunt Almanicum : Habet terra Plescouiae
 triginta castra murata , & sunt versus Liuoniam
 & non sunt tam bona castra in Moscouia, neque
 in Lithuania. Tota autem terra Plescouiae sexagin-
 ginta millaria in longitudine , & quadraginta in
 latitudine continet . Vassilo modernus princeps
 Moscouiae per compositionem & tradimentum
 seniorum adeptus est , & possidet Pskou , depo-
 sitq; campanam , ad cuius pulsum tota ciuitas co-
 fluebat & iniuriantes opprimebat . Contra pactum
 quoque & promissa sua abegit Vladicam , id est , epi-
 scopum loci , & plures nobiles ac ciues Plescouiae
 & locauit in ciuitate Moscua , & aliis locis Mo-
 scouiae . Deinceps versus orientem est Poloczko
 castrum & ciuitas magna , & pertinet ad duca-
 tum Smoleñi . possidet eam magnus dux Lithua-
 niae . Post hanc ad orientem est Smolensco ca-
 strum & ciuitas ex roboribus structa , & fossis pro-
 fundis munita , ipsa autem terra seu ducatus Smo-
 lenſco continet in longum sexaginta aut septua-
 ginta millaria Germanica . Præterea linguagium Lingua Lithuania
 Lithuanicum est quadripartitum , primum lin-
 guagium est Iacuitingorum , ut horum qui cir-
 ca castrum Drohicin inhabitarunt & pauci super
 sunt . Alterum est Lithuaniae & Samagirharū
 Terrium Prutenicum . Quartum in Lothua seu
 Lothihola , id est , Liuonia , circa fluuium Dzuina ,
 & Rigam ciuitatem . Et horum quanquam eadē sit
 lingua , vnuſ rāmen non plene alterum intelligit ,
 nisi cursiuſ & qui vagatus est per illas terras . Ha-
 buit hoc linguagiu quadripartitū tēpore idolatriæ
 pontificē maximum vnum , quē Criue appellabant
 morantem in ciuitate Ronioue à Roma dicta , quo-
 niā hoc linguagiu de Italia factar se aduenisse , &

habet nonnulla vocabula Italica in suo sermone. De isto Criue & ciuitate Romoue in legenda sancti Adelberti pontificis & martyris legitur. Et scias quod in Prussia iam pauci proferunt Prutenicum, subintravit siquidem lingua Polonorum & Almannorum sic & in Lorthua pauci villani profitentur hanc linguam, quia subintravit Almannicum. In Samagithia autem, quae est longitudinis quinquaginta miliariorum, & in Lithuania, quae in longum triginta millaria continet, in villis Lithuanicum loquuntur & in magna parte Polonicum profitentur: nam & sermone Polono sacerdotes eis praedicant in ecclesiis, insuper scito quod hoc lingua agum quadriparatum totum est de obedientia & fide Romanæ ecclesie, in aliis autem prouinciis circumiacentibus, ut in Nouigrod, in Plescowia, in Polocko, in Smolensco, & in meridiem usque post Kiou Ruteni sunt omnes, & Rutenicum seu Sclauonicum loquuntur, ritumque Græcorum obseruant & obedientiam Constantinopolitano patriarchæ præstati. Amplius sunt

Tartari cohabit in ducatu Lithuaniae Tartari circum Vilnam, & habent Lithuaniae proprias villas: colunt agros more nostro, laborant & vehunt merces, ad mandatumque magni ducis Lithuaniae omnes ad bellum assurgunt, loquuntur Tartaricum & colunt Mahumetem quia Saracenorum sectam profitentur. Insuper sunt Hebrei in Lithuania, præsertim in ciuitate Troki, hi laborant & mercantur thelonia & officia publica tenent, de usurisque non vivunt, post hoc de fluminibus dicamus. A parte orientali dominium Lithuaniae terminant fluuii, Oscol, Iugra, Donyecz, id est parvus Don, & est parvus Tanais, hi & plurimi alii in Tanaim decurrunt. Item ex dominio Lithuaniae post castrum Vesnya, quod dux Moscouie

Modernus Vassilo occupauit, ortus est Dinepr, seu
 Boristhenes ex terra plana lutoſa, ex stagnis in den-
 sis sylvis, & fluit sub Smolensco & sub Kiou, tandem Ortus Boristhe-
nis
 emenfis quasi tricētis milliariis Germanicis, in ma-
 re Ponti incidit. Item Vilna alius fluuius triginta
 milliariis ad orientem Vilnæ ciuitatis ortum cepit
 & sub caſtro Vilnē cum alio fluuiio minori Vilna
 dicto, & initium eius duobus milliariis à præfata ci-
 uitate Vilna computatur, cōmiseretur, vnaq; ad ma-
 gnum fluuium Niemen influunt. Nieme autem flu-
 uius valde flexuose decurrit, naues defert & mer-
 ces: & post caſtrum Cowno in mare Prutenicum ca-
 dit. Item Dzuina magnus fluuius fontes habet in
 Moſcouia & in dominio Lithuanorum, fluit sub caſtro Vitebsk, deinde sub Poloczko: hostia eius cir-
 ca Rigam ciuitatem Liuoniae, ubi in mare cadit, &
 scias quod quemadmodum in superioribus preme-
 si tria magna flumina propeſe inuicem oriuntur,
 ſcilicet, Dinepr, Dzuine, & Volha, oriuntur, inquā,
 in locis planis, nemorofis, paluſtribus, non ex mon-
 tibus Hyperboreis, non Riphæis, nec aliquibus
 montibus qui in natura minime ſunt, duntaxat fig-
 mento olim Græcorum tanquam in rei veritate exi-
 sterent glorioſe & ampulloſe prædicari ſunt, & Nulls montes
in his locis
 præfata flumina ex ipsis erumperent ac oriuntur
 per ſequacces historicos cosmographos & poetas in-
 experte deſcripti decantatiq; ſunt, quum nusquam
 compareant plana ſiquidem est terra per totum,
 unde illa ortum ducunt. Et Dinepr qui est Boristhe-
 nes ad meridiem fluit usq; in mare Ponti incidunt
 Dzuina grande flumen ex Moſcowia erumpens, ad
 occaſum ſolis per dominia Lithuanorum, & per Li-
 uonię labens iuxta ciuitatem Rigam, in mare Bal-
 teum descendit. Volha maximus fluminum etiam

ex Moscouia oriēs, in Septētrionē tēdit, reuersusq; in orientem, longinque circuit Tanaim: tandem conuersus in meridiem per Scythiam seu Sarmatiā Asia nam & campos planissimos Tartarorum peruagatus, in vigintiquinque flumina magna partitus, mare Euxinum ingreditur. Distat Tanais à Volha in Tartaria itinere sex hebdomadarū ad minus triū aut quatuor velocissime currentibus. Sunt & alia in Lithuania & Moscouia multa humina & stagna magna: parua vero flumina & riuī sine numero in maiora defluunt. Omnia piscoſa abundanter, ita quod in illis terris vbi aqua, ibi & pisces: & sunt pisces sapidiores & delecta bilioris gustus quam in regionibus nostris, piscinæ & fodiñæ pro aquis & impiscationibus tanquam inutiles illic non fiunt. Amplius

Panis Lithuaniae in ducatur Lithuaniae panis rusticorum nigerrimus est non cribratus, ex filagine aut ordeo una cū furfuribus: decimorum vero, & potentum panis delectabilis de pura similagine tritici albissimus pinstitur & habetur: vino carent, nisi quod aliunde ducuntur, præcipue vinum Rhenense, & ex occidentali bus regionibus per mare Germanicum & Balteum adductum alicubi reperitur, medone & spisso, & tenui & vario modo cocto abundant, & illo reficiuntur & inebriantur. Ceruicias coquunt diuersimode & ex variis genis, puta frumento, filagine, ordeo, auena, millio &c. & non sunt sapidæ: vulgus autem ut semper aquam bibit: oliuæ & fructus dulces ac delicati illic non cresunt, algida etenim & frigida est prouincia. Armenta habent omnis generis & feras syluarum plus quam in orbe Christianorum reperiuntur: saltus, deserta & syluæ sunt magnæ decem, aliquando quindecim milliariorū, nonnunquam & viginti quinq; milliariorū: ad lare

ra desertorum & syluarū villæ & habitatores inueniuntur, & idcirco qā magna nemora sunt, magnæ ferae & multæ abundantiæ simæ visuntur & capiuntur vri & boues syluestres, quos lingua ipsorū thuri & zumbrones vocant, onagri, & equi syluestres, cerui, damæ, dorcae, capreæ, apri, vrsi mardures, scisni, & cetera genera ferarum. Insuper aues abundant & ficedulæ, quamvis illuc vineæ non sunt, aduolant & impinguantur, atq; cum suauitate eduntur. Estq; in Lithuania & Moscowa animal veracissimum & inutile, quod alibi non comparet, Rossomaka nominatum, quantitatis canis, faciei catti, corporis & caudæ vt vulpis, colore nigrum, cadaueribus vescitur, inuenioq; cadauere, intantum vorat, vt extenderetur & infletur tanquam tympanum repertaq; angustia, stricta inter arbores intrat & intrudit se cum violentia premendo, vt violenter comesta violenter egerat, sicq; extenuatum dehuo cadaueri accurrit, & ad summum impletur, cum vicissitudine expressionis, & ad morticinium reuersionis, donec totum absumat & deuoret. Et forsitan natura tā insatiable animal in illis regionib⁹ producent, vt homines simili vocacitate laborantes redarguantur. Quoniam potentes qui convivari coeperint, se det a meridie in mediu noctis cotinuo cibo & potu sese opplendo, & a mensa quoties natura appellat assurgendo & egerendo iterū vorant usq; ad vomitū & amissionem discretionis & sensus, tuncq; inguinis & capitis quæ sunt discrimina nesciunt: estq; illa consuetudo perniciosa in Lithuania & Moscowa, magis vero & absq; rubore in Tartaria. Est etiā in illis terris Lithuaniaq; Moscouiae & Tartariae ab origine consuetudo venditionis hominum: serui natura venduntur a dominis suis tanquam pecora, pueriq; eorum & uxores,

Crapus Lithuania
nominum

quoniam pauperes homines, libero vêtre nati, vi
tū carentes, vendunt filios & filias suas interdum,
& semetipos, vt apud patronos siliquis & grossis
cibis saturantur.

De Moscouia Caput IIII.

Moscouia est regio longissima latissimaq; nā
à Smolensko usque ad Moscuam ciuitatē
sunt centum milliaria, à Moscuua ad Volochda cen-
tū milliaria. Et Volochda est pouincia, & fluuius p-
ipsam labens eodem nomine vocatur: à Volochda
ad Vsczuga centum milliaria, ab Vsczuga ad Via-
rhka centum milliaria: & ista quadringenta millia-
ria sunt de regione Moscouiae, & sermo per totum
est Rutenicus seu Sclauonicus. Ultra predicta à
Viarhca ad regionem Permscā centum milliaria,
inde ad terram Vahulcka triginta milliaria: & hęc
Scythiae confinis est. Et istae prouinciæ subiectæ
sunt duci Moscouiae, additisq; terris ad Septentrio-
nem & orientem ab eodem duce Moscouiae posse-
sis Iuhra & Corela quae sunt in Scythia erunt qui-
ngenta milliaria Germanica magna. Verum Mosco-
uiæ non per milliaria nostra computant, sed per
verst: & uerst est quinta pars milliaris Germanici.
Numerant itaque à ciuitate Moskuua ad Vlodcmi-
riam ciuitatem decem & septem milliaria Germani-
ca: abinde ad Vsczueh quingenta verst: iterum ab
Vsczuh ad Iuhram quingenta uerst. Intra Mosco-
uiam autem sunt multi ducatus. Est ducatus seu ter-
ra Moscouiae, de quatriginta milliaria pugnatorū
nobilium ad bellum egrediuntur, agrestium vero
sexaginta millia. Est & ducat⁹ seu terra Turczka
de qua quadraginta millia armatorum nobilium
duntaxtra ad bellum prodeunt, In hoc ducatu cae-
pitalis ciuitas Tuerd nuncupatur, & est ciuitas grā
dis lignea

Tuerd

dis ligneade lignis ædificata:in ea sunt ecclesiæ lignæ centum & sexaginta: castrum etiam lignicum est,& sunt in ipso nouē oracula seu ecclesiæ: principalis est sancti salvatoris,& illa duntaxat est murata sub ac ciuitate & castro amplissimus fluuius Volha labitur.Ducatus Chelmisci, de quo septē millia pugnatorum exeunt. Ducatus Zubszouski, de quo quatuor millia armatorū. Ducatus Klinski, de quo duo millia bellatorū prodeunt, ad terrā Tuerdeni annumerātur. Item ducatus Kubensis triginta milliaria in longum cōtinens. Ducatus Iacobslauieñ, quadraginta millaria de terra habēs. Ducatus Szuhersieñ, viginti millaria terre habēs. Ducatus Szachouensis triginta millaria in longum continens: omnes sunt in millariis Moscouiæ in longum computatis. Insuper ducatus Rzezensis, de quo quinde cim millia baronum seu nobilium armatorum euasunt,& fluuius nominatissimus Tanais de ipso originatur. Item ducatus Sudalorum, & plures ei adiacentes desolati & destructi sunt per Tarraros. Est & terra Tartarorum Cozanska, Horda nōminata, triginta millia pugnatorum producens, principi Moscorum subiecta, in campis iuxta castrum Cozan, quod dux Moscouiæ possidet: & alluitur magno flumini Volha, degens. Moscuua est ciuitas principalis satis magna, bis maior quam Florentia Thusciæ, aut bis maior quam Praga Bohemiæ urbs Praga dico quem exrat & quam tu vidisti: non Praga, quam quidam nouus historicus fide astruīr longissimā trium dies, rum itinere ciuitatem, quod fabula est: verum Moscuua linea est non murata, plurimas habens plateas, & vbi una platea finitur, altera non statim incipit, sed campus mediat. Inter domos quoq; sepes mediant, ita ut domus sibi inicem non cohaereant.

CC

Moscuua
ciuitas

Nobilium domus sunt maiores, plebeiorū vero humiles. Fluit p̄ medium ciuitatis, & sub castro ipsius fluvius eiusdem nominis cum ciuitate, Moscua appellatus, & est tantus, quantus Multava in Praga, aut Arnus in Florentia. Castrum autē quod est in medio ciuitatis in plano, est castrum bonum muratum tantæ amplitudinis, vt Buda in Hungaria, habet tria propugnacula: & cum his turres magnæ simul computatae sunt decem & septem, tegulis latericis rectæ, iēd vnum murus: in eo castro ecclesiæ sunt sedecim, tres muratae, scilicet, sanctæ Mariæ, sancti Michaelis, & sancti Nicolai, reliquæ sunt de ligno. Palatium ducis præfato castro est muratum ad instar Italicum, nouum, nō amplum, nec magnū tres curiæ nobilium sunt muratae, aliæ domus ligno constructæ, stibæ omnes nigræ. Aliæ ciuitates Moscorum sunt minores, & cœtra minora omnia de lignis fabrefacta. Præterea terra Moscouiæ plena eit boscis ac sylvis, aquis quoq; fluminibus, piscibus & feris, quemadmedium Lituania referta, sed frigidior & Septentrionalior, vnde pecudes & peccora parua sunt & mutila absque cornibus, quasi semper propter frigus: homines vero proceræ, altæ, & robustæ statuuntur, bibunt aquam, medonē & quasscz, id est fermentatos liquores. Arat & sulcant ligno sine ferramento, & arpicant frondibus arborum supra seminara ab equis tractis, raroq; propter intensa & longa gelua segetes maturescunt, ideo messes lectis frugibus in stibis desiccant, maturant & trituran. Sæpenumero autem vtuntur calefacientibus aromatibus, sæpe & sublimatis, de aromatibus, de melle, vel alio calefactorio, ita ut & de aqua aquam ardente siue sublimatum faciant & bibant ad effugandum & repellendum algorem &

frigus, alioquin ex frigore congelaret. Carent visno & oleo, & ne inebrientur princeps terrę prohibet n̄e medo aut liquor inebrians in aliqua domo reperiatur sub priuatione vitae, nisi bis aut ter in anno ex admissione principis. Monetani habent argenteam puri argenti, dzingis nominatam, maiorem & minorē, formę oblongę, quadrangularē, non orbicularē, nō politā, nec bene planatā. Estq; terra diues argento, & custodia vndiq; clausa, ut ne dum scrui & captiui, sed & liberi, indigenę & aduenę exire absq; literis ducis nequeant, & hæc haec tenus. Flumina in Moscouia sunt plurima, aliqua autē maiora scitu digna enumerabo. Tanais nomiⁿ natissimus fluuius à Tartari & Moscouitis Don nū cupatus, fontes & originę habet in Moscouia prope in ducatu Rezensi. Consurgit de terra plana, sterili, limosa paludinosa & nemorosa. Quuniq; ad orientem solis processisset usque ad metas Scythiae & Tartariae, declinat ad meridię, & perueniens ad paludes Maeotidas illic ostia tener & ingrediē. Est tantus Tanais, quantum dicerē triplatum Tyberium post Romanam in mare Tyrrhenum decurrentē aut quantum Danubium in duplo circa Budam. Et doctrina astrologorum tenet, quod Tanais sit eius longitudinis cuius & Nilus fluuius Aegypti, puta circa sexaginta gradus longitudinis. Et sicut Nilus à meridie ad mare Alexandrię descendit, sic Tanais à septentrione in Maeotidas & mare Ponti defluit. Nec pīget reperere quod supra dixi, aliam magna flu mine ex Moscouia esse oria, videlicet Ezuina, Volha, & Dniepr seu Borysthenem. Et quum Moscouia sit regio plana, non montosa, prædicta flumina in distantia non valde longinqua à se inuicem ex terra plana, nemorosa & paludiosa oriuntur, ma

ximusq; fluminum ille Volha in Tartarico dicitur
 Edel, tēdens in septentrionē pcedit ducentis mil-
 liariis vſq; ad Nisni nouigrod, quod sonat infer-
 rius nouum caltrum, & est in terra Moscouiae: & il-
 lic accurrit & ei cōiungitur magnus fluuius ex me-
 dia Moscouia procedēs, Occa cognominatus. Dein
 de octuaginta milliaris germanicis Volha sub ca-
 strum Colan, quod dux Moscouiae possidet, randē
 sub castrū Sardi, quod Tartari tenēt, fluit deinceps
 versus meridiē viginti quinque fluminibus tantis
 vt est Tyberis Romæ, & aliis multo maioribus in-
 fluit in mare Euxinum. Accipiat itaq; lector tua hu-
 manitas, & contra omnes aduersantes rueratur, & di-
 cat quod prælibata flumina nō de montibus, nec
 de radicibus montium, quoniā ibi montes sunt nul-
 li, oriuntur & fluunt. Accipiat secundu, quod mon-
 tes Hyperborei & Ryphæi, de quibus emanasse il-
 la flumina ab aliquibus fabulose scriptum est, nec
 in Moscouia neq; in aliis partibus septentrionis sunt
 recte q; dicetur cōfictos esse, et nusquam existere, ni-
 si forte in libro scripti aut picti, et non in terra re-
 periri affirmaretur. Accipiat tertio, quod in domi-
 nio Moscorum, quemadmodum et in terris Turco-
 rum, homines de loco in locum, et de territorio in
 territorium ad incolēdum transferuntur, et alii p
 his commutati mittuntur et locātur. Accipiat quar-
 to, in Moscouia vnam linguam et vnum sermonem
 esse, scilicet Rutenicum seu Sclauonicum in omni-
 bus satrapis et principatis, sic quod etiā Ohulici
 et qui in Viatrca degunt Ruteni sunt, et Rutenicū
 loquuntur, vnaq; sectam et religionē instar Græco-
 rum tenent, omnesq; Vladicæ, id est episcopi, qui
 plurimi sunt, patriarchæ Cōstantinopolitano sub-
 sunt, et cōfirmationē ab ipso postulantes obediētiā

promittunt, p̄ter Tartaros Cosanēses, qui ducē Mo-
scorum recognoscētes, Mahumetum vna cum Sar-
cenis venerantur, & lingua gium Tartarorum lo-
quuntur, etiā p̄ter alienigenas ad septentrionē in
Scythia cōmorātes, qui sermone & linguis p̄priis
loquuntur, & idola colunt, prout in sequenti capitu-
lo dicerur. Accipiat quarto, quod post terā Viathca
nuncupatam in Scythiam penetrando iacer ma-
gnū idolum Zlotababa, quod interpretatum so-
nat, aurea anus seu vetuia, quod gentes vicinæ co-
lunt & venerantur, nec aliquis in proximo gradieſ
aut feras agitan quo & in venatione sectando va-
cuus & sine oblatione pertransit: quinimmo si mu-
nus nobile deest, pelleat aut saltet de ueste extra-
stum pilum in offertorium idolo proiicit, & incli-
nando se cum reverentia pertransit.

De regionibus Scythiae Perm, Baskird, Iuhra &
Corela, p̄ ducē Moscouiæ subiugatis. Cap. V.

Post Moscouiam sunt gentes regiones inter-
septentrionem & orientem in fine Asiae sep-
tentriionalis, quæ proprie Scythia dicitur, principi
Moscouiæ subiectæ, per Iuan ducē Moscouiæ prin-
cipaliter subiugatae, scilicet Perm, Baskird, Czrire-
missa, Iuhra, Corela. Perm monosyllabam est, inde
terra Permsce, bissyllabe Permsca pronuntiado: &
fuit regio idola colēs, quam Iuan dux Moscorum
eitra annos viginti baptisma percipere coegit, mo-
re Rutenorum seu Græcorum: & posuit eis Vladiv-
cam, id est episcopum, nomine Stephanum, quem
barbari post discessum ducis viuum excoriauerunt
& necauerunt, reuersusq; dux afflixit eos, & alium
denuo præsulem constituit, sub quo tanquam noui
Christicola, Rutenorum schisma & ritum profiten-
tes permanent. Aliæ vero regiones præexpressæ

DE SARMATIA EVRopea

in infidelitate & idolatria persistunt. Colunt solem lunā, stellas, bestias syluarum, et quod eis occurrit habent p̄perialinguagia et idiomata. In terra Perm̄ca proprium idoma, in terra Paskir dorum proprium, in Iuhra proprium, et in Corela etiam proprium. In his regionibus non arant, non seminant, Homines sine panes nō habent nec pecunias: feris syluarum, que pane vivunt, apud eos abundant, vescuntur, et non nisi aquā bibunt: morantur in densis syluis, in tuguriis ex virgultis factis. Et quia syuæ illas terras contexerunt, homines sylvestres et ferinos effecerunt. Sunt velut bestiæ ratione non vtentes, vestimenta de lana nō habent: pellibus reguntur rude & grosse, consuetates varias pelles in simul, ex lupo, ceruo, vrso, sabellis & scismis & cæteris, prout sors obtulerit. Et quia ipsorum terræ mineras non nouerunt, pro omaggio duci Moscouiae mineras non pendunt, sed pelles animalium sylvestrium quibus abundat. Proximo res oceano septentrionis, ut Iuctri & Coreli, piscantur & capiunt balneas seu vitulos & canes marinos quos ipsi vor vol appellant: & ex cute eorum parat redas, bursas & caletas, axungiam autem pro imaginatione seruant & vendūt. In Iuhra & Corela sunt aliqui mōtes mediocris tumoris, non altissimæ elevationis, prout quidam putauerunt & scripserunt. Supra montes autem oceani qui mediocres sunt, per totum septentrionem oceano adiacentes, scandunt ex mari pisces morsis nuncupati, dente se super montem continendo, fricando, & ascensum promouendo: dumq; ad summitatem montis peruenient, ad vleriora gressum promouendo, ad alteram partem montium volitando decidunt. Hos illæ gentes colligendo dentes eorum satis magnos, latos & albos pondere grauissimos capiunt, & Moscouitis

pendunt atq; vendunt: Moscouitæ vero his utunc
 ad Tartariam quoq; & Turciam mittunt, ad parā
 dum manubria gladiorum, framearum & cultrorū,
 quoniam grauitate sui maiorem ac fortiorē im-
 pressiōnē impingunt, & præbent impellentibus,
 laborantibus, præliahtibus & occidentibus. Et me
 mineris quod supra dixi, hanc esse illam Iuhram
 regionem Scythiæ, de qua egressi sunt Iuhri, à po-
 sterioribus Huni & Hungari dicti, qui ad Gothiam
 ascēdentes vehementer multiplicati transierunt
 maxima flumina circa paludes Mæotidas, intraue-
 runtq; Pannoniā, & secundo regressu eam occupa-
 uerunt, possederunt, & in hac diē tenuerunt, suntq;
 eiusdē sermonis & loquelæ præcisæ, nisi quod ad
 diderunt nostri Hungari aliqua vocabula ex Sclau-
 nico idiomate, earum rerum quæ in Scythia &
 Iuhra non reperiuntur. Verum in Pannouia Iuhri
 sunt Christicola: in Iuhra vero patres eorum ido-
 lolatræ, politioresq; & cultiores sunt Hūgari in Pā-
 nonia, omnibus delitiis pleni (quamvis in totosyl-
 uestres sunt, bestiales) & in frigidissima regione mi-
 serrime de gentes. Insuper memineris in his regio-
 nibus Scythiæ ad oceanum septentrionis non esse
 magna flumina, sed esse quasdam rupes & montes
 mediocris molis, & non excellentissimæ celsitudi-
 nis inaccessibilesq;, velut aliqui historici antiquo-
 res protulerunt & scripsérunt. Potius itaq; se-
 cundum experientiam dixissent, de ne-
 moribus & densis sylvis eos exi-
 misse, quam de inaccessibi-
 libus montibus.

F I N I S.

CC iii

INDEX CAPITVM TRIVM

LIBRORVM IOANNES BOEMI DE OMNIVM GENTIVM MORIBVS.

Præfatio folio siue pagina sexta.

L I B E R P R I M V S.

- De Origine hominis opinio Theologorum vera. Cap. I. 1 5
De Origine hominis opinio Etnicorum falsa. Cap. II. 1 8
De terræ situ & partitione. Cap. III. 2 0
De Aethiopia & gentis eius priscis moribus. Cap. IIII. 2 3
De Aegypto & situ gentis uectusto Cap. V. 2 8
De Poenis & cæteris Aphricæ populis. Cap. VI. 4 4

L I B E R S E C V N D V S.

- De Asia & celebrioribus eius gentibus. Cap. I. 5 6
De Panchaia & moribus Panchaiorum. Cap. II. 6 0
De Assyria Assyriorumq; uiuendi moribus. Cap. III. 6 2
De Iudea & Iudæorum uiuendi ritibus legibus &c institutis. Cap. IIII. 6 6
De Media Mederumq; moribus. Cap. V. 7 6
De Parthia & Parthorum uiuendi moribus. Cap. VI. 7 6
De Persia & Persarum moribus ritibus & institutis. Cap. VII. 7 9
De India & Indorum prodigiosis ritibus moribusq; uiuendi. Cap. VIII. 8 2
De Scythia. Scytartumq; feris moribus. Cap. IX. 9 3
Te Tartaria, gentisq; Tartarorum moribus & potentia. Cap. X. 1 0 6
De Turcia Turcatumq; moribus, legibus & institutis omnibus. Cap. XI. 1 1 5
De Christianis, eorumq; origine & ritibus. Cap. XII. 1 2 8
- ### L I B E R T E R T I V S.
- De Europeis memorabiliorib. gentib. Ca. I. De Europa. 1 5 0
De Græcia & legibus à Solone Atheniensibus Græcorum lo-
ge principibus sanctis. Cap. II. 1 5 1

I N D E X.

D e L a c o n i a & L a c o n i u m s u e L a c e d a m o n i u m i i n s t i t u t i s .	
Cap. III.	157
D e C r e t a i n s u l a , & C r e t e s i u m c e l e b r a t i s m o r i b . C a . I I I I .	166
D e T h r a c i a , t h r a c u m q ; f e r i s m o r i b u s . C a p . V .	168
D e R u s i a s u e R u t h e n i a , & r e c e n t i b u s R u s i a n o r u m m o r i b u s . C a p . V I .	173
D e L i t u a n i a L i t u a n o r u m q ; u i t a . C a p . V I I .	177
D e L i u o n i a , P r u s i a & m i l i t i b u s m a r i a n i s . C a p . V I I I .	179
D e P o l o n i a , P o l o n o r u m q ; r e c e n t i b u s m o r i b u s . C a p . I X .	184
D e H u n g a r i a H u n g a r o r u m q ; u i u e d i i n s t i t u t i s . C a p . X .	186
D e B o e m i a & m o r i b u s B o e m o r u m . C a p . X I .	189
D e G e r m a n i a , & i n s t i t u t i s c o r u m p l u r i m i s . C a p . X I I .	192
D e S a x o n i a , S a x o n u m q ; & p r i s c i s & r e c e n t i b u s m o r i b u s . C a p . X I I I .	208
D e V u e s t u a l i a , & i u d i c i o V u e s t u a l i s a C a r o l o M a g n o c o m m i s s o . C a p . X I V .	212
D e F r a n c o n i a , & F r a n c o r u m m u l t i s r i t i b u s . C a p . X V .	214
D e S u e v i a , S u e v o r u m q ; m o r i b u s & p r i s c i s & r e c e n t i b u s . C a p . X V I .	223
D e B a u a r i a & C a r i n t h i a , & e a r u m p r i s c i s l e g i b u s & m o r i b u s q u i b u s h o d i e u i u a n t . C a p . X V I I I .	228
D e I t a l i a , I t a l o r u m m o r i b u s , I t e m d e R o m u l o & e i u s c i u l i b u s i n s t i t u t i s . C a p . X I X .	242
D e L i g u r i a L i g u r o r u m q ; p r i s c o u i u e n d i m o r e . C a p . X X .	264
D e T u s c i a & g e n t i s e i u s a n t i q u i s m o r i b u s . C a p . X X I .	265
D e G a l a t i a E u r o p e a , & G a l a t a r u m p r i s c i s m o r i b u s . C a p . X X I I .	267
D e G a l l i a , G a l l o r u m q ; v e t e r i b u s & r e c e n t i b u s m o r i b u s . C a p . X X I I I .	273
D e H i s p a n i a & m o r i b u s H i s p a n o r u m . C a p . X X I V .	284
D e L u s t a n i a & v e t u s t i s L u s i t a n o r u m m o r i b . C a p . X X V .	287
D e A n g l i a , S c o t i a , H y b e r n i a , a l i i s q ; m u l t i s i n s u l i s & i n s u l a n o r u m m o r i b u s . C a p . X X V I .	290
D e T a p r o b a n a i n s u l a , & g e n t i s e i u s m o r i b u s , C a p . X X V I I . & u l t i m u m .	301

MATHIAE AMICOV

DE SARMATIA ASIANA;

atq; Europea. Libri duo.

De duobus Sarmatijs in genere.	Cap. I.
De ortu & aduentu Tartarorum.	Cap. II.
De crudeli vastatione Polonie & vngarie p tartaros. Ca.III.	
De eruentia vastatione Hungariae per Bathi Imperatorum Tartarorum.	Cap. IIII.
Quomodo Innocentius papa quartus misit ad Cham Tartarorum, ne Christianos persequentur: & quomodo fidei Mahumethi suscepit.	Cap. V.
De moribus Tartarorū, & de cōtentis in terra eorū. Cap.VI.	
De fiubus & metis Tartarorum Zauolhenium. Cap.VII.	
De genealogia Imperatorū trās Vo'hā incolētiū. Ca.VIII.	
Quod gētes Scythiae ingete sunt & semper rapaces. Ca.IX.	
Quæ gens, queue natio habitet in Scythia.	Cap. X.
De Gōthis.	Cap. XI.
De Alanis, Vandalis & Suevis.	Cap. XII.
Continua narratio de Vādalis Alanis & Suevis. Cap.XII.	
De Iuhris.	Cap. XIII.
De Turcis.	Cap. XV.
De familia Tartaroru, Vlanoru, sive Præcopensiū. Cap.XVI.	
De Tartaris Kōsanēibus, & Tartaris Nahaiēibus. Ca.XVII	

Liber Secundus.

De Russia, de tractibus eius, & abundantia & contentis in ea.	Cap. I.
De Lithuania & Samagithia.	Cap. II.
De amplitudine & p̄tētis magni ducatus Lithuaniae. Ca.III.	
De Moscouia.	Cap. IIII.
De regionibus Scythiae Perm, Baskird, Iuhra & Corela per ducem Moscouiæ subiugatis.	Cap. V.

ANNOTATORVM IN
OPERIS MARGINE OMNIVM
INDEX ET TABVLA.

A	Bisque septro in publicum nemo prosdit.	63	Aes nullum in usu	181
	Absolutio peccatorum	142	Aetas in choros tres diuisa	161
	Absternit ex lege sunt Turs ex omnibus	123	Aetatis mirareuerentia	289
	Aeridophagi	50	Aethiopes omnium mortarium primi	23
	Acerba lex	68	Aethiopia duplex	23
	Adam singulis annis expiatetur	211	Aethiopia quædam hodie India appellatur	23
	Adoratio mutua, in uis	30	Agathirs excultissimi Scytharum	99
	Adrimachidæ	44	Agilolfingi bauarorum ducces	233
	Ad uitutem quid efficacius impellat	43	Ager circa templum diuis facer.	62
	Adulterii poena	38	Agraria lex	68
	Adulterii poena	57	Agricolarum misera conditio	207
	Adulterii poena	70	Agrariae leges	235
	Adulterii deprehensi occiduntur	109	Agrorum in singulos diuisio	158. & 247
	Adulterii poena apud Turcas	125	Albus color lugubris formenis niger lugubris in vi	260
	Adulterii poena apud Athenienses	152	Alemania	193. & 224
	Adulterii poena apud Gers manos	199	Alez stud. germani	200
	Aegypti fecunditas	18	Alternatim cantatur in templis	133
	Aegyptus delta	28	Amazones bellicolæ mulieres	55
	Aegyptii ab aethiopibus	28	Amasis flutius	212
	Aegrotantes interimuntur & comeduntur	88	Anaictus ex papiro	28
	Aerarium publicum constitutum	245		

I N D E X.

Anglia	290	Aristocratis administratio
Animantium naturalis crea		optimatum 277
tio	18	Arte traditionis virtus 237
Animalium uariorum portē		Ais ex necessitate 57
tosus cultus	40	Artes ut iutiles sublatæ 158
Animas in alia corpora mis		Artifices Fartherū reges 77
grare de anima opintos		Auruspices 251
nec Esseorum	79	Asiae denominatio 56
Anulorum usus	63	Asiae quatuor confinia et
Anus in mensis duodess		magnitudo 56
cim	251	Asia ab Euro. diuid. 28
Animalia multa ut sacros		Affyria 62
sancta nutriuntur in tem		Asylum 250
plis	40	Atlantes anonymi 46
Antropophagi 100. & 272		Atalli gallorum eadu. 240
Anthiochia prima ecclesie		Athletæ 258
sedes	129	Athenæ & eius civilia insti
Animalia mirabilia	299	tuta 152
Aqua religiosissime colis		Auaritia disturbat 60
tur	79	Aurum ære uilius 24
Aqua de melle & avena sus		Auri & arg. nul. usus 94
blimatur	183	Auri & argenti usus lege su
Aquitania olim atemoneis		blatus 158
ca	274	Aurum in decorum templis
appellationioisjabusio	204	spatsum 268
Apis bos	41	Auspicia, & sortes 210
A pectore trogloditæ filios		Autores legum numina ha
demoninant	47	bita 155
Apenninus mensis	241	Axione legum tabulæ 155
Aphricæ situs gentes & qua		Azymorum feriae. 72
litas	21	B <i>Accanalia</i> 192
Apum et mellis mira cos		<i>Baleares insu.</i> 295
pia	174	<i>Basse milit. du.</i> 119
Arabia triplex	57	Barba nobil. indic. 269
Arabum mores	57	Barceæ foeminæ 46
Astra 4. Mercurii.	65	Barbari ululant bellum pe
Argyppæ natura calui	101	tebant 162
Ariopagitæ	153	Bardi poetæ galata. 281

I N D E X.

Baptismi factamentū	135	Cantantes belligerant Hispani	286
Bauaria siue baouia.	228	Cantabri	289
Belgica	274	Cananea terra lacte & mels	
Bellicosis Tartari	108	Ile fluens	66
Belligerandi ritus	47	Capita hostiarum damnata	
Bellum inituri corpora tinx-		abiiciuntur	29
gunt	289	Capillorum cul. pbro	176
Benedictio rerum irridetur		Carnis spirituū dies	218
à Boemis	190	Castrēsis ignominiosalex	37
Bethica Hispaniae	285	Cataclysmus	16
Blasphemiae poena	67	Cathaini et mores	92
Botchorides legilla.	38	Cerexes et offic. eorum	248
Boemia & confinia	189	Celtæ Galli	274
Boues foeminae non immo-		Census ciuitatis	254
labantur	29	Censores Ro. duo	257
Boum & equorum stercore		Certamina foeminae dirissi-	
igneis nutrituntur	102	munt	48
Braccata Gallia	274	Ceruisia totius septentrionis	
Braga Boem. regia	189	potus	177
Bragmani	88	Ceruism contemnunt soli	
Br̄tannia	290	Francones	216
Budini	100	Chaam rex dei filius	105
Buda Hung. regia	188	Chaldei	65
C Acamii Bauarorum		Charinthia	239
reges	229	Christiani idolatræ	122
Calcei rostrati	280	Christiani a Christo	128
Cadauera intra urbes sepes		Cimbri	273
liri permisum	163	Circumcidere virilia	29
Cæforum in bel. septul.	156	Circi magnitudo	259
Cangusta primus Tartaro-		Ciuitas quiritum	244
rum rex	103	Ciuitates ægypti	28
Caligæ usus	263	Ciuitates Thraciæ	169
Calamus aromat.	174	Ciuitates Hisp.	284, 285
Chamæ exilium imma.	17	Citharæ usus in prochn.	162
Cainus primogeni.	16	Clericorum in ecclesia di-	
Canones missæ	134	gnitates	131
Canopus sydus	302	Clexi. quare honorandi	208
Cantus tibiarū in bel.	161		

I N D E X.

Cler. germanorum stu.	201	Cynocephali in India	91
Clientes	248	Cyrenæ forminae	44.
Classes Rom.	253. 254	D <i>Acti</i>	186
Coemiterium	149	Debae diuites	atue
Coritus Indorum in propatus lo	88	ii	58
Concharum caro cibus	53	Decalogus in monte Sinae	
Conciliū areopagitariū	153	datus	67
Cœlibes ludibrio habens tur	159	Decem Dei precepta	135
Comata Gallia	274	Decemviri	257
Communis Libycarum gen tium uita	46	Decimæ quomodo & de quib us dandæ	231
Compotando certant Saxos nes	211	Defunctionum Christianorū exequiz	149
Comitiorū tria genera	256	Democratia	157
Confirmationis sacra	136	Deorum cultus ab Aethiopi bus institutus	23
Confessio pectorum	141	Deorum simulachra in præ lium gestata	197
Consuetudo furibus acer ba	241	Dies ueneris Turcis ut sabre batum Iudeis sacra	123
Consules Ro. duo	255	Dies lapillo signare	168
Consecrandi imperatores Ro. ratio	260	Dies trium tantum horarum in Scotia	293
Cornuum usus in proc.	162	Dies nulli & noctes nul lae	294
Corybantes	217	Dies qui Christianis sa cri	143
Cracotia Pol. regia	185	Dignitatum ordo	245
Creta quæ et Candia	166	Dignitas senatus	248
Crudelitas Tartar.	106	Dignationes strenuorum mil litum	270
Cupiditas pestis ferocissi ma	89	Dii Scytharum	95
Curatores funerum	42	Diluuium quam diu duravit & quare immisum	16
Curatores pupillorum	155	Dictator & eius digni tas	245
culices leonib. in fest.	49	Dicendi constans ratio	65
Curiæ & curiones Ro.	246	Ditulimi mortalium aras	
Cynamymi	51		
Cymbricachersones dodie dacia	179		
Cyneci	50		

I N D E X.

B es	57. & 58	tructi	138
Divitiae Indiæ admiradæ	83	Equis omnia obeunt Pars	
Divitiae Germaniæ	194	thi	78
Divitiae Angliæ	291	Equinilli in Arabia	57
Divitiae Hispaniæ	284	Equi Hispanorum præstans	
Dominica dies Christianis		tissimi	284
vt sabbatum Iudeis fas		Equorum præfigia explos	
tra	146	rata	210
Domicilia Gallorum	278	Errores à fide Armenior	
Domus mahometis in Mes		rum	115
cha	124	Errores Boemorum	190
Domum publicarum priu		Elegorū vita	79
legia	234	Eucharistie sacramētū	140
Donationes ecclesiariū	229	Euentus belli monomachia	
Dragule & danci	173	tentatus	269
Drausus amnis	239	Europa & eius limites Iau	
Druides sacerdotes gallor		desq;	150
rum	275	Europa ab Aphrica duidit	
Ducalis aula immunitas	232	tur	21
Ducum cause	232	Exercitia puerorum	81
Duodecim fidei articuli	134	Expiationes Iudæorum	69
Duodecim matrim. dī tis		Exprovocatione certare	269
mentia	141	F Abiitamundum legu	
Duod. Franciæ pares	283	men	29
Durus habitandi mos	295	Fabulas non amant	
E Brietas capitis pena		bragmani	90
multatur	184	Falsationum poena	37
Ebrietas non uitios		Fansuli regum Scytharum	
sa	200	omnes ingenui	97
Ebudes insulæ	294	Factionis semper Galli	275
Ecclesia Christianorum	147	Fasti & nefasti dies	252
Enoplia sive pyrrhica fals		Feraq astuta venat. 50. & 51	
tatio	259	Ferarum pelles gentis diuis	
Ephorum potestas	157	ttas	178
Episcopi consecratio & eius		Ferix non obseruantes quos	
dignitas	138	modopunisciendi	233
Episcoporum cause	230	Ferræ & argenti usus nul	
Epis. quomodo primum in		lus	98
		Fertilitas	

I N D E X.

Fertilitas terræ quare cohis bita	15	Garci opulentis	60
Fidei daudæ ritus	58	Gelonii	100
Filius parentibus iniurias su spenditur	68	Gentium diversitas	19
Filiarū publica p̄stitutio	82	Gentes quæ turciam inha bitant	116
Fimbria veneris preciū	45	Georgiani	113
Foederum ineundi forma.		Germani annuatim insas niunt	218
	76, & 94	Germani olim in noīe Suc ci sicut hodie Fraci	226
Franconia	214	Gepidae	186
Fran. quæ etiam Gallia	274	Gethæ	169
Frigidio corporis prob.	84	Glande vescebantur Iusita ni	289
Frigor. mira curatio	183	Glasto tingebantur belliges rautes Angli	192
Frugalissimi mortalium Tar tarorum	107	Glycerhysa liquiricia	215
Fundæ studium	296	Gnidanes	45
Funerandi multæ rationes.	41, & 42	Gothi ex scandinavia	180
Funebris Christianorum lus ctus	149	Græc. ob fabul. derisi	43
Furti admiranda lex	38	Græcorum militares ordi nes 30 Græcia	150
Furto nihil sceleratus credis tum	94	Gregatim iniciabantur fas cris ægypti	29
Furti poena	125	Grubēhimeri hæretici	198
Furari pro honesto habis tum	161	Gymnosophistæ indorū phis iosophi	88
Furtorum compositio	234	Gymnasium Parisianū	279
Furtiva emptio	235	Gymnæsiae insulæ	295
Futura ex astris vaticinati Chaldæi	66	H Acreditatis variz le ges	237
G Anges, Indus, his panis	83	Hebrei sive Israe litæ	67
Gallat. euro.	267	Hebræorum militaris or do	129
Gallatia asiana	272	Heræ uxores dictæ	159
Gallia	273	Herbæ mortem ferentes	299
Galli tripudiantes belliges rant	162	Hæc sis Boemorum	192
Garamantes	45		

DD

I N D E X

Hercules in Germ.	196	Hybni. & hyrland.	292
Herculea sacra	251	Hyperueretheus mensis	71
Hispa. 185. Histrion.	259	Actandi magna pes	
Homicidii poena	36	ritia	296
Homines à brutis parum diuersi	17	Iamboli insula	195
Homines ab omni passione animi semoti	54	Iberia Hispania	291
Hemines serm.carentes	54	Ibidem vel clorum interitis eiens interficitur	40
Homi. odore uiuentes	91	Ichthiophagi	52
Homines auritisimi	92	Ida mons excelsiss.	167
Hominis cervicibus carentes oculos habentes in humbris	92	Ieunia Turcarum	124
Homi.natura imber.	93	Ieunia Armenorum	114
Hom.opinione sacri	101	Ieunia christianorum	143
Hominum mirabilium de scriptio	197	Ignem religiosissime colunt	
Hom.ingenia secundum ter ram in qua habitat	151	Tartari	110
Holocaustum	70	Ignis sacrosanctus & pers petuus	181
Homicidio Scythæ gay dent	94	Ilophagi	49
Honestissimi vestitus Tur cae	121	Illiterati iudices	204
Honor defunctis regibus ex hibitus	165	Immutitas ecclesiastæ	230
Horæ christianis septem ca nonicæ	132	Inawes mulieres ges stant	176
Hospites potu excipien tur	212	In Aegypti unquam plues re	28
Hostium spolia domorum foribus affiguntur	270	Indorum ordines septem	85
Hostium capita postibus affiguntur	99. & 279	India & gentis more	83
Humana coriapro amicus lis	65	Infantes non nutritur Saxo nes pulte	212
Hungaria	186	Infantes inualidi præcipito neantur	160
		Infantes communicant Boemi.	191
		Infantes communicant Armeni	116
		Infernus à Turcis credi tus	128
		Ingenuorum Romanorum ordo	245

!

I N D E X.

In hominis arbitrio quæ posita	74	Lac iumentinum	106
In propatulo coenentes	44	Laus Europæ	150
Inter pocula consultant Pœnæ	82	Laudes Suevæ	224
Inuenta tyrrhenorum	166	Laus Italæ	244
Iobeus	70	Laus Gallæ	278
Item puerorum præcepto	161	Laus Hispanæ	284
Isædones defunctos comedunt	101	Lauandi mirab. ritus	97
Isis apud sueu. culta	226	Legandæ pecunia potestas	154
Iudicio defunctorum vita discutitur	42	Leges nullæ Aethiopibus	27
Iudicia Aegyptiorum	35	Leges multæ Aegyptiorum	36
Iudicium electio	35	Leges quæ optimæ censendæ	43
Iudiciorum Germanorum ratio	203	Leges à Mose Iudeis datæ	67
Iudicium occultum Vues		Leges à Mahomethe Saracenis latæ	117
stualizæ	214	Leges à Dracone sancitæ	153
Iudex qualis esse debeat	232	Leges à Solone datae	153
Iudæorum ritus cæterorum contrarii	73	Leges à Lycurgo perlas	157
Jurare per regis solium	97	Leges quædam Saxorum	
Jurandi forma Bauarorum		Leges in neptuni placationem mul. graues	156
rum	237	Leges multæ Bauarorum	229. & seq. 30
Ius in uxores & lib.	277	Leges à Romulo latæ	250
Ius municipale	261	Legitima militia decennalis	246
Iustitia Sarraenorum	125	Leprosi & gomereti ex urbibus pellendi	69
Ius honorarium	258	Letanizæ Christianorum duplices	143
L Anearum uestium contemptus	30	Lex in mechos cru.	38
Latium & Ausoniæ	242		
Laus Aegyptiorum	30		
Lacedæmonia siue Iacos			
nia	157		

I N D E X.

Lex sisatea.	38	rum	188
Lex circa infirmos utilissima		Luctus funebris Germanos	
ma	64	rum	205
Lex admiranda pro mulieribus		Ludus circensis siue plebeius	
ribus	154	258	
Liberi diuerso matrimonio suscepiti	126	Ludi Scænici	259
Libyca gentium mores	22	Lugendi defunctos mirans	
Lictores cum fascib.	249	dus ritus	29
Liguria	264	Lugdunensis Gallia	274
Lingua hominibus natura duplex	298	Ludonia angloꝝ regia	291
Lineis vestimentis usi sacer dotes	29	Luperci & lupercalia	219
Literarum apud Indos nulis usus	83	Lupi nulli in anglia	289
Lithuania palustris regio	177	Lusitania	285
Liuonia	179	Luxus omnis e medio sus blattus	158
Lithuorum usus in procinctu		Lycurgus legislator	157
Longissima indis uita	83	163. Lyrce.	100
Longobardia	266	M	Acelentii opes galli 179
Lotio corpus curare	287	Mace	45
Luctus in regis morte publicus	33. & 166	Magnitudo Asiae	56
Luctus funebris undecim dierum apud Lacedæmones	163	Magi & eorum officia	65
Luctus funebris apud allyrios	64	Mahometes in liby.	27
Luctus funeralis christianos		Mahometis parentes &	
rum	149	dogma	116
Luctus funebris apud Russianos	175	Magistratus Iudeorum	68
Luctus funeralibus tartarorum		Maria Christi mat.	128
rum	11	Magna in humanis, rebus	
Luctus funebris hungaros		mutatio facta	28

I N D E X.

Matres & liberi bello adſ hibiti	198	explorantur	210
Massagethæ	98	Monopedes	92
Maffouiz duces	180	Monoculi homines eodem	93
Mauri in Aegypto	27	Moneta papyracea	93
Maxies	46	Mors miseranda	51
Medopotus dulci.	174	Martis commouefactio in conuiuils	30
Media & fines eius	76	Morbos uomitu curant aut iejunio	39
Medici ex præscripto curat non arbitrio	40	Mortuorum publica laudas tio	42
Mel & uinum ex palm.	62	Moriendi ritus	88
Melanchleni	100	Morbis non infestantur braemani	90
Mollisuestig.ingens	187	Mosc. & moſcouite	182
Mensæ de corio	122	Mulieres cum hospitibus coeuntes	64
Meroe æthio. regia	24	Mulieres multos viros haſ bentes	76
Militia Tartarorum ordi natio	103	Mulieres semel tantum paſ tientes	92
Militia turcarum ex quibus conſtet.	119	Mulieres quinquennies paſ tuentes	eodem
Milites teutonici mariaſ ni.	179	Mulieres ad bellum edoſ ctæ	114
Militia Ro. gradus	245	Mulieres ingenuæ notis qui busdā insigniuntur	171
Militaris turcaꝝ pitiæ	120	Mulierum cauſæ	234
Mira æthiopum obediens tia	24	Mulieres viros strenue iuſ^s uant	269
Miræ patiētiaꝝ homines	54	Mulieres agros & rem dos mesticā euſantes	286
Mirabilis mos	43	Mundus æternus crediſ tus	65
Mirabilis nubendi mos	63	Musica damnata ab æ gyptiis	39
Missæ apparatus	133	Musica in conuilioſ	57
Moleſtissimi mortalium Tartari	106	Musicant	93
Monachi	132		
Monumentum callisti	156		
Monomachia controuerſia componuntur	176		
Monomach. cauſæ dubiæ discutiuntur	177		
Monomachia euentus bellic	8		

I N D E X.

N Abathæi omnium continentialis mi	60	Odor & mira rerum stagna- tia in fabæs	59
Narbo gal.	174	Oebalia	157
Nasamones	44	Oenotria	242
Nauigia ex corio	63	Officium reg. ægyptii	32
Nauigia ex arundinum ins- temodius	87	Oleum è semenibus & nu- cibus	177
Neuri	100	Oligarchia	157
Nihil priuati panchais	61	Omnia centenaria immos	
Nobilium Germanorum stu- dia	202	Iantur	289
Noctes æstatis in Anglia		Omnia universorum	294
Lucide	291	Opiniones de hominis ori- gine	15. & 18
Noe propagatio	16	Opinio de diis	17
Noe filios ac nepotes habis- tatum transmittit ibi.		Opiniones druidum uas- træ	276
Nomades	58	Ophiophagi	58
Noricum	228	Oppida Indiæ quinq. milia	
Nouem sacerdotum sacræ uestes	132	Sia	82
Noxios sacrificabant Cym- bri	273	Optima medicina los- tium	287
Nubendi mirabilis mos	93	Oratio dominica	134
Nudi qui pugnabant	191. & 197	Ordines gentis æthios	
Nullum noxiū animal in hibernia	193	piz	26
Nupturæ deuirginandæ res- gi exhibentur	44	Ordines atheniensium	153
Nuptiam conviuue per ordi- nem cognoscunt	295	Ordens Christianorum	113
O Biobii montes	212	Ordinis sacramentum	137
Ociari & ex raptu miserere honestum	171	P Adæ pecuarii Im- di	87
Occulti iudices Vetus Juda	213	Panchaia	60
		Palestina & fines	66
		Pannones	186
		Panis ex tostis amigda- lis	76
		Paradisus	15. & 127
		Parsimonia ægyptiorum	
		rum	16
		Parlementum iudicium Frâ	

I N D E X.

ecorum	282	manæ profuit	36
Parricidaꝝ pœna	34. & 289	Phtiriasi moriuntur acidos phagi	51
Papa Rom. pontif.	130	Piaeula Iudæorum	71
Parſimonia morborum om nium curatrix	90	Pisciū ingeniosa captio	53
Parentationes Rusiaꝝ	176	Pitacia in frontibus	73
Pascha Iudæorum	72	Planetar. obſeruatio	65
Pascha Turcarum	124	Plebei	246
Pascha Christian.	143	Pocula ex capitib[us] testa	95
Patſio & uita Christi recor litur	143	Policia ægyptiorum	34
Pastoritij nihil uaccinum gustant	46	Policia pauchaſiorum	60
Parthia & elius latera	76	Policia Indorum	87
Patroni	147	Politia Romanorum	129
Patricii	246	Politia Athenicñ.	153
Pecunie nul. uſus	178. 295	Politia Thracum	171
Pentecoste Iudæorum	72	Politia Germanorum	201
Pentecoste Christianos rum	143	Pompa in regio funere	96
Peones	186	Polonia duplex	185
Periurus digitis curtatur	83	Potentia sacrae militia Teu tonicæ	181
Perſia	79	Pontifex	252
Periuriū capitale apud Agy ptios	36	Populus in classes diuis sus	253. & 254
Periuriū grauis poena	238	Portugallia	287
Peregrinari Lacedæmoni bus prohibitum	163	Poenitentia sacramētū	141
Perpetuum frigus	181	Præſbyteri	138
Peregrina sacra vrbe exclus a	251	Præcipua in armis gloria hybernis	297
Petrus ecclesie Christiane princeps	128	Prætores Romani semper duo	258
Phariseorum mores	73	Primorum parentum crea tio	15
Philistisue phidicia	159	Promiscue cum mulieribus habitantes	45
Philosophorum de mundo opiniones	18	Protoplastorum vita	151
Philosophi quantū vitæ hu mæ		Proverbia quo Germanos rum mores notantur	228
		Provinciaz Germaniaz	193

DD lll i



I N D E X.

Pruſſia vel prutenia	179	ptios studiorum gratia iuere	30
Publica conuicia lege ins- tituta	158	Quid coegerit ægypti re- ges bene iuvere	33
Pueros leges addiscere des- bere	67	Quid mortuorum corpora à putredine diucons seruat	42
Pueri expositi ex publico nu- trientur	63	Qui festis diebus rustici agant	207
Puerorum Lacedæmonium edæatio & exerci.	160	Quindecim sacra episcopo- rum uestes	132
Pueri in agrum non in fos- sum ducèbantur	163	Quinque in die orant	
Pueri studiorum gratia exu- lantes	206	Thutæ	123
Puerorum educatio & im- pensa letis	39	Quinta olim feria ut dies dominica festiva	145
Pugnandi parthorum ras- tio	77	Quing per annum Christi ecclesia recolit	146
Pugnandi Hungarorum ratio	188	Questores Ro. duo	256
Pugnam cantantes inuenit Hispani	286	R Aptu nubunt uirs gines	159
Purgandi per ignem ras- tio	110	Regis officium dis- utnum pariterq; noct.	31
Pueri in hippodromo exers- cti 80. Pythi	165	Regibus non omnia agere licetum	197
Q Vare ueri dei cuius- tus apud tā pau- cos permane- fit	18	Regis Indorum uita mulie- ribus curæ	85
Quatuor africæ latera	24	Reges ex una tantum fa- milia	80
Quatuor astra Mercurii dicta	65	Regii Scythæ	96
Quæ animalia in Africa na- scantur	22	Regla potestas	123
Qui primum deos com- menti aras & simulas erha	28	Reges semper duo apud La- cedæmones	157
Qui philosophi ad Aegy-		Regum spartatarum dis- gnationes	164
		Regiones Greciæ	152
		Regionhyeme tantum ad- eunda.	177
		Regiones Italizæ	243

I N D E X.

R egiones Germaniae	193	Sacerdotibus sacrum locum exire non licet	61
Regimen pulchrum	257	Sacerdotum christianorum vita mores habitus	131
Regiones Gallie	274	Sacerdotes Turcarum à ples- beis parum differunt.	124
Regiones Hispanie	285	Sacrament. ecclesi. se- ptem.	135
Regna Hispa. quinq;	287	Sacerdotum rusianorum has- bitus	176
Religio iudeorum	73	Sacerdotum dignitas apud germanos	197
Religio Persarum	79	Sacerdotes formae	273
Religio Tartarorum	104	Sanctissimi mortali um- res	98
Reli. Turcarum	124. & 125	Sacerdotes Armenioru- m vxos	
Reli. Cantabrorum	290	res ducebant	116
Rel. valde hetrusci	267	Saducei	74
Religio Scytharum	95	Salus reg. omni b. curæ	33
Repudium apud Tur- cas	126	Saltatio pyrrhica	168
Rex phanaticus apud Aes- thiopes	23	Sal ex lacu fodiatur	174
Rex domesticatim singulis annis eligitur	218	Salis fodinae	185
Rex sacrificulus	255	Salii sacerd. Martis	252
Rex eligitur cui nulli lis- beri	171	Saltzburga clima Iuuas- nia	229
Requestarum iudices gallo- rum	283	Samogithia	181
Riscum sacrum	148	Sanguine Iudei absti- nent	69
Ro. quiritum ciuitas	244	Sarmatia europea	184
Ro. urbis politia	246	Saraceni & Turcæ de Chris- tio quid	116
Rusia siue rothenia	173	Saronide philoso. galatas- rum	271
S Abci	59	Satista pro admis- sus	141
Sabbatum Iudei fas- erum	71	Sagacissimi mortali um- ca thaini. 22. satyrii.	259
Sacerdotes in summohonos- re apud æthiopes	26	Satus annuis	239
Identidæ apud pache.	62	Scotia	292
Sacerdotum utilitas & au- toritas	94		
Sacrificandi ritus	46		
Sacerdotes deficiis var- cant	60		

I N D E X.

Scythia & gens eius	93	Septem circa baptizan-
Scuti in bello amissis deder- e corosum	197	dos 136
Sculpti pagorum praefes- cti	208	Septem clericorum ordi- nes 137
Sem & Iaphetis prognas- ti	17	Seres sanctiss. omnium & quietiss. mortalium 99
Sepeliendi ritus apud thras- cos	172	Serm. in missa qualis 134
Senectus in honore	30	Seruulis conditionis apud Indos nemo 87
Senior cuiuslibet coetus tex	299	Serpentes innocui & esui apti 198
Sedentaria ait ingenuis pro- hibita	251	Serpentes pro dils uenera- ti 178
Senio aut morbo affecti mo- ri cōpelluntur 98. & 299		Septem castrenses 170
Senibus nisi prudentes nul- lus honor datur	84	Senatus 248
Senectus. apud Lacedæmos unes honoratis.	164	Simplex mortalium uis- ta 54
Sepeliendi ritus apud a- phros	47	Siculi ex Italia in insulam expulsi 264
Sepeliendi ritus apud Tars- taros	111	Sigillum imperatoris Cha- mi 112
Sepulchra in melle	64	Sigillis Turcæ literas nihil obfirmant 122
Sepu'c. regum Scytha.	96	Selaonica lingua omnium maxima 178
Sepeliendi Christianorum ri- tus	149	Selaonica lingua aliis uis- ciata 184
Sepulchra nihili curant Tro- gloditæ	48	Sodomitez Tartari & Sar- raceni 109
Senes massaget. immolant suos & canes edunt	198	Sol & Luna diuinos hono- res consecuti 17
Septem ecclesiæ sacramen- ta	133	Solemis suspectarum formi- narum expurgatio 70
Septies orant in die Chris- tiani	133	Soli turcæ legitime milie- tant 121
Septies baptizandi olim exa- minata	135	Spartha 157
		Spectaculum 200
		Spermatothagi 49

I N D E X.

Stratagema Tarta.	108	gens	62
Styria olim valeria	422	Templa christianorū	147
Styrii uulgo strenuosi	241	Temporum suppeditatio per	
Strumæ causa	241	Chaldaeos	66
Studia quibus Persarum pue		Tempus omniꝫ æquatur à	
ri uacant	80	Tartaris	105
Studiorum publicus in urs		Tempus ut suppeditatur à	
bibus locis	206	Christianis	141
Sues non alunt Scythæ	95	Terræ diuisio	28
Sucuia regio	223	Terræ Aphricæ qualis	
Suffragandi ritus admiran		tas	Ibidem
di	162	Terrarum omnium parens	
Suffrag. aliis ritus	248	Italia	243
Suffragandi rō	162. & 254	Terrarum omnium fertiliſſi	
Supputatio temporis more		ma rufia	174
Christianorum	143	Terra abq; cultura frugi	
Supersticio gentis fam.	182	fera	248
Superstitione obſeruationes		Testes & eorum cauſe	238
tartarorum	109	Testudinum marinatum.	
Susceptio principis mirans		magnitudo	303
da	240	Tegendi capitis olim nul	
Symbolum Apostoloro		lus usus	263
rum	134	Thermopylæ montes Gre	
Sylvaæ sacrosanctæ	182	ciae	152
Sylva hercynia	214	Thracia & gentes	169
Syllura insula	294	Thomæ apostoli summa ue	
Aprobante insulae		nératio	62
descriptio	302	Thuris copia in paue	
Tarragonensis His		chais	60
spaña	285	Thylæ insulatum extre	
Tartari & gentes eius	10	ma	292
Taurus mons	56	Tibiarum usus in procinc	
Tauroscythæ	99	etu	168
Temulentia nulli probro		Totius orientis dominus im	
data	200	perator Cham	103
Temulentia morte vindic		Toxicum semper in prom	
eatur	184	ptu	287
Templum ultra fidem ins		Tributi penſio	256

I N D E X.

Tributa Persarum	80	ta	251. & 252
Tribus Romanorum	246	Vestales virgines quas	
Tribus Atheniensium qua		tuor	252
tuor	153	Vestitus Tartarorum admis-	
Tribuni plebis & milis		randi	107
tum	354	Vetustissimi gentium Hes-	
Trieterica sacra	100	brai	67
Tres testimonium ferant	68	Viaticum Christianorum	
Trausi	170	corpus Christi	140
Tritonia palus	55	Victoria superbissime utuni-	
Trogloditæ	47	tur Tartari	109
Transfagarum poena	196	Victus cynecorum pauper-	
Tumulantur serui quinque		rimus	58
ginta cùl mortuo rege	97	Vitia non ridenda	299
Turca & Saraceni in viam		Vinum & mel ex psalmis	62
gentem coaliti	119	Vinum à Suevis diu spes-	
Turcia & eius gens	119	tum	226
Tuscia	265	Vinum mulieribus Roma-	
Tyrrhenia	166	nis interdictum	250
Tympanis & tib. in procin-		Vini appetentissimi galas-	
ctiam turcæ vtuntur	121	te	268
V Alachia, quæ olim		Virginum annua decertas-	
Dacia	172	tio in minaretæ festo	45
Varij Francorū an-		Virgines nubiles venum ex-	
num ritus	217. & seq.	ponuntur	63
Varia animalia portentose		Virginum Laconum flus-	
coſuntur	40	dia	159
Vaticinandi varijsrit.	286	Virgines sine dote nubes	
Venandi Tartarorum ri-		re	163
tus	140	Viri amazonum mulierum	
Vendendi & emendi nul-		officia curant	54
lus vſus	81	Viri & mulieres æqualiter	
Vendere hoīes solitum	184	induuntur	107
Venatio priuatis prohibi-		Vimbra apud arabes	57
ta	202	Vimborum terra	266
Veritas insigne principis iu-		Vnde morum & linguæ tā-	
dicum	35	ta diuersitas	17
Vesta dea tributum veneras		Vnctionis extremæ sacras	

I N D E X

mentum	142	habetur	110
Vrbium germaniae situs	207	Vxor charissima cum des-	
Vsurarii tartari	106	functo sepelitur	170
Vualdenses	190	Vxores hæræ appellas	
Vuestralia & eius iudicium	212. & 214.	X tæ	159
Vxor vniuersæ cognationi		X Anticus mēsis apri-	
ni vna	57	lis	72
Vxores & liberi oēs omnibus cōmunes.	48. 49. 299	Z Amolxis Gethas	
Vxores viris singulis mul-		rum deus, &	
tæ	78	legislator	169
Vxor charissima cum des-		Zabicum mulieres aurigās	
functo trematur	91	tur	46
Vxor nisi pepererit nulla		Zigantes simiis vescen-	
		tes	46
		Zlota baba idolum	184
		Zitū ex hordeopotus.	268

F I N I S.

R E G I S T R V M

A B C D E F G H I K L M N O P Q R ,
 S T V X Y Z, A A B B C C D D,
 Omnes sunt quaterniones.

Venetiis per Ioan. Ant. & Petrum fratres de Nicolinis de Sabio: expensis vero Io. Baptista Pederzani Brixicensis. Anno
 Dñi. M. D. XXXXII.



